In hoc cap dcernitur ut heretici ñ impetāt recte credentes. Uñ eē intellig. q h̄etici ab h̄eticis impeti possūt. Itē a trami te sui ppoiti uoluntaīe recedentes. ñ posūt impetē seruantes tramitē sue pfessiois. Ex hoc datur intelligi q recedentes a suo ppoito. similit̄ recedentes cmnari possūt. Itē non obedientes sanctioib; sco͞r patrū. non possūt accusare obtēpantes sacs ɔstitutioib;. In q similit̄ intelligit̄.

J·iii·q·i· Cap·i·



quod inobedientib; inobedienter accusare licet.
Unde generaliter colligitur. quod in accusatione equa
litas fidei: et conversationis inter accusantem et accusa
tum semper consideranda est. ut is qui accusat. vel par. vel
superior inveniatur.

Ĵ. vi. q. i. Quero

Item novellarum const. Si hereticus cum heretico
litigat. liceat cuilibet eorum hereticum testem adducere.
Si autem orthodoxus cum heretico litiget. pro ortho
doxo quidem heretici testimonium valere licet. Con
tra orthodoxum autem solius orthodoxi testimo
nium valeat.

Item orthodoxis autem litigantibus ad testimonium
nulli heretico pateat aditus.

Sed queritur si flagitiosissimus catholicus
possit convenire hereticum de alio crimine quam de heresi.
Huic questioni ita respondetur. In quo hereticus
inferior est. videlicet in regula fidei meo a malo catholi
co accusari potest. In quo autem superior fuerit. videlicet
in conversatione vite. in eo a flagitiosissimo conveni
ri non potest. Item quod dicitur pastores pravis actibus magis
sunt tolerandi. quam corrigendi duplicitur intelligitur.
vel quia a criminosis tolerandi sunt. et non corrigendi.
Unde ibi subinfertur. quia sepe pro meritis subiectorum
depravatur vita rectorum. Quorum ergo merito deo per
mittente vita rectorum depravatur. ab eis potius
sunt tolerandi. quam corrigendi. vel quia sunt
quedam. que sepe deferuntur publicis documentis. et
tamen que intendunt probare non valent. De quibus
Aug. ait in omeliis de penitentia.

Que publicis documentis probari non possunt
toleranda sunt.

Ŝ. q. i. c. i. ii. iii. iiii. v. vi.
Ĵ. xv. q. vii. Siquid
Ĵ. xxx. q. v. Inceta. Nullum

Plerique boni viri propterea sufferunt aliorum peccata quia ta
cent. quia sepe deseruntur publicis documentis.
quibus ea que ipsi sciunt iudicibus probare non possunt.

De his etiam illud anacleti intelligitur. Sente
tia cham filii noe dampnantur qui suorum doctorum
vel prepositorum culpam produnt. sicut cham qui patris pu
denda non operuit. sed videnda monstravit. Hic ergo
auctoritate subditi non prohibentur ab accusati
one suorum prepositorum. Aliud est enim prodere. aliud est accusa
re. Prodit qui non probanda defert. Accusat qui eo
presente crimen iudici offert. probaturus quod intendit.
Cham solus vidit pudenda patris. et ideo per eum
intelliguntur. qui cum soli sint conscii criminum suorum
prelatorum. atque ideo accusare eos non possunt. vitam tamen
eorum infamando aliis videnda offerunt. Item obicitur

quod subditi etiam religiosi prelatos suos ac-
cusare non possunt. Legitur etiam in exodo. quod
maria soror aaron. que prima post transitum
maris rubri. sumpto tympano hymnum canta
re meruit. Postea murmurans in moisen eo
quod ethiopissam duxerat in uxorem. a domino lepra
percussa est. Item in i. regum legitur. quod
cum david fugeret a facie saul. latuit in spelunca.
In quam cum saul divertisset ad purgandum ven
trem. david precidit horam clamidis eius. quod se fecis
se postea graviter doluit et vehementer penituit. Sa
ul a domino erat reprobatus et ex invidia deo persequeba
batur. ut eum morti traderet. David erat vir hu
milis et mitis. sauli a domino substitutus. per samue
lem unctus in regem. sed tamen quia precidit horam clami
dis sauli graviter flevit. cum absalone sola ad
ministrationem victionis superaret. Unde datur intel
ligi quod subditi quamvis religiosi sint. prelatos suos
criminosos accusare non possunt. Nam per samuelem
qui ventrem purgabat. prelati intelliguntur.
qui malitiam corde conceptam in opus producunt.

Item legitur in ii. regum. quod cum archa domini reduce
retur de gabaa in ierusalem. bubus recalcitrantibus
archa reclinata est. cui dum oza levita manum ad
hiberet. ut eam erigeret. a domino percussus interiit. Per archam
prelati intelliguntur. per ozam subditi. per inclinati
onem arche. casus intelligitur prelatorum. per illum qui ma
num adhibuit. intelliguntur reprehendentes vel accu
santes vitam doctorum. qui a domino percussi intereunt.
His ita respondetur. Verum est per archam significari
prelatos. et per ozam subditos. Illud vero falsum est. quod per
inclinationem arche casus significatur prelatorum.
Aliud est enim inclinari. vel descendere. aliud cadere. Legitur
enim quod salvator noster se inclinavit. sicut cum digito
scribebat in terra. et de montibus frequenter descendit.
in quos ascendebat. ut vel pernoctaret in oratione.
vel ut discipulos in monte altiora doceret precepta.
vel ut turbas fugiens ex altitudine montis eam re
spiceret. et liberius posset docere. Inclinatio. vel descensio
humilitatem significat. qua spirituales non numquam
carnalibus condescendunt et eorum infirmitati compati
untur. Iuxta illud apostoli. Quis infirmatur. et ego
non infirmor. Hos etiam significaverunt angeli quos ia
cob vidit in scala descendentes. De his etiam per
prophetam dicitur. Inclinavit celos et descendit. Per ar
cham vero inclinatam intelliguntur qui subdito
rum culpas misericorditer portant. et eorum infir-

mitati humiliter compatiuntur. Unde bene dicitur quod bu
bus recalcitrantibus archa inclinata est. boues
quippe recalcitrantes subditos significant suis
doctoribus non obedientes. quibus dum prelati compati
untur. quasi bubus recalcitrantibus archa reclinatur.
Leuita qui manum adhibuit significat illos
qui nimie compassione in prelatis suis reprehendunt.
eosque inseueritatis amaritudine erigere uolunt.
~~Unde bene dicitur. quod bubus recalcitrantibus archa in~~
~~unde~~ bene leuita ille oza dicitur. oza quippe interpretatur ro
bustus domini. illi enim robusti dicuntur. quia dum de sua iu
stitia presumunt. misericordiam peccantibus negandam
putant. et impendentes reprehendunt. Unde adhuc op
cussi intereunt. quia iudicium sine misericordia erit illis
qui noluerunt facere misericordiam delinquentibus. cui per salo
monem dicitur. Noli esse nimis iustus. qui enim iustus
quis perit in sua iusticia. Sic et illud moisi in
telligitur. per moisen enim prelati intelliguntur. per ethi
opissam. peccatores designantur. Moises enim ethi
opissam uxorem ducit. cum quilibet peccator
peccatorem sibi copulat. ut ex eo sibi sobolem
bonorum operum de gignere ualeat. hanc copu
lam dum maria id est subditi reprehendunt. lepra
peccati inficiuntur. uel per mariam sinagoga in
telligitur. que in moisen id est in christum murmurauit.
quia ethiopissam id est ecclesiam de gentibus sibi copu
lauit. quos lepra perfidie et erroris sordidos fecit.
Non igitur his auctoritatibus subditi prohibentur ab
accusatione suorum prelatorum. sed monentur ne repre
hendant misericordie compassionem eorum.

Item per saulem prelati intelliguntur. et per dauid sub
diti. Saul purgans uentrem. eos significat qui
maliciam corde conceptam in opus foras producunt.
Sed in precisione clamidis non significatur reprehensio pec
cati. per clamidem enim regni potestas intelligitur.
Hanc perdidit qui prelatum sententia dampnationis
ferit. Quod nulli subditorum licet. ~~facta~~. facta enim pa
storis oris gladio id est sententia dampnationis a
subditis ferienda non sunt. hinc est quod legitur super
marcum. de pontifice qui scidit uestimenta sua.
Scissio uestis. scissionem significat sacerdotii.
quod in proximo erat scindendum et auferendum iudeis.
Ut per dauid significantur. qui etiam suorum prelato
rum uidentes maiora eorum peccata contempnunt. in mini
ma uero et leuia. quasi extremam orem clamidis per ci
dentes. reprehendere et lacerare satagunt. uel quia
saul solus diuertit in speluncam in qua dauid

latebat. Ideo super hoc potest intelligi. quod de chami dic
tum est. qui solus uidit pudenda patris. que non operuit.
sed ridenda monstrauit. Hic itaque auctoritate non
inhibetur subditis accusare prelatos si accusabiles
fuerint.

Item probatur quod subditi prelatos
suos accusare non possunt. etiam si religiosi fuerint.
Infames enim fiunt eo ipso quod suorum doctorum uitam repreh
endere conantur. Infames enim sunt ut canonum tradit auc
toritas. Omnes qui in patres armantur et qui doctorum suorum
uitam reprehendunt uel accusant. Nullus autem infamis
in accusatione prelatorum est audiendus. non forte a fide
exorbitauerit. ut supra dictum est. Cum ergo subditi eo ipso
quod in accusatione prelatorum prosiliunt infames effici
untur. Infamibus autem copia accusandi denegetur.
patet quod subditi prelatos suos accusare non possunt.
His ita respondetur. Non omnes prelati, prelatis habentur.
Nomen enim non facit episcopum sed uita. Unde gregorius ianu
ario episcopo scribens ait. Quem etas non uita
seniorem facit grauiter est increpandus.

Paulus dicit. Seniorem ne increpaueris. sed hec eius re
gula tunc est obseruanda cum culpas senioris suo exem
plo non trahit ad interitum corda iuniorum. Ubi autem se
nior iuuenibus exemplum ad interitum prebet. ibi districta
increpatione feriendus est. Nam scriptum est. Laqueus iu
uenum omnes senes. et rursus. maledictus puer centum annorum.

Dignitas non facit episcopum sed uita.

Item ieronimus ad eliodorum. Non omnes episcopi sunt episcopi.
Attendis petrum. et iudam considera. Stephanum suscipis.
nicolaum respice. Non facit ecclesiastica dignitas chri
stianum. Cornelius centurio adhuc ethnicus. dono sancti spiritus
mundatur. presbiteros daniel iudicat. Non est facile stare
in loco petri et pauli. tenere locum iam cum christo regnantium.
Infatuatum sal. ad nichilum prodest. nisi ut proiciatur foras
et a porcis conculcetur.

Item augustinus omelia vi.
Non episcopi nomen sed uita reuerentia meretur.

Non omnis qui dicit pax uobiscum. quasi columba est au
diendus. Corui de morte pascuntur. hec columba non
habet. immo de frugibus terre uiuit. innocens est uictus eius.

Item beda in ii epistola petri. Docti ab indoctis
etiam aliquando merito reprehenduntur.

Secuti sunt uiam balaam ex bosor. qui mercedem
iniquitatis amauit. Correctionem uero habuit sue ue
sanie. subiugale mutum. quod hominis uoce loquens prohi
buit prophete insipientiam. plerumque heretici tam stulta
dogmata et exsecranda proferunt. sacramenta ut et
hebetum sensum paganorum qui rationem diuine agnitionis
omnimodo carent. illorum detestantur insaniam. illorum

[Right margin notes:]
In xi. q. iii. c. Omnis christianus
In iii. ca. q. v. gelasius. Omnes qui.
S. p. i. di. xl. §. Nos. Quinluc.
S. di. xl. c. ista
In xxiiii. Quidam
S. p. i. di. xl. Non est.
In de conse. di. iiii. Non dubi

distorta. & dō contrāia itinera. sanius sapiendo redarguatᷣ. & quod peius ē. n̄ nūquā multi catholicorū inīā mercedē amatᷣ iniquitatis. ut etiā docti ab indoctis. clici a laicis. merito redarguantur. qui inite ɔpantur ꝓphe. qui uerba asine ɔ̄ naturā loquentis. corripitur. nec tn̄ a ꝓposito prauo itineris retardatur. Quib; etiā aptissime nomē ɔgruit ciuitatis. de qua balaā uenisse phibetur. Bosor nāq; carneus. siue in tribulatioē positus interptatur. Neq; ḣ alia magis cā luxuriosius existit. uerbū uītatis amore pecunie t̄ desideriorū tēporaliū adulterare. quā quia carnis se ɔcupiscentiis mancipatᷣ. S; & homī ipsius balaam qui uanᷣ ppl's. siue pcipitās eos interptatur. talib; ɔuenit. Q; ḣ agnitā uītatis uiā sponte deserit. quid n̄ uanus ppl's fuit. & q etiā in pcipitiū suos mergit auditoēs quib; n̄ salutāia que corrigāt. s; que illos delectēnt erronea pdicāt. de quib; apte subditur. hii sunt fontes sine aqua & nebule turbinib; exagitate qb; caligo tenebrar; reseruatur.

Qvia g̊ non omīs epī sunt epī. pbri a puero daniele iudicantᷣ. s. in fatuatū a porcis ɔculcatᷣ. & qui dicit pax uobiscū. plerūq; n̄ columba. set coruus reputatᷣ. patet q non semp ꝓ officio t̄ auctoritate psone ē cessandū ab accusatioē. immo contra prauos ē agendū. cū omīs psona criminalit̄ peccās. alterᷣ & ut it dicā capite legib; minor censeatur. Qui ḣ facit peccatū. seruus ē peccati. tā in pena quā in culpa. Vn̄ aug. ait.

Qui susceptum officiū n̄ amministrat non ē eps sed canis impudicus.

Qvi nec regiminis in se rationē habuīt nec sua delicta detsit nec filior; ēmen correxīt. canis impudicus dicendus ē. magis quā eps.

Qvib; g̊ ieir. aug. gḡ. auferᷣ nomē colūbe. epī senioris. nomine & priuilegiū ē auferēdū. dignitatis. ut possint a subditis rephendi. Vn̄ scriptura dissimulās priuilegiū prauit senectutis ait. maledictus non senior s; puer. c. annorū. Apparet g̊ quod illi excusatioē platorū infames fuit qui eor; uitā rephendē & lacerarē conantᷣ. qui locū sui regiminis n̄ noīe tantū s; uita & morib; tenēt. Alii aūt potius laudabiles fuit ex accusatioē platorū suor; quā infames. Itēq; dicitur. maior; quispiā minor; accusatioib; n̄ impetatᷣ. omnoēs intelligendi sunt non dignitate s; uita. Vn̄ ieir. ait de paulo sup eplām ad galathas.

Maiores et minores non dignitate s; uita intelligi oportet.

Paulus. petrū rephendit. q n̄ impare audert. n̄ nos. impare ēē se sciret.

Hoc non de officio ecclāstice dignitatis s; de puītate uite. & scītate ɔuersatioīs intellig. Solus ḣ petrus int aplos pmatū gerebat. Hinc aug. ait ad ieir.

Non epī nomē sed uita maiorem facit.

Qvamquā scdm uocabula que usus optinuit epatus sit pbrio maior. aug. tn̄ ieir minor ē. Idē t̄ ii. d unico bapto.

Epī licet sint pares mitis. gradu tamē dignitatis differunt.

Pvto q sine ulla sui contumelia. cipanus epis. petro aplo ɔpatur. quantū attinet ad martirii coronā. Cetm magis uereri debeo ne in petrū ɔtumeliosus existam. Q's ḣ nescit illū aplātus pncipatū cuilibet epātui pferendū. S; & si distat cathedrarū grā. una ē tn̄ martirū glā.

Itē cū petrus a paulo posteriore corrigitur & pacis atq; unitatis uinculo custodito ad martiriū pmouetᷣ. quanto facilius & fortius q p uniuerse eccle statuta firmatū ē. t̄ unius epī auctoītati. t̄ unius puincie ɔcilio pferendū ē.

Non in honoē sed in uītate filius sequitur t̄ ꝓponitᷣ patri.

Idē. Qveitur pat de malo filio. queritur filius de duro patre. Seruam honoīficentiā patri. que debetur a filio. Non equam filiū patri in honoē. s; ꝓponim filiū patri. in uītate. & sic tribuimus honorē debitū. ut n̄ ꝑdat equitas mītū. Itē ambr.

Equales fuerunt mitis. licet gradu differentes petrus et paulus.

Beati petrus & paulus. eminent int uniuersos aplos & peculiarī quadā ꝓrogatiua pcellūt. Verū int ipos quis cui ꝑponatur. icītū ē. Puto ḣ illos equales ēē mītis. qui equales passioēs. & simili eos fidi deuotioē uixisse. quos simul uidem ad martirii glām puenisse. Non ḣ sine cā factū putam. q una die passi sunt in uno loco. ne alti roma deēēt. sub uno psecutoē. ut equatᷣ crudelitas. utrūq;

S. p. i. di. lxxx. ii. Nemo.
S. p. i. di. lxxx. iii. Mag.
S. p. i. di. xl. Multa.
S. p. i. di. lxxx. iii. Nemo
S. p. i. di. xxi. Quis.

constringeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, persecutor decretus est pro virtute; et in quo loco tote (?) tantae dignitatis martyrium pertulerit. In urbe Roma, que principatum et caput optinet nationum, scilicet ut ubi erat caput superstitionis, illic caput quiesceret sanctitatis, et ubi gentilium principes habitabant, illic ecclesie principes morerentur.

J. p. i. di. xiii. Cap. ii.

Item penitentes, bigami, sacerdotes accusare non possunt. Unde generaliter colligitur, quod quicumque sacerdotes non sunt vel sacerdotes esse non possunt, in sacerdotes accusationem vel testificationem proferre non possunt. Unde Fabianus ait.

Qui sacerdotes esse non possunt sacerdotes accusare non valent.

J. vi. c. Q. ii. Cap. ii. et iii.

Ipsi apostoli et eorum successores statuerunt ut sacerdotes Domini non accusent nec in eos testificentur qui sui ordinis non sunt nec esse possunt. Item Damasus papa.

Sacerdotes accusare non vel in eos testificari non valent qui ad sacerdotium eligi prohibentur.

S. e. Q. v. Silvestri pro(?)ful.

Testes absque ulla infamia aut suspicione vel manifesta macula et vere fidei plenitudine instructi esse debent, et tales quales ad sacerdotium eligere divina iubet auctoritas. Quoniam ut antiquorum tradit auctoritas, sacerdotes criminari non possunt neque in eos testificari, qui ad eundem non debent nec possunt provehi ad honorem.

J. vi. Q. i. Cap. i. et ii.

Sic et illud Silvestri intelligitur. Laicus non accuset clericum, et cetera. Id est qui inferiori gradu constituti sunt ad superiorem ascendere non possunt, in superioribus agentes accusare non debent.

Ecce ostensum est quo respondeatur auctoritatibus et argumentis quibus subditi ab accusatione prelatorum videantur repellendi. Nunc demonstrandum est quibus rationibus probentur recipiendi, et quo esse respondeatur a prelatis.

Christus quaerat pastor pastorum ovibus suis de quibus ait: Non sum missus nisi ad oves que perierunt domus Israel, et cetera, inter obprobria et iniurias que ab eis patiebatur ait: Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo. Item: Quis ex vobis arguet me de peccato? At quicumque ad testificandum mali quidem vel ad arguendum admittuntur, ad eundem accusandum admitti possunt. Cum ergo oves ut adversus pastorem testimonium ferant, et ut ipsum si possunt reprehendant admittantur, patet quod subditi possunt accusare prelatos suos. His ita respondetur: Christus quamvis esset pastor suarum ovium, quas verbo et exemplo pascebat, tamen quantum ad officiorum distributionem, ex qua hodie in ecclesia alii presunt aliis, unde quidam prelati quidam subditi vocantur, in populo illo pastorale officium non gerebat. Mistica et invisibili unctione, nec in regem nec in sacerdotem unctus erat, que sole persone in populo illo prelature nomen sibi vendicabant. Non ergo ex hac auctoritate subditi probantur admittendi in accusatione prelatorum. Sed tamen ostenditur quod auditores eos reprehendere possunt et in eos testificari, qui cum officia ecclesiastica non habeant, verbo tamen et exemplo quoscumque valent lucrari Deo satagunt. Respondetur et aliter. Aliud est quod rigore cogimur servare discipline, aliud quod admittitur ex perfectionis consideratione. Christus iudeos ad se arguendum admisit perfectione humilitatis, non severitate iuris. Si enim legis rigore essent admissi, hac auctoritate criminosi et infames quoque in accusatione religiosorum essent recipiendi, cum essent sceleratissimi, qui Christi necem tractantes innocentem condempnare volebant. Ergo exemplo prelati non coguntur recipere subditos in accusatione sui, sed permittuntur. Item, Paulus Petrum reprehendit, qui princeps apostolorum erat. Unde datur intelligi quod subditi possunt reprehendere prelatos suos, si reprehensibiles fuerint. Sed hoc facile refellitur, si unde sit reprehensus advertitur. Petrus cogebat gentes iudaizare et a veritate evangelii recedere, cum iudeis gregem faciens, et a cibis gentilium latenter se subtrahens. Par autem est in se a fide exorbitare et alios exemplo vel verbo a fide deicere. Ergo hoc exemplo non probatur prelati accusandi a subditis, nisi forte a fide exorbitaverint vel alios exorbitare coegerint. Item cum Petrus intrasset ad Cornelium, conquesti sunt fratres qui erant in Iudea, et reprehenderunt eum quod ad gentilem populum divertisset. Ecce quod prelati iure possunt reprehendi a subditis. Sed huic oppositioni beatus Gregorius respondit dicens.

J. p. i. di. xxi. (?)

Petrus a fidelibus interrogatus cur ad gentes intrasset non ex potestate respondit sed humiliter rationem reddit.

Petrus potestatem regni acceperat, et tamen idem apostolorum primus querimonie esset ei a fidelibus facte cur ad gentes intrasset, non ex potestate officii qua posset dicere: Oves pastorem suum non accuset.

nec reprehendat, sed ex auctoritate divine virtutis qua gentiles acceperant spiritum sanctum. &c.

S. di. lxxxvi. Ju. ec.

Cum ergo Petrus potuit ex officio repellere querelas, sed noluit, non ergo exemplo hoc prelati coguntur suscipere reprehensionem subditorum. Ex hac ergo humilitatis dispensatione intelligitur illud Leonis IIII. Lodoico Augusto.

In proprio iudicio apostolicus emendare permittit siquid erga subditos iniuste commisit.

J. viii. Q. iii. Nemo ec.
S. d. xcvi. Si imp. ec.

Nos si incompetenter aliquid egimus, et in subditis iuste legis tramitem non conservavimus, vestro ac missorum vestrorum cuncta volumus emendare iudicio. Quoniam si nos qui aliena debemus corrigere peccata, peiora committimus, certe non veritatis discipuli, sed quod dolentes dicimus, erimus pre ceteris erroris magistri. Inde magnitudinis vestre magnopere clementiam imploramus, ut tales ad hec que diximus perquirenda missos in his partibus dirigatis, qui Deum per omnia timeant, et cuncta quemadmodum si vestra imperialis gloria presens fuisset, diligenter exquirant. Et non tantum hec sola que superius diximus querimus ut examussim exagitentur, sed sive minora sive maiora sint illis a nobis indicata negotia, ita eorum cuncta legitimo terminentur examine, quatinus in posterum nichil sit quod ex eis indiscussum vel indiffinitum remaneat.

Item cum Balaam ariolus iret ad maledicendum populum, angelus Domini asine cui insidebat in via se opposuit, et evaginato gladio eam abstinere compescuit. Quam dum ille verberibus affligeret, in vocem prorupit, et prophete vesaniam redarguit. Si ergo animal mutum angelica virtute prophete insipientiam redarguit ac reprehendit, multo magis subditi possunt accusare prelatos suos.

J. xi. Q. iii. Juste vel.
Si quis pe.

His ita respondetur: Verum est quod per asinam subditi intelliguntur, et per Balaam prelati accusandi a subditis, non tamen hoc exemplo probantur prelati accusandi a subditis, sed subditis tantum datur forma humiliter renitendi prelatis, si forte eos ad malum cogere voluerint. Balaam namque asinam urguens ut ad maledicendum populum Dei eum veheret, significat eos qui verberibus et cruciatibus a subditis exigunt ut eis in malo fautores et coadiutores existant. Sed quia angelus, quilibet videlicet predicator, evaginato gladio, id est predicato timore et horrore future vindicte, a consensu aliene malitie illos revocat, licet eis in vocem questionis prorumpere et prelatis suis dicere: cur nos verberibus affligitis? cur nobis iniuste irascimini? numquid vobis inobedientes aliquando fuimus? Non nunc cum ad malum cogimur.

S. di. x. Qm̄ id.
S. d. xcvi. Duo sunt.

Videte illum qui plebibus ab incepto.

Nunc ergo hinc prelati probantur accusandi a subditis. Item. Cum David homicidium et adulterium commisisset, missus est ad eum Nathan propheta ut eum redargueret. Ecce quod prelati sunt redarguendi et reprehendendi a subditis. Sed notandum est quod due sunt persone quibus mundus iste regitur, regalis videlicet et sacerdotalis. Sicut reges presunt in causis seculi, ita sacerdotes in causis Dei. Regum est corporalem irrogare penam, sacerdotum spiritualem inferre vindictam. David ergo etsi ex regali unctione sacerdotibus et prophetis preerat in causis seculi, tamen suberat eis in causis Dei. Unde reges a prophetis et sacerdotibus ungebantur, et eorum oblatione peccata regum expiabantur. Sicut ergo Achab a Domino lepra percussus est quia sacerdotum officia usurpare voluit, sic et sacerdotibus et prophetis regum officia usurpare non licuit. Nathan ergo propheta cum regem redarguit suum est executus officium. Rege superior non usurpavit regis officium, in quo erat rege inferior. Monuit eum ut per penitentiam peccata sua expiaret, non tulit in eum sententiam qua tanquam adulter et homicida morti adiceretur. Sicut beatus Gregorius imperatorem Archadium excommunicavit et ab ecclesie ingressu prohibuit. Sicut enim non sine causa iudex gladium portat, ita non sine causa claves ecclesie sacerdotes acceperunt. Ille portat gladium ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Isti habent claves ad exclusionem excommunicandorum et reconciliationem penitentium. Hoc ergo exemplo subditi probantur reprehendendi a prelatis, non prelati a subditis. Item Daniel nulla legitima potestate functus iudices a populo constitutos de falso testimonio convicit et convictos dampnavit. Constat ergo quod nullam potestatem habentes possunt redarguere dignitatibus sublimatos.

J. iiii. q. iii. §

His ita respondetur: Miracula et maxime veteris testamenti sunt admiranda, non in exemplum nostre actionis trahenda. Multa enim tunc concedebantur que nunc penitus prohibentur. Tunc enim Samuel Agag pinguissimum regem Amalech in frusta concidit. Nunc nulli ecclesiasticorum iudicium sanguinis agitare licet. Tunc Fineës Iudeum coeuntem cum Madianita interfecit et imputatum est ei in iustitiam. Hodie sacerdotibus in perniciem sui verteretur officii. Exemplo ergo Danielis non solum accusandi vel redarguendi, sed etiam iudicandi potestatem subditi sibi in prelatis vendicarent, si illud in argumentum nostre actionis liceret assumi, quod nulla umquam auctoritate permittitur. Magis ergo ex hoc facto datur intelligi quod in novis

J. xxiii. q. ult. His a quib.

similis temporibus suscitavit Deus spiritum pueri iunioris illius videlicet de quo per prophetam dicitur: Puer natus est nobis et cetera. Ecce puer meus. Qui iudices iniquitatis, scilicet scribas et phariseos falsis criminibus Susannam, id est ecclesiam, accusantes et rei adulterii pronuntiantes, eo quod Christum sequeretur, convincit et condempnavit. Item Ieronimus refert in libris virorum illustrium, quod Damasus papa a subditis de adulterio accusatus, cum xl. episcopis se purgavit. Item Simachus papa in Romana sinodo dignitate sua expoliatus, prius statui pristino reddi decernitur, ut tunc veniret ad causam, et si ita recte videretur accusantium propositionibus responderet. Digna res visa est maximo numero sacerdotum, atque mereretur effectum, et cum primo dum ordinaretur, quando esset accusandus papa prestat(ur), ut causam diceret occurrebat, et ab emulis est impeditus. Item Gregorius papa ait de se ipso. Redarguendi se licentiam beatus Gregorius aliis prestat.

Siquis super his nos redarguere voluerit vel contra auctoritatem nos facere contendit, veniat ad sedem apostolicam, ut ibi ante confessionem beati Petri mecum iuste decertet, quatinus sibi unus ex nobis sententiam suscipiat suam. Gratianus. Ex his omnibus colligitur, quod subditi possunt reprehendere et accusare prelatos suos. Et sicut de Christo dictum est, quando Iudeis dixit: Si male locutus sum et cetera, ita de istis intelligendum est, quod suo exemplo prelatis dederunt facultatem recipiendi subditos in accusatione sui, et non coegerunt.

Item. De eodem.

Paulus de Acline civitatis episcopus accusatur a subditis de lapsu carnis, convincitur, deponitur, alius loco eius substituitur. Gratianus. Hoc an dispensatione accusati an rigore iuris sit factum, ex registro Gregorii ad Iohannem episcopum capitulo cc.xvii. potest perpendi, ubi ait. Paulus de Acline civitatis episcopus subditorum accusatione convictus deponitur.

J. v. q. iiii. c. ii. c(etera) — J. xxi. q. v. Quamvis c(etera)

Lator Nemesion ad nos veniens indicavit, quod Paulus de Acline civitatis episcopus inter alia mala in corporali crimine lapsus, a suis clericis accusatus atque convictus, episcopali sententia depositus est. Postea cum auxilio secularium veniens episcopium more predonis ingressus est, ablatisque rebus ecclesie dilectissimum Nemesion latorem presentium sibi substitutum ab eo episcopio perculit, et ad summam iniuriam ac necem pene perduxit. Fraternitas itaque vestra hec omnia curet addiscere, et quecumque ecclesie abstulit omni mora excusatione cessante reddere compellat. Si vero nichil ecclesie, sed proprium se dixerit abstulisse, quia vis grave et iniquum fuit, ut non a vobis vel a metropolitano eius hoc peteret, sed temerario ausu agere presumpserit, veruntamen si quid proprium tulit, sub fraternitatis vestre debet examine constare si fuerit. Sed et illud diligenter querendum est, si quid ipso male de rebus dilapidavit ecclesie, ut ex eo quod nunc abstulit illud reformare ac satisfacere modis omnibus compellatur.

Gratianus. Hoc dicto non in accusatores vel depositores ulciscitur, sed in depositum ulterius persequitur, ut si ultra ad episcopatum aspirare temptaverit, omnibus modis repellatur, et ad agendam penitentiam perhenniter in monasterio retrudatur. Quem ergo Gregorius ad episcopatum aspirantem omnibus modis repelli, quam gravi penitentie subiecit, patet non sua dispensatione, sed canonum censura a subditis accusatum et convictum. Et ut iam non exemplis sed legibus agamus, videndum est quid Gregorius scribat Innocentio et reliquis episcopis Sardinie ita dicens. Quod subditi prelatos suos accusare non possunt.

Metropolitanum vestrum in aliquo preponere non presumatis. Exceptio fit ut non optamus esse eundem vos aliquo cause habere contigat, ut ob hoc sedis apostolice iudicium petere debeatis. Item universis episcopis [illegible]. Ut tam prelatorum subditi simulatione nulla negligant.

Sicut inquid laudabile discretumque est reverentiam et honorem exhibere potioribus, ita rectitudinis et timoris Dei est, si qua in eis indiget correctione, nulla dissimulatione postponere, ne totum quod absit morbus corpus invadat, si languor non fuerit curatus in capite. Quedam namque de primate vestro de conventio ad nos prolata sunt, que quoniam ita gravia sunt ut transire indiscussa nullo modo debeant, fraternitatem vestram hortamur, ut cum omni sollicitudine ac vivacitate veritatis indaginem multis modis debeatis illata, et si sunt ut dicta sunt ultione canonica resecentur. Admonemus autem ut nec cuiuscumque persone gratia, non favor, nec quelibet blandimentum quemquam vestrum ab his que nuntiata sunt nobis molliat vel a veritate excutiat, sed sacerdotaliter ad investigandam veritatem vos propter Deum accingite. Nam siquis in hoc piger aut negligens esse presumpserit, dictis criminibus apud Deum se noverit esse participem, cuius zelo ad perscrutandas subtilius nefandi facinoris causas non movetur. — S. i. q. i. Ferunt — J. vi. q. i. ¶ Verum hec.

Gratianus. Hec siquis specialia et ex his generalem regulam colligi non oportere contendit, audiat quid Gela(sius)

C. ii. q. ii. Quatuor

sius pp̄. cap̄. xxvii. dicat om̄ib; clicis cuiuscūq; ordinis. ita scribens. **Clici excessum sui epī aurib; deferat romanī pontificis.**

Quā ppt̄ nec clicoꝝ quisquā aplice offense se ɔfidat futurū inmunē. sinhis que salubrit̄ sequēda aplica ɔpmsit auctoritas. si uē epm̄ siue pb̄rm. seu diaconū uidit excedentē. 7 non ptinus ad aures romani pōtificis ōferre curauit̄. pbatiōib; dūdaxat cōpetent̄ exhibitis. ut transgressoīs ultio fiat cetis interdictio ɔlinquendi. Si uō mo dis omīb; erit unusquisq; pontificū or dinis 7 honoīs sui elusor. sicut clicoꝝ. t' auditui totius eccle hec putauit̄ supp̄mēda.

Itē. Siquid in eccla dāpni aut inhis que sūt pceptiōis nr̄e phibita. pontificē uiriū uiditis admittē. mox nr̄is aurib; relatiōe signatē. ut qd̄ fieri debeat censeamus. Itē ex cō calcedonensi cap̄. xxi. **Clici aut laici sine examinatione ad epōrū accusationē non admittantur.**

Clicos aut laicos passim accusantes 7 si ne pbatiōē epōs aut clicos ad accusationem ñ recipiendos ɔcernimus. ñ prius discutiat̄ eoꝝ extimatiōis oppinio.

Itē ex sinodo romana. **Quelibet psona epōs aut alios accusans monstranda documentis inferat.**

C. xi. q. i. Si clericus

Siquis epīs aut diaconus. aut quilib; clicus apud epōs quia alibi ñ oportet. aq; lib; psona accusati fuerit. quicūq; fuerit ille uir. siū sublimis honoīs. siue al tius dig̃tatis qui hoc gen' inlaudabilis intentioīs arripuerit. nouerit dicenda pbatiōib; monstrāda documētis se debere īferre. Itē damasus pp̄ stephano archiepō. **Sacerdotes ñ accusent qui ad eundē ordinem puehi non possunt.**

C. vi. q. i. cap. i. 7 ii.
S. e. q. Ipsi

Sacerdotes ut antiqua tradit auctoritas c̄minari ñ possūt. nec ineos testificarī qui ad eundē ñ debēt nec possūt puehi honorem. **Nisi in in rep̄hensibiles in maiorū accusationē ñ recipiunt̄.**

C. iii. q. viii. Absens
S. q. vi. Si quando
C. v. q. iii. In nemini. Quia

Itē yginus pp̄. Criminatiōes maiorū natu paruos non fiat̄ ñ p ipōs qui c̄minā intendūt. si tā ipsi digni 7 inre prehensibiles appareāt 7 actus publicus docuer̄. oīue suspitiōē carere 7 inimicitia 7 inrephensibilē fidē hr̄e. 7 hāc ɔuersationē ducere. Collig̃ itaq; exhis omīb; q; subditi in accusatiōē platoꝝ sūt admittēdi. Nūc uidendū ē an moāchi in epoꝝ accusatiōē sint audiendi.

Adrianus pp̄ uidetur eos ab accusatione remouere ita dicēs.

Monachi sacdotes accusare uł ineos testificari non possunt.

C. iii. q. iiii. huius
C. iii. q. v. Pelag. Canonica
C. xvi. q. i. Quamvis

Placuit eoꝝ accusandi sacerdotes 7 testificādi ineos uocē obstruere. quod̄ ñ hiīanis uocib; s̄ diuinis mortuos ēē scimus. quia funestam uocē potius intēdi quā audiri oportet.

Itē in cō. calcedonēsi pcipit̄ ut ecclasticas actiōēs attrectare ñ psumat.

Itē pelagius pp̄. **Monachi in accusatione non sunt audiendi.**

Nullus monāchus talia usquā arripiat. nec sclāria aut ecclastica negotia pturbare presumat. quia mortua ē intalib; uox eorū.

C. S. 7 aliud ē q; ex psūptiōē assumit̄ temeritatis. aliud q; ex necessitate gerit̄ caritatis. Moāchi ḡ ex psūptiōē epōs accusare ñ possūt. ex caritate possūt. s; ñ in canoīb; pcipitur. ut cubicularii epi sint. t' religiosi clici. t' electi moāchi. ut de eī uita testimoīum dicē possint. Itē illud eleutherii pp̄ oīb; gn̄alit̄ dicitur. **Consentire conuincitur qui cū possit pu'sis negligit**

C. xi. q. iii. [illegible]
S. p. i. di. [illegible]
Iohs facientes
C. xx. iii. q. iii. [illegible]
S. p. i. di. lxxxiii.
Innoc. error

Negligere cū possis **obuiare.** pturbare puersos. nichil ē aliud quā fouere. nec caret̄ scrupulo societatis occulte. qui manifeste facinori desinit obuiar̄e.

Itē ier tādē se. quā talis moāchis in p̄mo plogo bibliothece scbit dicēs. **Quantū exuite merito qui se ecclām edificat tm̄ nocet si resistentibus ñ resistat.**

Scā quippe rusticitas. solū sibi pdē. 7 quātū exuite merito edificat ecclām x̄. tm̄ nocet si dstruentib; ñ resistat. Itē gg. **Subditi uitia prelatorū rep̄hendere studeant.**

Admonendi sunt subditi. ne plus quā expedit sit̄ subiecti. ne cū student̄ plusquā necēē ē hoīb; subici ɔpellantur uitia coꝝ uenārī.

dem ex generali sinodo presides dixit.

Clerici uel electi monachi sint cubicularii

Cum pastorum uita in exemplo debeat esse discipulis, plerumque clerici qualis in secreto sit uita sui pontificis nesciunt, quam tamen sectantes pueri sciunt. De qua re presenti decreto constituimus, ut quidam ex clericis, uel etiam ex monachis electi in ministerio cubiculi pontificalis obsequantur, ut his qui in loco regiminis est tales habeat testes, qui ueram eius in secreto conuersationem uideant, et ex sedula uisione exemplum profectus sumant. Item de eodem.

Item de Uirgilio episcopo Arelatensi.

Prauos in sua societate episcopus habere non debet.

Peruenit ad nos fratrem et coepiscopum nostrum Serenum Massiliensem prauos omnino homines in societate sua habere: ita denique ut presbiterum quendam qui post lapsum carnis in suis adhuc dicitur iniquitatibus uoluptatibus familiarem habere. Quod a uobis subtiliter est requirendum; et si ita constiterit, curae uobis sit mature sic uice corrigere, ut et qui talem receperit, non familiaritate fouere, sed indicat potius ultione comprimere. Et qui receptus est discat lacrimis peccata diluere, non iniquitatem in immunditiis cumulare. Item Pascalis papa.

Uiros boni testimonii semper episcopi secum habeant.

Episcopi lectioni et orationi uacent, et semper secum presbiteros et diaconos, aut alios boni testimonii clericos habeant, ut secundum apostolum et sanctorum patrum instituta possint irreprehensibiles inueniri.

Item Iohannes baptista cum heremiticam duceret uitam, scribas et phariseos, sacerdotes et leuitas iudeorum ad se uenientes aspera increpatione redarguit. Item ut ex canonibus diffinitur: illi sacerdotes accusare possunt, qui ad eundem gradum laudabiliter pertingere ualent. Cum ergo monachi ad sacerdotii gradum laudabiliter pertingere ualeant, patet quod et ipsi sacerdotes libere accusare possunt.

De accusatione uero qualiter fieri debeat, in canonibus aperte dignoscitur. Ait enim Calixtus papa.

Q. VIII.

a S. q. i. c. In primis

J. iii. q. vi. C. ult.

J. e. q. viii.

Accusatorum Accusatio semper fiat in scriptis. persone sine scripto numquam recipiantur, nec absente eo quem accusare uoluerint, quibuslibet accusare permittatur. Cod. l. iiii. t. de probationibus. Sciant cuncti accusatores eam rem deferre in publicam notionem que munita sit testibus idoneis uel instructa apertissimis documentis, uel indiciis ad probationem idoneis testibus et luce clarioribus expedita. Item Eutitianus papa.

De eodem.

Quisquis ille est qui crimen intendit, in iudicium ueniat, nomen rei indicet, uinculum inscriptionis arripiat, custodiat similitudinem habite tamen dignitatis extimatione potiatur. Nec sibi nouerit licentiam mentiendi, cum calumpniantes ad uindictam poscat similitudo supplicii. Quod uero ad sortilegos magosque concurrunt, nullatenus ad accusationem sunt admittendi. De eodem.

Item Sixtus papa. Qui crimen obicit, scribat se probaturum, et qui non probauerit quod obiecit, penam quam intulerit ipse patiatur. J. in eod. q. v. Constituit.

Item Stephanus papa. Et Sixtus papa. Et uidetur scribere dicens. Extra scripta nullius accusatio suscipiatur, propria uoce si legitima et digna accusatoris persona fuerit, presente uidelicet eo quem accusare desiderat. Quia nullum absentem accusare potest, nec ab aliquo accusari. Et Calixtus papa precepit ut accusator presente eo quem accusat in scriptis accusationem iudici offerat, et propria uoce litteras sue accusationis legat. Stephanus autem prohibet ne absens aliquem per epistolam accusare audeat. Que uero sit forma accusationis quis modus concipiendorum libellorum. Paulus in l. dig. de publicis iudiciis. in t. de accusat. et inscriptione ostendit dicens. Libellorum inscriptionis inceptio talis est. Consul et dies. Apud illum pretorem et proconsulem Lucius Titius professus est se Meuiam lege Iulia de adulteriis ream deferre, quod dicat eam cum Gaio Seio in ciuitate illa, domo illius, mense illo, consulibus illis, commisisse adulterium. Utique et locus designari, uel est in quo adulterium commissum est, et persona cum qua admissum dicitur, et mensis. Hoc enim lege Iulia publicorum cauetur. Et generaliter precipitur omnibus qui reum aliquem deferunt. Neque autem diem neque horam inuitus comprehendet. Quod si libelli inscriptionum legitime ordinati non fuerint, rei nomen aboletur, et ex integro repetendi reum potestas fiet. Item subscribere debebit is qui dat libellum se professum esse, uel alius pro eo si litteras nesciat. Sed et si aliud crimen obiciat, ueluti quod domum suam prebuit ut stuprum mater familias pateretur, quod adulterium depr

J. vi. eod. Q. vi. Cap. ii.
J. in iii. Q. vi. Cap. i.
J. iii. Q. viii. Absente.
J. iii. Q. viii. Absente.

hensum dimiserit. qui pretium pro comperto stupro ac
cepit. et si quid simile ad ipsum libelli comprehensum
dum erit. Si accusator decesserit aliaue
qua causa eum impedierit. et quo minus accusare
possit. et si quid simile nomen rei aboleretur po
stulante reo. Idque lege iulia et diui et senatus
consulto cautum est. ita ut liceat alii ex integro
repetere cum rei sed intra quod tempus uidebimus et utique xxx.
dies utiles obseruandi sunt.

Nono. an accusatores uel testes in absentem uocem
accusationis uel testificationis exibere ualeant.
Decimo. an deficientes in primo capitulo sint admittendi
di ad sequentia.
Undecimo. an accusato liceat accusationem
in accusatorem est eam uertere.
Quod restitutio quibuslibet danda sit.
multis auctoritatibus probatur. Vt ait Hgai pp.
Expoliatis uel eiectis omnia sunt redintegranda.

Q. I.

Episcopis suis rebus expoliatis. uel propriis sedibus eiectis. omnia que eis ablata sunt.
legibus sunt redintegranda. Quia prius quam hoc fiat
tum fuit. nullum crimen eis obici potest. Item fabianus
papa. De eo dem.
Episcopi si a propriis sedibus aut ecclesiis sine auctoritate ro
mani pontificis expulsi fuerint. antequam ad sinodum
dum uocentur. prius locus et eorum sua omnia redintegretur et fiat.
Nulla enim ratio permittit. dum a deceptis eorum bona uel eccle
atque res abemuntur. aut a quibuscumque detinentur.
ut aliquid illis obici debeat. nec quicquam potest
eis quilibet maiorum uel minorum obicere. dum suis ec
clesiis uel rebus uel potestatibus carent.

S. ii. Q. ii. Nullus.
I. xxxiii. Q. ii. Iste.
I. v. Q. ii. capitulo.
S. ii. Q. ii. Nullus.

Maxima sunt Episcopus a propria sede deiectus est.
petit restitui. post restitutionem ducitur
in causam. Inducias postulat. tandem ad eius accusa
tionem procedit quidam illegitime coniunctus et du
o infames et tres religiosi. Accusatores et testes de
domo sua producunt et alios sibi inimicos. extra
suam prouinciam reus eius criminoso iudici offertur.
ab uno tantum audiendus et iudicandus. Quidam de ac
cusatoribus et testibus absentes per epistolam illum accu
sare et in eum testificari contendunt. Cum multa ca
pitula ei obicerent. in primo accusatores de
fecerunt. demum accusatio in accusatorem uerti
tur. Hic primum queritur. an restitutio danda
sit quibuslibet expoliatis.
Secundo de induciis. an post restitutionem tantum. an
etiam post uocationem ad causam quibuslibet conce
dende sint.
Tertio. quo spatio in suum uterque sit concedende.
Quarto. an infames et illegitime coniuncti ad ac
cusationem sint admittendi.
Quinto. an testes de domo accusatorum sint produ
cendi. uel inimicorum uox sit audienda.
Sexto. an extra prouinciam reus sit producendus.
Septimo. an sit audienda eius sententia qui
cum reo par inficit malitia. Canon.
Octauo. an ab uno tantum episcopus sit audiendus. uel iudi

Sed notandum est quod restitutionis sententia
sola non sufficit nisi presentialiter omnia iudicis officio
restituantur. ut eiectus uel expoliatus etiam
naturalem possessionem recipiat siue animo suo et
corpore alieno. ueluti per procuratorem. siue animo et
corpore suo. Cuncta quoque que sibi ablata sunt
uel fuerant quacumque conditione in eodem loco unde sur
repta fuerant sunt reuocanda. Unde iohannes urbis
rome episcopus scribit zachari archiepiscopo.
Quod omnia sunt redintegranda spoliatis.
Redintegranda sunt omnia expoliatis. uel eiectis episcopis
presentialiter ordinatione pontificum et in eo loco
unde abscesserant funditus reuocanda. quacumque
conditione temporis. aut captiuitate aut dolo. aut
uiolentia maiorum et per quascumque iniustas causas
res ecclesie. uel proprias id est suas substantias perdidisse noscuntur.
Item eusebius apostolice sedis De eodem.
episcopus omnibus episcopis. Redintegranda sunt omnia
expoliatis episcopis. uel eiectis episcopis et cetera usque funditus
reuocanda. eodem modo ut supra. Item alexander
papa. Non est sacerdos sed scismaticus qui
a fratrum se subtrahit obsequio.
Nulli dubium est. quin boni amatores semper persequuntur et tribulantur.
propter quod nos oportet humiliari sub potenti manu
dei. ut liberet nos in tempore tribulationis. Nam

diabolus non cessat circuire. querens quem deuoret. et querere quos ex fidelibus predat: et maxime illos quos ardentiores in seruitio saluatoris. eius que familia res inuenerit. Dico familiares eos quos sacerdoti et in ordine aptatus constitui uoluit. Ipse et propter populo in[ter]pellat. et populi peccata comedunt. quia suis precibus et oblationibus ea delet. atque consumunt. Et infra. Qui autem ex uno collegio fuit. et ab auxilio uno se subtraxerit. magis scismaticus quam sacerdos esse probabitur. Ecce inquit propheta: quam bonum et quam iocundum. h. f. in u. Illi uero non habitant in unum qui fratrem se solatio subtrahunt. aut quod terius est. fratribus insidias aut laqueos ponunt. Et infra. Dominum crucifigunt. qui eum in sacerdotibus suis persequuntur. quia crux a cruciatu dicitur. Magnum uero cruciatum sustinet. qui iniuriam patitur.

Item fabianus papa. Excommunicentur qui obprobrium et calumpniam inferunt sacerdotibus.

Deus ergo fratres ad hoc preordinauit uos et eos qui summo sacerdotio funguntur. ut iniustitias remoueatis. et presumptiones abscidatis: et in sacerdotio laborantibus succurratis: et obprobriis et calamitatibus eorum locum non prebeatis. Et ei qui calumpniam uel obprobrium patitur adiutorium feratis. Illi uero qui calumpniam uel obprobrium facit. abscidatis et donis in suis sacerdotibus operem feratis.

C. P[atet] ergo quod expoliati prius sunt presentialiter restituendi. antequam ad causam sint uocandi. Sed obicitur. ubi non fuit legitima institutio. ibi non potest esse restitutio. Non comprobatur constitutus. qui prius non fuit institutus. Ac per hoc nec restitutionem postulare potest. Illi ergo quorum electio uitiosa est. uel qui a clero non sunt electi. uel a populo expetiti. uel quia per simoniam irrepserunt. non sunt habendi inter episcopos. unde si a sedibus quas tenere uidebantur. expulsi fuerint. non possunt restitutionem petere. antequam uocentur ad causam. Unde supra in tractatu ordinandorum. Siquis pecunia uel gratia humana seu populari uel militari tumultu. etc. Sed hoc uno tamen casu intelligitur quo apostolica sedes per uiolentiam occupatur. quo casu iudex non inuenitur. cuius officio ille apostaticus possit excludi. In aliis autem locum non habet. cum uiolenta possessio nisi per iudicis sententiam uiolento detentori extrahi non possit. Si autem uerus dominus bello non continuato sed renouato quod illum de possessione eiecerit. iudicis auctoritate predo in possessionem restituet. Sic ergo episcopi a sedibus quas quoquo modo tenere uidebantur. non per iudicem sed uiolenter eiecti fuerint. post electionem restituendi sunt. ante regularem ad sinodum uocationem. De induciis autem post restitutionem prestandis et quo spatio temporis concedende sint scribit iohannes papa dicens. Secundum tempus expoliationis conceduntur inducie restitutionis.

Quanto tempore expoliati uel expulsi esse uidebantur. ante quam ad sinodum conuocentur. sub eodem spatio temporis eis inducie indulgeantur. Item pelagius papa. Dum possessionibus uel res episcopi detinentur aliquid sibi obici non potest.

Cum ecclesie alicuius episcopi. aut possessiones. uel res ab emulis eius. uel a quibuscumque aliis non sua sponte detinentur: aliquid illi non debet aut potest a quoquam ante reintegrationem omnium suarum rerum obici. Sed prius illi legibus redintegranda sunt omnia: et postea tempore a partibus prefinito profinita sunt negotia uentilanda. Item stephanus papa v. girardo leodicensi. Ante litem contestatam uiolenter ablata restituantur.

Oportet ut primum uos tam de inuasis ciuitatibus monasteriis et mansionibus quam de ceteris quis generaliter rebus reinuestire faciatis quia nec nudi ... contendere nec inermes inimicis nos debemus opponere. Item euaristus papa. Deiciantur a clero et infames fiant qui loca expulsorum adulterina feditate inuaserunt.

Audiuimus quosdam a uobis infamatos et dilaceratos episcopos a ciuitatibus propriis pulsos. qui alibi constitui episcopi non possunt. nisi in ciuitatibus non minimis et alios episcopis uiuentibus constitutos. Ideo hec uobis scribimus ut sciatis hoc fieri non licere. sed proprios reuocari et integerrime restitui debere. Illos uero qui adulterina feditate suas sponsas quas et uxores eorum prefixo tenore esse intelligimus. tenent eici et adulteros atque infames fieri eosque ab ecclesiasticis honoribus arceri iubemus. Si autem aduersus eos aliquam querelam habueritis. his peractis inquirendum erit et auctoritate huius sancte sedis terminandum. Item gaius papa. Inducie sex mensium electis uel expoliatis prestantur.

Electis uel expoliatis post integram restaurationem. anniuersarie inducie. uel sex mensium indulgende sunt. Item eusebius. Post restitutionem inducie prestande sunt.

Q. II.

S. i. q. ii. In scriptis.

S. xx. q. ii. Nullus pr.

J. xvi. q. i. Accepimus

S. p. i. di. xxx. Epi.

J. viii. q. i. Sicut.

J. vii. q. i. Non fuit

J. q. vi. hec.

S. xx. q. i. In primis

J. vii. q. i. Prefinitum

S. p. i. di. lxxviii. Nichol. Siquis.

Quod dictum est in precedenti questione ... post collig. in quibusdam capitul. subsequentis questionis ... repetit. s. ii. q. quinte cause.

Prius ergo oportet omnia legibus expoliatos redintegrari, et ecclesias que sibi sublate sunt cum omni priuilegio sibi restitui, et post modum non sub angusto tempore spatium eis indulgeatur, sed quantum expoliati uel expulsi uidebantur, antequam ad synodum conuocentur. **De eodem.**

Item Felix papa. Tamdiu in sede propria pacifice et potestatiue cuncta acta disponens resideat, quamdiu expulsus uel expoliatus suis caruit usus est rebus. **Ante restitutionem aliquis ad causam reuocari non debet.**

Idem. Si episcopus suis fuerit aut ecclesie sibi commisse rebus expoliatus, aut quod absit, quasi alienum ab omnibus esse debet fidelibus a sede propria eiectus, aut detentione aliqua a suis ouibus fuerit sequestratus, tunc canonice ante in pristino statu restituatur cum omni priuilegio sui honoris, et sua omnia que insidiis inimicorum suorum ei ablata fuerant legibus redintegrentur. Non est conuocari tempore ad causam potest, nisi ipse pro sua necessitate minime tamen iudicandus aduenire sponte elegerit. Nullatenus ergo a quoquam cogatur, antequam integerrime omnia que per suggestiones suorum inimicorum amiserat, potestati eius ab honorabili concilio legali ordine redintegrentur. Presul uero cum omni honore statui pristino reddatur, et ipse dispositis ordinatisque libere ac secure diu suis, tunc regulariter infra .IIII. aut .V. aut .VI. aut .VII. menses, iuxta quod possibilitas ei fuerit, et non ante conuocatus ad tempus in legitimo concilio et canonico conueniat ad causam, et si ita iustum uidetur accusantium propositionibus respondeat.

Quod si male uiuendo facultates ecclesie dispersit episcopus, ab eius patrimonio quousque dedi lapidatione rerum ecclesiasticorum cognoscatur submouendus est. Exemplo tutorum et curatorum qui dum fuerint suspecti a tutela et cura remouentur donec de suspecto cognoscatur. Vnde Pelagius papa Petro presbytero. **Ab amministratione remoueatur qui res ecclesie male uiuendo dispergit.**

Quia ea que de fraudibus Maximiliani relatione ad aures nostras supplicantium in flebili uenerunt, non facile secundum ueritatem agnosci potuerint, nisi facultas ecclesie quam in usus suos male conuertendo dispersit ab eius potestate donec causa cognoscatur seponatur. Ideo circo nos eum a supradicte ecclesie patrimonio uolumus interim submouere, et intuitu discussionis ipsius tempora moderamine detineri.

Quod uero post uocationem uenienti ad iudicium inducie negande non sint, idem Felix testatur dicens. **Venienti ad iudicium inducie non negentur.**

Cum accusatus ad iudicium uenerit, si uoluerit inducie expetenti a patribus constitute absque impedimento concedantur, et iudices a se electi sibi tribuantur. Item excepta Felicis pape .II. fratribus Egyptiorum. **Quot mensium inducie episcopis prestande sunt.**

De induciis uero episcoporum super quibus consuluisti, diuersas a patribus regulas constitutas inuenimus. Quidam ad repellenda machinamenta impetitorum et suas preparandas responsiones et testes confirmandos, et consilia episcoporum atque amicorum querenda annum et sex menses mandauerunt concedi. Quidam autem annum, in quo plurimi concordant. Minus uero quam sex menses non reperi, quia et laicis hec indulta sunt, quanto magis domini sacerdotibus. Et infra. Inducie uero non sub angusto tempore, sed sub longo temporis spatio concedende sunt, ut accusati se preparare possint, et uniuersos communicatores in proprium eius positos conuenire, et testes preparare, atque contra insidiatores se plenariter ualeant armare. Item Eleutherius papa. **De induciis prestandis.**

Inducie non modice dande sunt ad inquirendum, nec aliquid properanter agi, a qua cumque parte inuocatur, quia per subreptionem multa proueniunt.

Spatium uero dilationum, sicut in tertio codicis titulo de dilationibus inuenitur, hac ratione moderandum est, ut si extra prouinciam ubi lis agitur uel instrumenta uel persona poscentur, non amplius quam tres menses indulgeantur. Si uero ex continentibus prouinciis, sex menses cu

storici iustitia est. Intra transmarinam autem dilationem nouem menses computatum oportebit. Iudices uero autem hac ratione non sibi concessum intelligant dande dilationis arbitrium, si eandem dilationem si rerum urgentissima ratio flagitauerit, et necessitas desiderate instructionis exegerit, non facile amplius quam semel, nec ulla trahendi arte sciatur esse tribuendam. Ei autem dilatio penitus est deneganda, qui rescriptum ad extra ordinarium iudicem deportauerit. Illi uero qui in iudicium uocatur, danda est ad probanda precum mendacia, uel proferenda aliqua instrumenta uel testes, quibus instructus esse non potuit, qui preter spem ad alienum iudicium trahitur. Cum uero ad appellationem siue consultationem a principe rescriptum fuerit, siue sit primo iudicio petita dilatio nec tributa, siue nec petita quidem, eam cuiquam dare non licebit, eadem ratione qua nec in iudiciis cognitionum imperialium dilatio tribui solet. A iudice procedente dilationem postulari non conuenit, etiam si utraque parte presente tribuatur, cum non alias nisi causa cognita indulgeri queat, et cognitio cause non interpellatione plenaria sed considerante magis iudice legitime colligatur, ut si forte dilationis petitio improbata fuerit, suscepta questio per sententiam iudicis dirimatur. Const. in .vii. in colla. .viii. Libellum uero non aliter actor dirigat, nisi prius et in ipsum quem dicit obnoxium, et in negotii executorem exponat cautionem se uel intra duos menses litem contestaturum, uel omne dampnum eique conuenitur contingens restituturum. In colla. .v. Offeratur ei qui uocatur ad iudicium libellus. Et in prebitis sportulis, data fide iussione, xx dierum gaudeat indutiis, in quibus deliberet utrum cedat an contendat, atque iudicem alium petat sociari uel recuset eum, nisi sit ille quem ipse alio iam recusato petiuerit. Denique presens interrogetur an hoc tempus transierit, quod non modo ipsius responsione sed etiam libelli manifestatur subscriptione, quam in initio facere debet. Litis contestatio contra hoc in dubium habita pro nichilo est. Con. .n. vi. In coll. vi. quod fieri non debet nisi actor satisdederit, certam promittens quantitatem se daturum, quod si non exequatur, aut exequens non uincat causam. Si uero post tempus a se constitutum intra .x. dies reo presente non occurrat, dimittitur reus exacto eo quod promissum est, et si quid plus impendisse circa litem cum taxatione iudicis iurauit recipiet. Exceptio fori dilatoria est, atque ideo in initio litis debet opponi et probari. Peremptorias autem exceptiones, ut sunt prescriptiones longi temporis, sufficit in initio litis contestari.

Q. IIII.

Quod uero infames et non legitime conuicti ad accusationem admitti non debeant, et qui generaliter ab accusatione remouendi sunt, multorum auctoritatibus claret. Vnde Iginus papa. Infames eos qui sunt bone fame accusare non possunt.

Alieni erroris societatem sectantem, uel a suo proposito tramite recedentem, aut apostolice sedis iussionibus inobedientem suscipere non possumus, nec impedire recte credentes, uel sanctorum patrum iussionibus obtemperantes permittimus. Quia inter fideles et infideles magna debet esse discretio. Item Anacletus in primo decretali. Qui legem suam sponte transgreditur, ante suam reuersionem recte agentem accusare non potest.

Beatus predecessor noster Clemens uir apostolicus et spiritu dei plenus, una cum reliquis sanctis collegis suis statuit dicens. Accusandi uel testificandi licentiam denegetur his qui christiane religionis et nominis dignitatem et sue legis uel sui propositi normam aut regulariter prohibita neglexerit. Transgressores enim sponte legis sue eiusque uiolatores apostate nominantur. Omnis enim apostata refutandus est ante conuersionem suam, nec in accusationem recte agentium aut testimonium suscipiendus est. Item Pius papa. A suo proposito discedentes sunt infames.

Si quis a suo uero proposito retrorsum exorbitauerit et iussa apostolice sedis libenter transgressus fuerit, infamis efficietur. Reprobari ergo oportet eorum redargutiones qui in recta fide suspecti sunt. Fides autem et conuersatio primum scrutanda est et deinde qui irreprehensibiles apparuerint sunt recipiendi et non prius. Item Calixtus papa.

Alieni
Supra .ii. ca. q. ii. Dionisius.
Supra .ii. q. vi. Alieni erroris.
Infra ca. vi. q. i. cap. iii. et iiii.
Supra p. i. di. xxviii. gg. Nulli.
Supra . q. vii. Non potest
Infra xxiiii. q. iiii. Ipsa pie

Incestuosi et non legitime coniuncti. sacerdotes uel legitime coniunctos accusare non possunt.

C onsanguineorum coniunctiones nec legitime sunt. nec manere possunt. sed sunt repellende. Quisquis ergo non legitime coniunctus. uel absque dotali titulo ac benedictione sacerdotis constat copulatus: sacerdotes uel legitime coniunctos criminari. uel in eos testificari minime potest. quoniam omnis incesti macula pollutus. infamis est. et accusare supradictos non permittitur. Non solum ergo hii repellendi sunt qui infames efficiuntur. sed etiam omnes eis consentientes. Similiter de raptoribus. uel eis qui seniores impetunt. fieri censemus. Hos enim leges seculi interficiunt. sed nos misericordia preuenti sub infamie nota ad penitentiam recipimus. Qui sunt recipiendi in accusatione.

I dem. C onspiratores in nullius accusatione sunt recipiendi. Nec eorum. uel anathematizatorum uox ullum nocere aut ledere potest. De eo dem.

I tem stephanus pp. N ullus anathematizatorum suscipiatur. nec a quoquam credantur que ab eis dicuntur. uel conscribuntur. eos dico anathematizatos esse quos episcopi suis scriptis anathematizauerint. aut eorum statuta anathematizant. I tem fabianus pp.

Anathematizati fideles accusare non possunt.

O mnes quos sanctorum patrum statuta tam preteritis quam futuris temporibus anathematizant submouemus: et ab omnium fidelium accusatione alienamus. I tem stephanus pp.

Clericus qui episcopum suum accusauerit infamis efficitur.

C lericus uero qui episcopum suum accusauerit. aut ei insidiator extitit. non est recipiendus. quia infamis effectus est. et a gradu debet recedere. ac curie tradi seruiturus. I tem alexander pp.

Infames et exules fiant qui episcopos persecuntur.

H ii qui episcopos persequuntur. et ammouere nituntur. iniuste contra apostolicam auctoritatem: et si a morte prohibentur dicente domino. Nolo mortem peccatoris sed ut magis conuertatur et uiuat. perpetua tamen procul dubio notantur infamia. et exilio digni iudicantur. finitimo. De quibus a temporibus apostolorum et infra tenemus. atque decreta habemus. Eorum accusandi episcopos. uel testificandi in eos uocem obstruimus. quos non humana

nisi et diuinis actibus mortuos scimus.

I tem zepherinus pp. Detractores et inimicorum auctores episcopos non accusent.

D etractores quidem diuina auctoritate eradicandi sunt: et auctores inimicorum ab episcopali submouemus accusatione. uel testimonio.

I tem eutitianus pp. Infamis et sacrilegus religiosum xpistianum accusare non potest.

N ulli umquam infami aut sacrilego de quocumque negotio liceat aduersus religiosum xpistianum. quamuis humilis seruilisque persona sit. testimonium dicere nec de qualibet ratione. uel inscriptione xpistianum impetere.

N otandum uero est. quod aliud sit excommunicatio. aliud anathematizatio. Unde Iohannes octauus. scribit cuidam episcopo. Aliud est excommunicatio aliud anathematizatio.

H engeltrudam uxorem bosonis noueris non solum excommunicatione que a fraterna societate separat. sed etiam anathemate quod ab ipso corpore xpisti quod est ecclesia recedit crebro percussam esse.

V nde datur intelligi. quod anathematizati intelligendi sunt non simpliciter a fraterna societate. sed a corpore xpisti quod est ecclesia omnino separati. Quod uero testes de domo accusatorum producendi non sint: et quod uox inimicorum non sit audienda. multorum auctoritatibus monstratur. A nde Anacletus pp. Consanguinei uel familiares aduersus extraneos non dicant testimonium.

C onsanguinei accusatores aduersus extraneos testimonium non dicant. nec familiares. uel de domo prodeuntes, sed si uoluerint et inuicem consenserint: inter se parentes testificentur. et non in alios. I tem anacletus papa. Nec inimici accusatores uel testes esse non possunt.

A ccusatores et testes esse non possunt. qui ante hesternum diem. aut nudius tertius inimici fuerint. ne irati nocere cupiant. ne lesi ulcisci uelint. Inoffensus igitur accusatorum et testium effectus querendus est. et non suspectus. I tem simachus pp.

De eo dem.

D e accusatoribus uero inimicis. uel de inimici

I. xxxvi. q. iii. Cap. ii.
I. xxx. q. v. In tr
I. xxxv. Nulli lic
I. vii. q. ii. Si inimicum
I. xxvii. q. i. Si quis
I. q. v. tr. Qui consi
I. xi. q. i. Conuiuatio
S. di. xlvi. Seditiona
I. xx. q. vii. Infra
I. iiii. q. i. Cap. i.
I. vi. q. i. Illi qui
S. ii. q. ii. Infra.
I. vi. q. i. Infames.
S. illud meretricali. hoc manuali causa
I. xi. q. i. Pu... 7 sacerdos.
I. viii. q. ii. Statuimus.
S. ii. q. vi. Placuit.
I. q. xx. Canonica.
I. xxiiii. q. iii. Certe.
I. xi. q. iii. Excellens
I. xx. q. ii. Si inimici
I. xxxv. q. vi. Cap. i.
I. iiii. q. ii. 7 iii. Cap. i.
In. iiii. q. ii. 7 iii. Cap. i.

domo procumbentibus. vel qui cum inimicis morantur. aut suspectis non credatur. ne irati nocere cupiant. ne lesi se ulcisci velint. Si quis hec que hodie in hac sancta sinodo prohibita sunt infringere temptaverit. aut voluntarie transgredi presumpserit. si clericus est gradu proprio penitus careat. Si vero monachus aut laicus fuerit communione privetur. Et si non emendaverint vitam anathemate feriantur. Secretas vero insidias. vel manifestas pontificibus a quibuscumque illatas. vel eas que huius sancte sinodi sententia complectitur. Si quis ad ecclesiasticam pertulerit notitiam. potiatur honore. et qui adversus ea molliuntur. sicut a sanctis patribus dudum statutum est. et hodie sinodali et apostolica auctoritate firmatum. penitus abiciantur. et exilio suis omnibus sublatis perpetuo tradantur. Item pontianus sancte et universalis ecclesie episcopus.

S. d. lxxxviij. c. — J. v. q. v. Si verum

Qui non possunt esse accusatores vel testes.

Suspectos aut inimicos. aut facile litigantes. et eos qui non sunt bone conversationis. aut quorum vita est accusabilis. et qui rectam non tenent et docent fidem. accusatores esse et testes antecessores nostri et apostoli prohibuerunt. Et nos eorum auctoritate submovemus atque temporibus futuris excludimus. Item eusebius episcopus gallicarum. Ab accusationibus clericorum repellantur quos leges seculi non admittunt.

C. de testib. Si quis.

De accusationibus clericorum. super quibus mandastis. scitote a tempore apostolorum in hac sancta urbe servatum esse accusatores et accusationes quas ex consuetudinum leges non asciscunt. a clericorum accusatione summotas. Et infra. Iccirco et nos sequentes patrum vestigia pro salute servorum dei. quascumque ad accusationem personas leges publice non admittunt. his inpugnandi alterum et nos licentiam submovemus. et nulle accusationes a iudicibus audiantur ecclesiasticis: que a legibus seculi prohibentur. Item pelagius papa.

J. vi. q. i. Nos seq.

Alienigene sunt. et quos divine voces mortuos appellant episcopos accusare non possunt.

Canonica sanctorum patrum statuta sequentes. ac roborantes: omnes infames. cunctosque suspectos. vel inimicos: et eos qui non sunt eorum gentis. vel quorum fides vita et libertas nescitur. et qui non sunt bone conversationis. vel quorum vita est accusabilis. ab omni accusatione episcoporum funditus submovemus. Similiter et eos quos divine leges mortuos appellant submovendos esse ab eadem accusatione et publice penitentie submittendos iudicamus. Item ex sinodo romana habita sub adriano papa.

S. ii. q. vii. Adam. placuit. — S. e. q. iiii. Inqui.

A laicis repelluntur accusationes quas leges seculi non asciscunt.

Accusationes et accusatores atque eorum negotia. quas seculares non asciscunt leges. divina ac sinodica sanctione a laicis repellere auctoritate censemus. quia indignum est superiores respati ab inferioribus quam inferiores ab eis pati despiciunt. Item stephanus romane ecclesie episcopus omnibus episcopis. Nec servus nec libertus nec infamis episcopos accusare presumant.

J. e. vi. q. i. Nos seq.

Accusatores et accusationes quas leges seculi non admittunt. et antecessores nostri prohibuerunt: et nos submovemus. Nullus alienigena accusator fiat eorum: aut iudex. Sicut in deuteronomio scriptum est. Ingressus est ut advena. numquid ut iudicet? accusator autem eorum: nullus sit servus. aut libertus. nulla quoque suspecta aut infamis persona. Item eusebius. Infames qui ad sortilegos et divinos occurrunt nec accusatores nec testes esse possunt.

J. e. q. vi. Anacletus. Leges.

Constituimus cum omnibus qui nobiscum sunt episcopis. ut homicide. malefici. fures. sacrilegi. raptores. adulteri. incesti. venefici. suspecti. criminosi. domestici. periuri. et qui raptum fecerint. vel qui falsum testimonium dixerunt. seu qui ad sortilegos divinosque concurrerint. similesque eorum. nullatenus ad accusationem. vel ad testimonium sunt admittendi. quia infames sunt. et iuste repellendi. quia funesta est vox eorum. Item iulius papa. Suspecti aut gratiosi ad accusationem non admittantur.

J. vi. q. i. Quiaq. — J. xxii. q. v. Parvuli. — J. iiii. q. v. Cap. i. — S. ii. q. viii. Cap. ii.

Similiter in prefixa sinodo est decretum. ne suspecti aut infames. aut criminosi. aut gratiosi. aut calumpniatores. aut affines. aut scelerati. aut facile litigantes. suscipiantur accusatores. set tales qui omni careant suspitione. Item felix papa. Qui inimicitias studet facile litigat nec ullus servus. accusator nec testis esse potest.

J. e. q. viii. Absens.

Nullus servus. nullus libertus. nullus infidelis. nullus criminibus irretitus. nullus calumpniator. nullus qui inimicitias studet. nullus frequenter litigans. ad accusandum. vel detrahendum. facilis. nulla infamis persona. vel omnes quos ad accusationem

publica c̄rimina. lege publice n̄ admittunt.
pmittit̄ ep̄os accusare. Ite calixt' pp.

Familiares suspecti de domo pdeuntes non recipiantur i accusatioē.

J. xx. iii. q. ii. c̄. Cap. i.
J. iiii. q. ii. Cap. i. 7 q. iiii. Cap. ult.

Accusatoēs t' testes suspecti ñ recipiant'. nec familiares
t' de domo pdeuntes. nec etiam 9sanguinei.
accusatoēs aduersus extraneos testimoniū
dicāt; q̄a ppinq̄tatis 7 familiaritatis. ac do
minatiōis affectio. ueritatē impedire sol3.,
amor carnal'. 7 timor. atq; auaritia plerūq;
sensus hebetāt humanos. 7 puertūt oppini
oēs ut questū pietatē putēt. 7 pecuniam quā m̄
cedē prudentie. Ite gelasius.

Qui inimici uel suspecti sūt 7 qui odio quoslibet insecunt' ab accusatioē remoue ant'.

S. q̄x. q. vii. Fidel.
J. vi. Q. i. Infames.
J. vi. Q. i. Tel. Sacdo
S. e. Accusatores.
J. vi. Q. i. Decores.
J. vi. Q. i. Infames.

Omīs q̄ aduersus patres armant'. ut patrū in ua
soēs. infames ēē censent'. hoꝝ q̄ uiꝗtioꝝ auctoēs
t' patratores in accusatioē pontificū ñ sūt recipi
endi. s3 penit' repellendi. q̄m iubēt canoīca de
creta patrū. ut accusatio. t' testimoniū eorū
qui hodio quoslib3 psequunt'. t' qui inimi
ci. aut suspecti hn̄t'. nullo mō recipiantur.

C. Quod uō inimici ab accusatioē
phibent'. inē quia eoꝝ calliditate innocen
tia frequent' opmi solet. Sic cū athanasius
sue cathedre rectoi pcipit'. q̄a d' inimicitia
sui patarche 9q̄stus ē. patet q' 7 si manifesta.
c̄rimina alicui sūt. ñ tñ accusatioē inimici 9
dēpnand' ē. Vñ nicolaus scribit michae
li impri. Qui inimici sūt iudices ēē non possunt.

Quia suspecti 7 inimici
iudices ēē non debeāt. 7 ipā ratio dictat 7 pli
mis pbatur exēplis. Nā q̄o gratius 7 amabili'
dare quis inimico pot. quā sibi ad impetēdū
cōmiserit. que lede forte uoluit. Q̄d ꝓ pu inde
9stantinopolitana sinod'. canonū suoꝝ sexto
dignoscit' phibe cap. Vel iam 7 ad scām cal
cedonensē sinodū. 7 q̄o nob' d' ip̄o anathasio
premoꝝ refeāt ep̄o audiam'. Js h antistes ter est
uocat'. quia ñ occurrit. a suo patarcha canoīce
9dēpnat' extitat. s3 solū quia cū uocaretur ad
sinodū q' inimicus ēēt ip̄e qui iudicabat. clama
uit. a scā calcedonēsi sinodo ad cās illatas s'
examinandas reseruet'. 7 denuo 9uinceret'
recipe ecclam ꝓpam iudicat'. Si an athasius
a patarcha suo d' pōitus. q̄a d' inimicitia ei' con
questus ē. tāto ad iudiciū renouādū dignig.
7 si manifesta sibi officiat c̄rimina sue eccle red
di precipitur. quanto magis ignatius qui nō
a patarcha. s3 ip̄e potius existens patarcha mi
nime debuit eccla p̄a puari 7 inimicis 7 su
spectis iudicib' decernentib' exspoliari. uciat
7 facundissim' nr̄. pp. gelasius hrticoꝝ
expugnator fortissimus. 7 q̄d d' constantinopo
litanis epis more soluto te egrotantibus dir
etiā nunc nob' edisserat. Queō inq̄o iudiciū
q' ptendūt. ubi nā possit agitari. an apud ip
sos. ut idē inimici sint 7 testes. 7 ei iudices. S3
tali iudicio nec humana debēt 9mitti nego
tia; q' si i iudicio ubi idē sūt inimici q' iudices
nec humana d'bēt 9mitti iudicia. quanto
min' diuina. i. ecclastica. Qui sapiens ē. in
telligat. Et re uera hic iustinian' impr pius
legib' suis pmulgasse dignoscit' dicēs. Liceat
ei qui suspectū sibi iudicē putat. an quā lis
inchoet'. eū recusare. ut ad aliū recurratur.
Nā quoda mō naturale ē suspectoꝝ iudiciū
insidias d'clinare 7 inimicoꝝ iudiciū uelle
refugere. hic scs iohs os aureū 9ciliū contra
se 9gregati renuit intrare 9legiū. Pater q'
7 si manifesta c̄rimina sūt alicuius. tñ accusa
tioē inimici 9dēpnand' ñ ē.

J. Q. iii. Cap. ...
S. q̄x. Q. vi. Siquis ui.

E. Extra puinciā aūt reus nullatenus est
pducend'. Vñ fabianus pp. scribit illaīo ep̄o.

Vbi crimē admittitur ibi causa uentiletur.

Q. VI.

Ibi et causa semp agatur.
ubi c̄rimē admittit'. 7 qui ñ pbauit q' obiecit.
penā quā intulerit. ip̄e patiatur. Ite.

Accusatus non nisi in foro suo audiatur.

J. e. Q. e. C. ult.
S. e. Q. iiii.
Sixt' q̄ān.
J. viii. Q. iii. Cap. ii. 7. ii. 7. vi.

Siquis ep̄oꝝ sup certis accusat' c̄riminib' ab oīb' audiat'. q̄ sūt in puincia su
a epis: quia ñ oportet accusatū alibi quam
in foro suo audiri. C. Exceptio fori: dilato
ria ē. atq; iō in initio litis d'b3 oppoi 7 pbari.
Pemptorias aūt exceptioēs. ut sūt p̄scriptioēs
longi tp̄is. sufficit in initio litis 9testari.
Ite. Pulsatus de ... eo c̄rimine.

J. xi. Q. i. Clerici.

an suum iudicē c̄rimē dicat. Nō an suū iu
dicē pulsatus. si uoluit taceat. Pulsatis uō
quotiens appellauerit. induciē dentur.

C. Hoc aūt q' d' loco dictū ē.
te intelligendū ē. cū ueritas cause ñ nisi in
loco admissi c̄riminis d'phendi pot. aut ñ
alia pars iudiciū maioris psone inpella
uit. s; uū declinādo iudiciū an sniam datā. s; uū
reuelando sniam p' sniam e platioē. Vñ stefan'
scē 7 aplice atq;

S. ii. Q. vi. Cap. ponde. c̄. plati semp puocāe ...

uniuersat eccle romane eps scribit oibus epis.
Intra prouintiam a conprouincialibus
Ultra puncias tantum causa est audienda.
terminos accusandi licentiam non pgrediatur.
Sed omnis accusatio intra puinciam audiatur.
a conpuincialibus terminetur nisi ad aplica
sedem fuerit appellatum. Item xistus pp.
A conpuincialibus accusatus uel iudicatus
Accusatus uel iudicatus aplicam sedem appellet.
a conpuincialibus in aliqua causa eps liceat ap
pellare. et adeat aplice sedis pontificem quam ipse ad
puincialos suos retractari eius negotium pcurrerit. et
dum tractato iudicio pontifex causam suam agit. alius
ineius loco non ponitur. aut ordinetur eps. Quoniam quam
quam a conpuincialibus eps accusati causam epis
scrutari liceat. non tamen diffinire inconsulto roma
no pontifice pmissum est. Item eleutherius pp.
Conpuinciales et metropolitani epor causas
Quamuis liceat audire sed diffinire non possunt.
apud conpuinciales et metropolitanos atque
pmates epor uentilare accusationes uel criminia
tiones. non tamen licet diffinire sine huius sce sedis auc
toritate. sicut ab aplis eorumque successoribus mi
tor consensu epor iam diffinitum est. nec eorum iudicium.
alii aut sponant. aut ordinent. antequam
hic eorum iuste terminentur negotia. Reliquorum
uero dicorum causas apud conpuinciales et metropoli
tanos et pmates conuentilare et iuste diffinire
licet. Item leo eps urbis rome anastasio epo
tesalonicensi. Sine aplica censura in causis
epor non est diffinitiua ferenda sententia.
Multum stupeo fr karme. et plurimum doleo. quod in
eum de quo nichil amplius iudicaueras quam
quod euocatus ad te esse differret. et excusationem
infirmitatis obtenderet. tam atrociter et tam ue
hementer potueris commoueri. presertim cum etiam si ta
le aliquid mereretur. expectandum tibi fuerat.
quid ad tua consulta rescriberemus. Sed etiam si quid
graue intollerandumque committeret. nostra erat
expectanda censura. ut nichil ipse prius decer
neres quam quid nobis placeret agnosceres. Uices
enim nras ita tue credidimus caritati. ut in par
tem sis uocatus sollicitudinis. non in plenitudinem
potestatis. Unde sicut multum nos ea que a te
pie sunt curata letificant. ita nimium
ea que pperam sunt gesta contristant. Item iu
lius pp. orientalibus epis. Preter conscientiam ep
romani pontificis non concilia celebrari nec epm
dampnari oportet

Dudum a sanctis aplis successoribusque eorum in anti
quis decretum est statutis que actenus sca et
uniuersalis aplica eccla tenet. non oportere
preter sententiam romani pontificis concilia
celebrari. uel epm dampnari. Quoniam scam romanam
ecclam primatum omnium ecclarum esse uoluerunt.
et sicut beatus petrus apls. primus fuit omnium
aplorum. ita et hec sca eccla suo nomine consecrata
dno instituente. prima sit et caput ceterarum.
et ad eam quasi matrem. atque ad apicem omnes ma
iores eccle. cause et iudicia epor recurrant. et
sumat iustam eius sententiam terminum. nec extra ro
manum concilium quam exhis decernere debent pontificem.
Aliquando inconsulto romano pontifice.
plerique epor dampnati inueniuntur. et aliiin eorum lo
co subrogati. quorum dampnationem et subrogatio
nem pro bono pacis ex dispensatione tollerasse legitur
eccla. Unde nicolaus pp salomoni regi brit
tonorum. Quorundam depositionem epor extra conscientiam
romani pontificis factam ppace tollerauit eccla.
Hec quippe est ordinatio dei patris et hec lex eccle
matris tue uidelicet ut omnes epos regni tui ad tu
ronicensem archiepm mittere non detractetes. ipsius
que iudicium postulare non dedigneris. Ipse enim metro
politanus est omnesque epi regni tui eius suffraganei sunt.
sicut conscriptiones predecessorum meorum euidenter osten
dunt. qui predecessores tuos. quia illos ab illius
cura subtraxerunt. forti inuectione corripere
studuerunt. quamuis nec nra scripta super hac re minus
sa te esse uideantur. Cumque coram designato turonice
eccle presule et integro numero collegarum. id est duode
cim epor celebrato conuentu fuerint ei electi epi
regulariter examinati. Apparuerintque canonice
fuerint electi. ipi in sua dicione manentibus
qui in locis eorum consecrati sunt. potiuntur utique epatus
honore potiri. Quod si electi epi insontes fuerint
declarati. his amotis qui illis subrogati sunt
ecclas suas ipi recipiant. Nam cum antecessores
mei presules electionem eorum epor qui ab ecclis
suis expulsi sunt. nec admiserunt. nec approbaue
runt. nec ipos qui eis subrogati fuerint uiuentibus
illis legitimos epos dixerunt. Sane si aduturo
nensem forte archiepm mittere dedigneris
prefatos epos. scilicet duos epos depulsis et du
os subrogatis. una cum eccle tue legato ad
aplicam beati petri sedem transmittere. ubi di
gna examinatione premissa. qui legitimi
sunt epi appareat. et suas ecclas irregulariter

Marginal notes:

J. xi. q. i. pertinet experientia.

J. c. q. viii. Zepherinus xii.

S. ii. q. ii. In primis
S. di. xii. c. ii.
S. di. xvii. Concilia
S. pre. q. vi. Qui se scit
J. v. q. iiii. c. ii.
S. ii. q. i. Prima etc.
S. ii. q. vii. Latores etc.

S. p. i. di. xvii. Iulius etc. regula
J. c. Q. viii. Cap. ult. etc.

S. di. xii. c. ii.
S. di. xvii. Concilia
S. ii. q. vi. Qui se.
J. xvi. q. i. Frater noster
J. xxiiii. q. i. Rogamus
S. di. lxxx. c. i.
J. viiii. q. iii.

S. ibi de his primatibus et archiepis agitur. qui spuali priuilegio. app. suorum epor depositiones legitimas impetrarunt. hic uero generaliter de uniuersitate quod hoc indultum optinere potuit.

J. i. q. iiii. c. ii.
S. ii. q. iiii. Nullam
J. q. viiii. c. ii.
J. xvi. q. vii. c. iii. et iiii.
J. vi. q. iii. Scitote.
J. v. q. iiii. c. ii.

S. ii. Q. i. In primis
S. ii. q. Audiuimus.
J. vii. q. i. Non si

non admittatur. Nichil enim quero aliud in presenti negotio diffiniri. Quia vero magna questio sit metropolitanus apud Brittanos contentiose, licet nullius memoria teneat vos intra religionem ullam habuisse metropolim ecclesiam, tamen filiis vestris, postquam Deus omnipotens pacem inter vos atque dilectum filium nostrum Karolum regem gloriosum constituerit, facile hoc poteritis advertere. Quod si adhuc contentiosos vos usque credetis, ad nostrum apostolatum destinare contendite, quatinus nostro iudicamine, que fuerit apud vos antiquitus archiepiscopalis ecclesia, luce clarius innotescat, et deinceps omni ambiguitate recisa, quam sequi episcopi vestri debeant incunctanter agnoscant. Ne contentione ecclesiasticarum dignitatum per discordiam regni divisionis aliqua pati dampna necesse est, cum quantum in se est pacem quam predicant servare studeant invicem et mores.

S. d. x. c. 1.
S. di. vii. c. ult.

§. Illa autem irrita est episcoporum sententia, que absque sinodo recitata. Unde Felix papa.

Dampnatio iniusta irrita est, que in sinodo recitanda.

Jn. xi. q. viii. Irritam.

Irritam esse episcoporum dampnationem, et iniustam censemus, que non est in sinodo eorum recitata, ita ut oppressis ab omnibus in cunctis subveniatur causis. §. Quod autem metropolitanum contempnere et aliorum iudicium alicui expetere non liceat, Sixtus papa testatur dicens.

Peregrina iudicia sunt submovenda.

S. xx. q. 1. Inprimis.
J. xxv. q. ii. c. 1.

Peregrina iudicia salva in omnibus apostolica auctoritate generali sanctione prohibemus, quia indignum est ut ab externis iudicentur, qui provinciales et a se electos debent habere iudices, si non fuerint appellati. De eo de

J. xxv. q. ii. Cap. ii.

Item Anacletus. Leges ecclesie apostolica auctoritate firmamus, et peregrina iudicia submovemus. Unde et commonitionem faciens Loth per Moysen loquitur dicens: Ingressus es quasi advena, numquid ut iudices? Item Innocentius. Nulli liceat aliarum provinciarum iudicium expetere.

S. xx. q. vi. Siquis ...

Non liceat cuiquam sine preiudicio tamen Romane ecclesie, cui in omnibus causis reverentia et auctoritas debetur, relictis his sacerdotibus qui in eadem provincia divino nutu gubernant Dei ecclesias, ad alias convolare provincias et aliarum provinciarum episcoporum iudicia expeti vel pati. Quod si quis presumpserit, ab officio clericus submoveatur, et iniurie reus ab omnibus iudicetur. §. Reverentia autem que apostolice debetur ecclesie, et cui auctoritas intelligenda est, cum vel ad ipsam appellatum fuerit, vel ab ea iudices electi concedun(tur). Unde Sixtus papa cum diceret provinciales et a se electos debere habere iudices, statim subiungit: si non fuerint appellati. Item Anacletus. Absque apostolice sedis decreto extraneos iudices adire non possumus.

J. v. q. iii. Cap. ii.

Unaqueque provincia tam infra ecclesiasticas quam iusta seculi leges debet suos iudices et non iniquos habere iudices, et non extraneos, nisi apostolice huius sedis decreverit auctoritas. Item ex Romana sinodo. Super appellatione alterius provincie iudices adire non oportet.

S. e. q. Pulsatus.
J. xi. q. 1. Si quis.
J. viii. q. 1.
Non invenitur.

Neminem exire a provincia ad provinciam vel de comitatu ad comitatum oportet, nisi ad appellationem iudicii, ita ut actor rei forum sequatur. Et infra. Illa que sunt propria quaque provincia ipsi provincie singulis dispensentur, sicut in Niceno constat esse decretum concilio. Ultra provincie terminos accusandi licentia non progrediatur. Omnis accusatio intra provinciam audiatur, et a comprovincialibus terminetur.

S. q. e. Scibuli.

Item Sixtus. Si quis clericus de eo de super quibuslibet criminibus accusatus fuerit in provincia in qua consistit, ille qui pulsatur suas exerceat actiones, nec extra eam, cum accusator suus longius aut alibi ad iudicium pertraxerit. Item ex decreto Adriani pape. Ubi crimen admittitur ibi causa ventiletur.

J. xii. q. 1.

Qui crimen obicit, scribat se probaturum. Revera ibi agatur causa ubi crimen admittitur.

S. ii. q. viii. Qui crimen.
S. e. q. e. c. 1.

Q. VII.

§. Quod iudex esse non possit, quem cum reo par aut maior macula inficit, multis auctoritatibus probatur. Dicit enim sancta Romana synodus. Infames iudices esse non possunt.

Infamis persona nec procurator potest esse nec cognitor. §. Tria sunt quibus aliqui impediuntur, ut iudices non fiant. Natura: surdus, mutus, et perpetuo furiosus, et impubes, quia iudicio caret. Lege: qui senatu motus est. Moribus: femine et servi, non quia non habeant iudicium, sed quia receptum est ut civilibus non fungantur officiis. Verumtamen si servus dum putaretur liber ex delegatione sententiam dixit, quamvis postea in servitutem depulsus sit, sententia ab eo dicta rei iudicate firmitatem tenet. Item Ingelrannus episcopus. Infames non possunt esse postulando.

Procuratores vel patroni causarum. Sunt autem tres ordines eorum qui postulare prohibentur. Est autem postulare desiderium suum vel amici sui in iure apud eum qui iurisdictioni preest exponere, vel alterius desiderio contradicere. Nam ut premisimus postulantium tres ordines sunt. Quidam prohibentur omnino postulare, vel propter etatem, ut minores XVII annis, vel propter casum, ut surdus qui prorsus non audit. Alii prohibentur ne pro aliis postulent, vel propter sexum, ut femine, vel propter casum, ut utroque lumine orbati, vel propter notam turpitudinis, ut hi qui in corpore suo muliebria passi sunt, non forte in predonum vel hostium stuprati prohibentur. Similiter qui capitali crimine vel calumpnie publici iudicii

suñt dãpnati. t̃ quiop̃as suas locauer̃. ut cũ be
stiis õpugnarent̃ in arena. p aliis postulaẽ p
hibent̃. his psõis pse allegaẽ pmittit̃. p alio
phibet̃. ñ forte tutelã puberũ. t̃ curã adole
scẽtiũ. ñ affectatã. s; necessaiiã administret.
Pmis ħ quoꝶ curã ger̃ eis postulaẽ ɔceditur.
Aliis ħ õs qui infames notant̃. ñ pse ꝛ pcertis
psõis postulaẽ ñ possũt. ñ in integrũ resti
tutionẽ acceptt. Pmittit̃ aũt eis postulare
p parente ꝛ p patrõno. p patrõna. t̃ libis suis ꝛ paren
tib;. p filio t̃ filia; pupillis etiã suis. frẽ ꝛ sorore.
socero. socru. gñõ. nuru. uitrico. nouerca. priui
gno. priuigna. pupillo. pupilla. furioso. furiosa.
fatuo. fatua. surdo. surda. p digo. p diga. ꝛ adole
scente. Itẽ pmis quib; ppt̃ infirmitatẽ cura
tões dari solet. ut q negotiis suis aliquo per
petuo morbo sup eẽ ñ possũt. Õs aũt qui nõ
sponte. s; necessitaĩo fungunt̃ offõ. sm̃ offensa
postulaẽ possũt etiã sibi hi sũt. quib; ñ ñ pse
postulaẽ pmittit̃. Affinitates uõ ñ eas accipe
dbem̃. que quondã fuer̃. s; psentes. Nur̃ et
gñi appellatiõe ꝛ soceri ꝛ socrus. etiã ultiores
quib; p offõ solꝫ accedẽ ɔtinent̃. Arcentur
etiã a pfessiõe aduocatoꝶ. sicut in scđo t̃. cod.
t. d postulando inueĩt̃. q sub nõie honorarii
ex ipis negotiis. q tuenda suscepit̃ emolumẽtũ
sibi certe partis cũ gui dãpno litigatõis ꝛ dpactiõe
poscente inueiunt̃. Itẽ siqs adũ p eo fuit ut ñ rõe
s; pmis putet eẽ certandũ oppinoĩs sue iniminu
tionẽ patiet̃. Preta ñ licꝫ aduocato ullũ certum
inire ullã pactionẽ ɔferre cũ eo litigatõe quẽ
ipsa fide recepit. nec ex industria iurgiũ ptra
here. Apud urbẽ romã etiã honoãti qui hoc pu
tauerit eligẽdũ. eo usq licеat horaẽ. q̊usq
maluerit. uidet̃ ut ñ ad turpe cõpẽdiũ. s; ꝑ pẽq
dformẽ hec arripiat̃ occasio. Nã si lucro pecuñ
acq capiant̃ ueluti abiecti. atq d generes int̃
uilissimos ɔnũabunt̃. Si uõ in uno auditorio
duo tm̃ t̃ pl'es p certis fuerit. quoꝶ fama sit ila
nior. in iudicãtis offõ sit. ut par causidicorũ
distributio fiat ꝛ exequet̃ p partib; auxiliũ
singuloꝶ. Siqs uõ moitus audice ea excusa
tiõe que neq̃at q p baĩ. cuiq parti auxilium
d negauit. careat fore. Sciat etiã nũq sibi
agẽdi copiã posse restitui. Siqs aũt ex litiga
tõib; d tect̃ fuiit sepati tractasse cũ ptib; ꝛ ad
uersaĩo subtraxisse pars d fensiõis copiam
ostẽdꝫ p cul dubio iniquã a se litẽ fouen. et

auctõitatẽ iudiciaĩ iam. clusam a se expiet̃.
Itẽ. Quiuis aliq cam̃ fisci egisset. phibeant̃ aduer
sus fiscũ patrõnũ pstare. tñ hodie etiã aduersus
fiscũ patrõnũ pstãt exibe. p uatis etiã ĩ qũ eã cam̃
dclinẽt suscipe quã tractauerit. dũ fisci aduo
cati fuerunt.
Itẽ. Si eẽ patrẽ pupilli cam̃ egisti. tutor. t̃ p cu
rator. aũt eandẽ cam̃ dfendẽ ñ phibeis. Cogni
tões uõ ex offõ intelligunt̃. ñ ex arbitrõ. Nichil
ħ refert cũ qui arbitrium suscepit. an sit inte
gre fame. an ignominiosus. Filius etiã in re
pats arbit̃ eẽ pot̃. Nã ꝛ iudicẽ eũ eẽ posse pleriq
placet. Si quis uõ iudex sit arbitrium suscipe eius dẽ
rei de qua iudex ẽ ꝛ in se cõmitti uel e phibetur.
ꝛ si sententiã dixit. ñ ẽ danda pene psecutio. Ser
uus arbit̃ eẽ non ualꝫ. libtinus pot. Porro infa
mia multiplicit̃ irrogat̃. Aliqñ ħ contrahit̃ gñe
dlicti dclarati p sententiã. ueluti cũ iudex pnũti
at. Iniuriam fecisti. hereditatẽ expilasti. calũp
niat̃ es. Aliqñ gñe pene. sicut illi q dãpnant̃
in op̃ publicũ. qui p stinũ q dẽ statũ retinẽt. sed
dãpno infamie etiã p̃ impletũ tp̃s subiciunt̃.
Aliqñ gñe pene ꝛ dlicti. d clarati p sententiam
ueluti cũ fustib; ceso p p cone dr̃. sicophantis. i. falsca
lũpniator. Aliqñ ipo gñe facti. ut exercentes
in pbũ fenus ꝛ illicite exigẽtes. usuras usurarũ.
ꝛ que intra tp̃s. quo mõis ẽ lugẽ maritu matrimo
niũ contrahit. ꝛ qui scies eã uxorẽ duxit.
Idẽ. Testat̃ felix pp. ꝛ iste uerb. Idẽ in eugio.
Iure qui tratẽ gestat modo. p batur non posse edu
cẽ festucã de oculo fris sui.
Itẽ dauid in l' psalmoꝶ. Peccatori aũt dixit dš. q̃r
tu e. iii. in ꝛc.
Itẽ gg. Cui uita dspicit̃. restat ut ei p dicatio ɔtẽp
natur. Itẽ in moralibus. Qui aliorum ui
ta puniunt sua prius corrigere studeant.
Qui sui peccõ ẽ inm̃. p̃mus in illã lapidẽ mittat. S̄. i. q. i. Necesse ē
Ad aliena quippe puienda peccata ibãt ꝛ sua J̄. d. pñ. di. v. Q.J.
reliquerãt. Reuocent̃ itaq intr̃ ad ɔscientiã
ut p̊us p̃a corrigat. ꝛ tẽ aliena rep hendant. hic
ẽ q cũ tbs beniamin in carnis scelẽ fuisset
obruta. collect̃ oĩs isrt̃ ulcisci iniq̃tatẽ uoluit.
s; dĩ semel ꝛ itm̃ inbelli certamine ipẽ p strat̃
ẽ. Consulto ħ dñio. si adulcis scẽdũ in eo buisset.
iussũ ẽ ut iret. q iusta diuine uocis impiũ prex.
ꝛ semel ꝛ scđo p didit ꝛ tẽ decimũ peccatõe tribũ
ualde rep̃hẽiens. pene funditũ extinx̃. Quod est
q in ultiõe scelis infl ãmat̃. ꝛ tñ p̊us ipẽ psternit̃.

Ĵ. xxxv. q. x. c. i. cẽ.

Ĵ. v. q. iiij. In loco

Ĵ. vi. q. iij. Nõ licꝫ

Qui dignitatẽ sine ad
ministratiõe habebit.

nisi qui prius ipsi purgati sunt, per quos aliorum culpe feriuntur, ut ipsi iam mundi pulsionem ueniant qui aliorum uitia corrigere festinant. Item Ambrosius super Beati immaculati.

Ille de uita alterius iudicet qui non habet in se ipso quod puniat.

Iudicet ille de alterius errore qui non habet quod in se ipso condempnet. Iudicet ille qui non agat eadem que in alio putauerit punienda, ne cum de alio iudicat, in se ferat sententiam. Iudicet ille qui ad pronuntiandum nullo odio, nulla offensione, nulla leuitate ducatur. Et post pauca. Bonus iudex nichil ex arbitrio suo facit et domestice proposito uoluntatis, set iuxta leges et iura pronuntiat. Si quis iuratis obtemperat, non indulget proprie uoluntati; nichil paratum et meditatum de domo defert, set sicut audit, ita iudicat, et sicut se habet ueritas decernit. Obsequitur legibus, non aduersatur. Examinet causarum merita, non mutat. Discite iudices seculi quem in iudicando tenere debeatis affectum, quam sobrietatem, quam sinceritatem. Et paulo post. Qui iudicat non uoluntati sue obtemperare debet, set tenere quod legum est. Et post pauca. Iudicandi: cordis magis est custodia ueritatis quam obedientia uoluntatis.

S. p. i. di. xlviii. ꝓ. Hrem.
S. p. i. di. xlviii. Sulc.
S. i. q. i. ꝓ. Ne pu.
I. xiiii. q. v. ꝓ. Scptũ.

Item Gregorius. **Grauatus criminalibus aliena iudicare non ualet.**

In grauibus peccatis quis positus, dum sua non premittit, aliena non diluit. Cunctis liquet quia cum is displicet qui ad intercedendum mittitur, irati animus procul dubio ad deteriora prouocatur. Scriptum quippe est: Victime impiorum abominabiles sunt Deo; uota iustorum placabilia. Neque enim in omnipotentis Dei iudicio quid quisque dat, sed a quo datur inspicitur. Hinc est enim quod scriptum est: Respexit Deus ad Abel et ad munera eius, ad Cain uero et ad munera eius non respexit. Dicturus quippe quia Dominus respexit ad munera, premisit sollicite quia respexit ad Abel. Ex qua re patenter ostenditur, quia non offerens a muneribus, set munera ab offerente placuerunt. Dona quippe iniquorum non probat altissimus, nec respicit in oblationibus eorum, nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Item. Longe est Dominus ab impiis, et orationes iustorum exaudiet.

Item. **Primum nosmet ipsos deinde proximos debemus corrigere.**

Postulatur Dominus iudicare de peccatrice, non statim dat iudicium, set prius inclinans se deorsum digito scribebat in terra, ac si diceremus quod obnixe rogatur iudicat, nos uidelicet tipice instituens ut cum quelibet proximorum errata conspicimus, non ante hec errata reprehendendo iudicemus, quam ad conscientiam nostram humiliter reuersi digito discretionis solerter exculpemus, et quid in ea domino placeat, quidue displiceat examinatione discernimus, iuxta illud apostoli: Fratres, si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, etc. Qui sine peccato est uestrum, id est primo uos ipsi iustitiam legis implete, et sic innocentes manibus ad lapidandam ream concurrite.

S. p. i. di. lxxxi. Nemo.

Item Augustinus ad quendam comitem. **Sacerdos prius sua peccata deinde aliena detergat.**

Sacerdos ut sapiens medicus et perfectus primum sua peccata diluere sciat, et post ea aliena detergere, curare et non publicare.

I. d' pñ. di. vi. Sacerdos aũ.

Item in Eugippio. Sal infatuatum ad nichilum esse utile dicitur, nisi ut proiciatur foras et ab hominibus conculcetur. Ex quibus omnibus datur intelligi quod criminosus alterius criminis iudex esse non potest, et se ipsum condempnat dum malterius criminis sententiam profert. Sed obicitur: Saul, cum a Domino esset reprobatus, populum iudicabat, et eius iudicium uniuersus populus expectabat.

Item Dauid, cum esset adulter et homicida, increpatus a propheta sententiam in diuitem dedit qui ouem pauperis rapuit, dicens: Iudicium mortis est uiro huic. Item Salomon, cum amore mulierculum deos gentium coleret, tamen uniuersa plebs Israelitica ad eius iudicium confluebat. Sic et Achab, quamuis coleret Baal, tamen Israel iudicabat. Multi etiam alii tam in ueteri testamento quam in nouo inueniuntur, quorum uita cum esset blasphemabilis, tamen eorum sententia, quia ex officio suo seruata iudiciarii ordinis integritate processit, inuenitur seruata.

Unde et Dominus ait in euangelio: Super cathedram Moysi sederunt scribe et pharisei dicentes etc. Hinc liquido constat quod mali pastores, dum sententia iusti examinis aliorum crimina feriunt, sibi ipsis nocent, dum sine exemplo sue emendationis aliorum uitia corrigere curant. Subditis uero prosunt, si eorum increpatione correpti uel sententia coherciti uitam suam in melius commutare didicerint. Hac propter in melius dum ab ecclesia tollerati fuerint, eorum iudicium subterfugere non licet.

Q. VIII

Quod autem episcopus ab uno tantum audiri uel iudicari non debeat, Zepherinus papa testatur dicens: **Episcopus non nisi a pluribus audiatur et iudicetur.**

Accusatores episcoporum omni careant suspitione, quia columpnas suas Dominus firmiter stare uoluit, non a quibuslibet agitari. Nullum namque eorum sententia a suo iudice non dicta constringat, quia et leges seculi id ipsum fieri precipiunt. Cod. l. vii. t. de sententiis et interlocutionibus.

S. ii. q. vii. Accusa
S. ii. q. i. In primis

Cui magistro quis suat arbitrium. eum habere et esse iudicem in eodem negotio non dedignetur. l. xii. iudices

q lib. epi accusatus sincere fuit. eligat a quibus eius causa iuste iudicetur. nec prius audiatur aut excommunicetur. vel iudicetur. quam ipsi per se eligat et regulariter vocatur ad suorum primo conventum. episcoporum per eos causa eius iuste audiatur et rationabiliter discernatur. Finis vero eius causae ad sedem apostolicam deferatur. ut ibi determinetur. non ex contumacia absens fuerit. Absens vero nemo iudicetur. quia et divine et humane leges hoc prohibent. Item felix papa. dist. in co. cartag. iii.

A quot episcopis audiatur episcopus qui in reatum inciderit.

Suggero secundum statuta veterum conciliorum. ut si quis episcopus quod non optamus in reatum aliquem inciderit. si fuerit ei nimia necessitas non posse plurimos congregare episcopos. ne in crimine remaneat. a xii. audiatur episcopis.

De accusatoribus vero vel testibus. qui in absente vero ce accusationis vel testificationis exhibent non valeat. multorum auctoritatibus liquet. Ait enim telephorus papa. Nisi reo presente accusator

Accusatori ideo non credi non audiatur. decernimus. qui absente adversario causam suggerit: ante utriusque partis iustam discussionem. Item eleutius papa. Absente adversario sententiam ferre non liceat.

Caveant iudices ecclesie. ne absente eo cuius causa ventilatur sententiam proferant. quia irrita erit immo et causam in sinodo pro facto dabit. Porro ius vero nec calumpniam nec vocem audiat. Item calixtus papa. Reus absente accusatore

Absente eo quem non audiatur. accusare voluit. quicquam accusatori non credatur. Quod si in scripto difficile prescriptum aut numquam recipiatur. quia per scripturam nullus accusare potest. sed propria voce et presente eo quem accusare voluit suam quisque accusationem agat. Item cornelius papa. Que in absentes geruntur omnino

Omnia quae adversus absentes in omni negotio aut loco aguntur. aut iudicantur. omnino evacuentur. Quoniam absentem nullus addicit. nec ulla lex dampnat. Item marcellus papa. Non iudicetur qui presentialiter non ac

Non oportet quemquam cusatur vel convincitur. iudicari vel dampnari. priusquam legitimos habeat accusatores presentes. locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Item damasius papa.

Habetur quoque de eo de. innocentius secundum patrum sanctorum non fore canonicum quemquam sacerdotum iudicare vel dampnare. antequam accusatores canonice examinatos presentes habeat. locumque defendendi accipiat. i. inducias ecclesiasticas ad abluenda crimina et c. Item de.

Qui accusare de eo de. alium eligit. presens per se et in palam accuset. in scriptione videlicet premissa. Nec ullus umquam iudicetur. antequam accusatores legitimos presentes habeat. locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Item ex co. tolet. vii.

Dignum est ut vita de eo de. innocentis nulla maculetur pernitie accusatoris. Ideo quisquis a quolibet criminatur non ante accusatus supplicio deditur. quam accusator presentetur. atque legum et canonum sententia requiratur. Quod si indigna ad accusandum persona invenitur. ad eius accusationem non iudicetur. Item bonifatius papa ad gallos.

Sententia feratur qui cause sue negligit adesse.

Decrevimus ut in diebus intra provinciam esse iudicium congregare sinodum ante diem kl. novembrium. ut si ad esse voluit presens si confidit ad obiecta respondeat. Si vero ad esse neglexit. dilatio non sententie de absentia non lucretur. Nam manifestum est confiteri eum de crimine. qui indulto et toties delegato iudicio purgandi se occasione non utitur. Nichil enim interest. utrum in presenti examine non omnia que dicta sunt comprobentur. cum ipsa quoque professio expectata toties constet absentia. Item felix papa. Absens nec accusari nec iudicari potest.

Absente adversario non audiatur accusator. nec absente alia parte sententia a iudice dicta in nullam obtinebit firmitatem. Item nicolaus papa. guarnerio archiepiscopo senensi. Altera parte absente diffinitiva non feratur sententia.

Revera iustus mediator non est. qui uno litigante et altero absente. aliorum emergentes lites decidere non formidat. His ita premissis volumus et apostolica auctoritate monemus. ut si presbiter de quo agitur pro excommunicatione sua apostolicam sedem adire voluerit. nullus tunc ei impedire presumat. Item zepherinus.

In absente non est ferenda sententia.

Absens vero nemo iudicetur. quia divine et humane hoc prohibent leges.

D. p. i. di. l. Studeat.
J. xv. q. vii. felix
J. iii. q. v. omnibus
Q. IX.
D. ii. q. viii.
Cap. i. et iiii.
D. ii. q. viii.
sed. p. scripta
J. v. q. ii. Relatum
D. xi. q. i. In primis
J. v. q. ii. Damasus. Relatione
J. xi. q. iii. gg. Si non
J. xxiiii. c. iiii. Filii
J. xi. q. ii. gg. xmus
D. ii. q. vii. Diffinitiva. Nemo
D. ii. q. iii. Quisquis

Nisi fuerit absens ex contumacia. Presenti namque contumacia eum habere facit. Item Nicolaus papa Guarnerio Senensi episcopo. Indicas Hermannum episcopum de eo de supra quibusdam frequenter fuisse accusatum. pro quibus quia ex parte ipsius persona deest. nos uni parti ad dissemina altius credere procul dubio non possumus. quamuis nec hucusque adhuc qui fuerint illi excessus diximus. nec utrum sane intuleat idem antistes necne. cum ipsos excessus perpetrabat euidenter ostenderis. satisque arbitramur. qualibet intim infirmitatem ad penam pecti. quam ad ipsum pertinet peccatum. cum magis consulendum commendandum sit. quam puniendum. uel etiam aliquo modo feriendum. Item Calixtus papa. *Testes non dicant testimonium nisi de his que presentialiter et uiderint nouerint.*

Testes per quamcumque scripturam testimonium non proferant uerum. sed presentes de his que uiderint et nouerint ueraciter testimonium proferant. nec dicant de aliis causis uel negotiis testimonium nisi de his que sub eorum acta esse noscuntur.

Debis etiam quod audierit si ad hoc inducti sunt. inciuili causa testimonium dicere possunt. Unde in codice. vii. t. de testibus lege. Si debitum scriptum sit. et probatio solutionis proferatur a litigatoribus. per testes sine scriptura testem susceptibilem eam iudicem esse uolumus. dum ad hoc ipsum testes adsumantur. ut perhibeant testimonium perficienda solutione. aut per memoria facta alicui iam facte solutionis et professione eius quod pecunias accepit. hec autem testimonia manifesta et ex transitu prohibita sunt. aut ab eo qui propter aliud opus adueniens: audiuit ab aliquo dicente se accepisse ab aliquo aurum: aut debere alicui nulla ratione ualere censemus.

Simul autem necesse est ut uideat quod si alius uno tempore et alius alio uidit. diuersitas temporum eorum testimonium non admittit. Unde Leo papa. *Non admittuntur ad testimonium quos non eodem tempore negotio affuisse constiterit.*

Nichilominus quoque puniendi sunt testes qui de calumnia aliquo testificauerint. nec eorum uoces tamquam plurium admittuntur. quos temporum quoque diuersitas simul interfuisse prohibuit. Ambrosius in libro de paradiso. *Ad seriem gestorum testis ex suo nichil*

Cura simplex testimonium *adiciat.*

scientes intimandae. Plerumque testis dum ad seriem gestorum aliquid ex suo adicit. totum testimonium fidei partis mendacio decolorauit. Nichil ergo quod bonum uidetur addendum est. Item Felix papa.

Absens per alium nec accusare nec accusari potest.

Absens per alium accusare aut accusari non potest. nec affinis admittatur testis.

Nisi in criminibus maiestatis in quo illustris persona etiam per procuratorem intendere et excipere potest. seruatis certis solemnibus. Ut est in c. tenuiss[...]. l. ult. Item Pelagius papa Sidoue magistro militum. *Reo absente libellum accusationis frustra*

Carte quas dedit *offert.*

nobis Lucidius si illo tempore aduersarius ipsius presens illic fuisset ualide erat. Sed quia aduersario absente. gesta que nobis recensuit facta leguntur. talia leges non recipiunt. Item de decreto patricio. *Testes corporaliter prestito sacramento testimonium dicant.*

Habent forsitan illi iustam longi doloris excusationem, qui vitam alteram nesciunt, qui de hoc seculo ad meliorem transitum non confidunt. Nos autem quibus credimus et docemus contristari nimium de dormientibus non debemus, neque apud alios tenere pietatis speciem hoc magis nobis in culpa sit. Nam diffidentie quodam modo genus est, contra hoc quod quisque predicat querere, iustitiam amans dicente apostolo: Nolumus autem vos ignorare de d. ut non c. sicut et ceteri qui s. n. h. De mortuis quare utrum sciant ea que a vivis geruntur. Ysaias ex persona populi afflicti ait: Abraham pater noster nescivit. Augustinus quoque in libro de agenda cura pro mortuis illud vere testatur dicens.

Mortui ex se nesciunt que hic gerantur.

Fatendum est nescire quidem mortuos que hic agantur, sed dum hic aguntur; postea vero audire ab eis qui hinc ad eos moriendo pergunt. Non quidem omnia sed que sinuntur et illi meminisse, et que illos quibus hec indicant audire oportet. Possunt et ab angelis qui rebus que hic aguntur presto sunt audire aliquid mortui, quod unumquemque illorum audire debere iudicat cui cuncta subiecta sunt. Multique ad vivos aliquos ex

mortui fuerint credunt. Sicut ergo precio pa
uli ex uiuis in pace ad se rapuit esse. diuina
scriptura testatur. C. XXX. De his autem qui
in patibulis suspenduntur querit an iuxta ec
clesiam sint sepeliendi. De quibus in Mago
tiensi concilio ita statutum est. Non est deneganda
communio his qui in patibulis suspenduntur.

Quesitum est ab aliquibus fratribus de his qui in patibulis
suspenduntur pro suis sceleribus post confessi
onem deo peractam utrum cadauera eorum ad ecclesias
deferenda sint. et oblationes pro eis offerende et
celebrande misse an non. Quibus respondemus.
Si omnibus de peccatis suis puram confessionem a
gentibus et digne penitentibus communio in fine
secundum precepta canonum danda est. cur non eis
communionem uel sepulturam eis interdicunt qui
pro peccatis suis penam extremam persoluunt et con
fitentur uel confiteri desiderant. Scriptum est enim. Non
iudicabit deus bis in idipsum.

N. XIIII. Causa de canonicis agitur qui de prediis
ecclesie questionem mouent. de quibus queritur an li
ceat eis sua repetere. et quia tamen dum res ecclesie per
sequuntur non sua quorum dominium fuit. sive
pauperum quorum curam gerunt. repetere probantur
non sibi sed pauperibus coram iudice stare et in
iudicio contendere probantur. aliis autem uiri perfecte
imperfectis sua repetere et in iudicio stare
permittitur. Ostenditur etiam in ea quod in causa ecclesie
et clerici clericorum attestationem debent adduci
possunt. In efficiendis autem instrumentis scilicet
negotiorum priorum attestationem uocati pro
bantur. Agitur etiam in ea de his qui negotiato
ribus pecuniam commendant ut ex eorum mercibus e
molumenta percipiant. qui usuram accipere pro
bantur. Ibidem etiam ostenditur quod nec clericis uel laicis
usuras licet exigere. Quia qui usuram accipit
rapinam facit. Ubi etiam probatur. Omne quod male
possidetur alienum esse. male autem possidetur. quo
male utuntur. Probatur etiam in ea quod ex fenore
uel usuris uel ex quolibet male acquisito ele
mosine fieri non possunt. et quod si alteri subuenire
non possumus non alterum ledamus. Commodi ne
utrum unum equum alterum grauare debemus. et quod
exemplo filiorum israel qui egyptios exspoliauerunt
aliena rapere non debemus. Ibidem etiam ostenditur quod nomine
furti omnis illicita usurpatio rei aliene
intelligitur. et quod non unquam aliquid de peccato acqui
runtur. que pauperibus licite erogantur. et quod pe

nitentia non agitur si simulatur si res aliena propter
quam peccatum est reddi possit et non redditur.
Agitur etiam in ea de eo qui rem alienam consecutus uero eamdem
amato eius estimationem restituere debeat. de fla
gitiosis etiam quibus a principibus ecclesia debent in
uedere. non eos temerario usu defendere. Furtum
quod ibidem ostenditur non tam in quantitate rei
quam in affectu furantis consideratur.

ANONI
CICU
IUSDAM.

ecclesie questionem mouent de prediis. testes ex
fratribus suis producunt. Negotiatoribus pe
cuniam commendant. ut ex eorum mercibus emolu
menta accipiant. Q. I. Queritur an liceat eis sua
repetere. Secundo an illi testes sint audiendi.
Tertio an illud sit usuras exigere. Quarto
an liceat clericis uel laicis a quolibet usuram
expetere. Quinto an elemosine de usuris
fieri possint. Sexto an usurarii peniten
tiam agere ualeant nisi que male acceperint resti
tuant. Quod sua repetere non possint facile Q. I.
uidetur posse probari. Ait enim dominus in euangelio. Si uis
perfectus esse uade et uende omnia que habes et da pauperibus. Qua
quod isti iter perfectionis arripuerunt non licet eis sua repetere.
Multo quoque minus licet eis repetere. quia non debet
repeti quod possideri non licet. Item. Si quis tunicam
tuam tollere uoluerit et in iudicio tecum con
tendere. dimitte ei et pallium. Item apostolus ad Co
rinthios. Iam quidem omnino iudicia habetis inter uos
peccatum est in uobis. Item Gregorius exponens. Omnia michi
licent sed non omnia expediunt. omnia sed ego sub nullius redigar po
testate inquit. Cum mens concepta desideria
sequitur. Furtim rebus coniungitur quarum amo
re superatur. Item ex concilio Cart. IIII. Presbyteri et institoris episcopus prouocat non litigent.

Episcopus nec prouocatus presbyteri et institoris litiget. Quia quod generaliter
perfectis prohibetur in iudicio contendere. patet quod istis non licet stare coram
iudice. his ita prohibet. Prohibet perfecto in iudicio stare capitulo
lucrum si non euitando dampnum. Ut autem.
Aliud est sua possidere. aliud est communi procurato
rem esse. Canonici non possident sua. que retento ob

late non sunt alicui. Utuntur enim rebus ecclesie non ut suis, set tamquam a dispensandis commissis. Unde Prosper in libro .ii. de contemplatiua uita. Sacerdos cui dispensationis cura commissa est et cetera. Require in ea causa, qua primo ingressu monasterii pecunia exigebatur. Sicut ergo isti non possident sua, ita nec sua repetunt, set res ecclesie quorum procurationem gerunt. Similiter quod in iudicio prohibentur communiter debet subintelligi, uidelicet ut non stent coram iudice pro aliis. Aliis autem coram iudice astitisse, et per se iudices interpellasse, nonnullos sanctorum legimus. Hii autem non stant, set pauperibus, quorum necessitatibus pro futura repetunt, et ita non prohibentur stare coram iudice. Illud uero Augustini: Si quis abstulerit tibi tunicam et cetera. Non precipientis set exortantis est. Unde Augustinus ait. Peccat qui ultra debitum exigit, non qui suum debita repetit.

Quod debetur si benigne remittitur, non tamen inique repetitur. Peccati autem qui exigit ultra debitum, ideo quia lex modum figens pene talionis instituit. Set tunc longe es a peccato iniuste exactionis quando omnino non exigis debitum. Ideoque bonus magister ait: Qui te percutit in unam maxillam, prebe ei et alteram. Presumitur ne cogamini reddere debitum ab eo qui nullum habet debitum. Sic et cetera accipies.

Q. II.

De eo autem quod queritur an de suis fratribus testes possint producere, multis auctoritatibus uidetur esse prohibitum.

S. c. iii. q. vi. cap. Accusatores.

Leges enim tam sacrorum canonum quam secularium principum prohibent ut aliquis alium testem de sua domo producat.

S. iii. c. q. v. cap. ii. et iii.

Contra se enim quisque testatur pro persona sua minime.

S. iii. ca. q. ii. et iii.

Quia ergo isti producuntur ut pro se ipsis testimonium ferant, non enim utilitatis sue ecclesie se penitus immunes arbitrentur futuros, patet quod uox eorum in talibus non est audienda. Set distinctio habenda est: testium examinatio in criminalibus causis seruanda est, in ciuilibus autem non usquequaque. In criminali uero causa non licet testem de propria domo produci. In ciuili autem prelatis ecclesie licet. Unde Paschalis .ii. Guidoni archiepiscopo Uiennensi apostolice sedis legato scribit. Clerici qui pro sua ecclesia testimonium ferre possunt.

Fraternitatis uestre prudentiam plurimum ammiramur, quod in negotio beati Stephani clericorum ipsorum acceptare noluistis testimonium. Diuerse enim namque species causarum, non in omnibus causis criminalia agitantur. In criminibus siquidem accusatorum et testium illa distinctio obseruanda est, quam in canonibus continetur, neque ad probationem domestica assumantur. Ceterum in possessionum uel huiusmodi negotiis hii potissimum assumendi sunt, qui eadem negotia nouerunt, de quorum auditu et uisu dubitatio esse non debeat. Si ergo idem clerici idonei sunt ad questionem cause illius, nulla ratione remoueantur. Set sicut alias latius deliberatum est inter sancti Iohannis et sancti Stephani canonicos, causa illa penitus decidatur.

Post autem intelligi aliter. Domestici a probatione non admittuntur, ut pro his uidelicet quorum sunt domestici testimonium ferant. Hii autem sicut supra de actoribus dictum est, non pro domesticis suis, set pro ecclesia que mater est pauperum, testimonium dicunt. In conficiendis autem instrumentis secularium negotiorum presbiteri non uocantur ad testimonium, set si casu eos interfuisse acciderit, ubi non de causa presbiterorum, coram episcopo testimonium dicant. Unde in synodo habita Rome ab Eugenio papa statutum est.

In conficiendis instrumentis sacerdotes ad testimonium non uocentur.

Quia quam sacerdotum testimonium credibile habetur, tamen in propriis secularibus negotiis conficiendis instrumentis ad testimonium non rogentur, quia eos in talibus rebus interesse non conuenit. Si autem contingit aliquos casu interfuisse, et aliquid uiderint uel audierint, ubi nulle idonee secularium inueniantur persone, ne ueritas occultetur, et malum uel bonum est meritum in prudentia presbiteri suscepi. Ubi autem coram se et competentibus iudicibus, a aliter ueritatem honorifice testificentur.

Q. III.

Quod autem preter summam emolumenta sectanda sit usuras exigere, auctoritate Augustini probatur, qui in psalmo xxxvi. scribit dicens. Qui plus quam dedit expetit usuram accipit.

Si feneraueris hominem, id est mutuum dederis pecuniam tuam, a quo plusquam dedisti expectes, non pecuniam solam set aliquid plus quam dedisti expectes, siue illud triticum sit, siue uinum, siue oleum, siue quodlibet aliud, si plus quam dedisti expectes accipere, fenerator es, et in hoc improbandus, non laudandus. Item Ieronimus super Iezechielem l. vi. Quicquid super datum exigitur usura est.

Putant quidam usuram tantum in pecunia esse. Quod prouidens diuina scriptura omnis rei aufert superhabundantiam, ut plus non recipias quam dedisti. Item pecunia aut fenerata solent munuscula diuersi generis accipere, et non intelligunt scripturam usuram appellare et superha



bundantiam, quicquid illud est, si ab eo quod dederint plus receperint. Item Ambrosius de Nabuthe. Quicquid sorti accedit, usura est.

Plerique refugientes precepta legis, cum dederint pecuniam negotiatoribus, non in pecunias usuras exigunt, sed de mercibus eorum tanquam usurarum emolumenta percipiunt. Ideo audiant quid lex dicat. Neque inquit usuram escarum accipies, neque omnium rerum. Et esca usura est, et vestis usura est, et quodcumque sorti accedit usura est, et quod velis ei nomen imponas, usura est. Et infra. Si quis in instaurandum convivium putaverit a negotiatore mittendum, vel absinthiaci cuppellam si quid defecerat, a caupone debitoris, vel picenum vinum aut tyriacum requirat, ad lanium vel anguillam si perierit, ad alium vel poma a ortis.

Item ex concilio Agathensi. Ubi amplius exigitur quam detur usura accipitur.

Usura est ubi amplius requiritur quam datur. Verbi gratia. Si solidos x dederis et amplius quesieris, vel dederis frumenti modium unum et super aliquid exegeris.

Q. IIII

Ecce evidenter ostenditur quod quicquid ultra sortem exigitur usura est. Quod vero nec clericis nec laicis liceat usuras exigere, probatur auctoritate Gelasii et aliorum. Unde Gelasius papa scribens episcopis per Lucaniam et Siciliam. A questibus clericis negotiationis abstinendum.

Clericis ab indignis questibus noverint abstinendum, et ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio vel cupiditate cessandum. In quocumque vero gradu positi fuerint, si cessare noluerint, mox a clericalibus officiis abstinere cogantur. Item ex concilio Arelatensi i. quod confirmavit papa Silvester. Excommunicentur ministri qui fenerantur.

Ministri qui fenerantur placuit iuxta formam divinitus datam eos a communione abstinere.

S. pa. di. xlvi. Non licet.

Item ex concilio Terraconensi. Qui voluit esse in clero, a functione negotiationis abstineat.

S. pa. i. di. xlvi. Quoniam.

Canonum statutis firmatum est ut quicumque in clero esse voluerit, emendi vilius vel vendendi carius studio non utatur. Quod si exercere voluerit, cohibeatur a clero. Item ex concilio Carthaginensi iii. Clericus non accipiat plus quam commodavit.

Nullus ex clericis amplius accipiat quam commodavit. Quam commodavit, si dederit pecuniam, accipiat pecuniam; si speciem, eandem speciem quantum dederit accipiat; et quodcumque aliud, tantum quantum dederit accipiat.

Item ex Niceno concilio. De eodem.

Quoniam multi clerici avaritie causa turpia lucra sectantes, obliti sunt divini precepti, quod dictum est, Qui pecuniam suam non dedit ad usuram, statuit hoc sanctum concilium, ut si quis inventus fuerit post hanc diffinitionem usuram accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra sectari, vel etiam species frumentorum ad sexcuplum dare, omnis qui tale aliquid conatus fuerit ad questum, deiciatur a clero, et alienus habeatur ab ecclesiastico gradu. Item Leo papa. Etiam laicis usura dampnabilis est.

Nec hoc quoque pretereundum duximus esse, quosdam lucri turpis cupiditate captos, usurariam exercere pecuniam, et fenore velle ditescere. Quod nos, ut non dicamus in eos qui sunt in clericali ordine constituti, sed et in laicos cadere, qui christianos se dici cupiunt, condolemus. Quod vindicari acrius in eos qui fuerint confutati decernimus, ut omnis peccandi opportunitas adimatur. Item Iulius papa. Turpe lucrum sequitur, quicumque tempore messis vel vindemie non necessitate sed propter cupiditatem comparat annonam vel vinum.

Quicumque tempore messis vel vindemie non necessitate sed propter cupiditatem comparat annonam vel vinum, verbi gratia de duobus denariis comparat modium unum, et servat usque dum venundetur denariis iiii aut (natus) amplius, hoc turpe lucrum dicimus. Item Ambrosius de bono mortis. Rapinam facit qui usuram accipit.

Si quis usuram acceperit, rapinam facit, vita non vivit. Item Augustinus ad Macedonium. Non minus est crudelis qui pauperem trucidat fenore quam qui diviti aliqua rapit.

Quid dicam de usuris, quas etiam ipse leges et iudices reddi iubent? An crudelior est qui subtrahit aliquid vel eripit diviti, quam qui trucidat pauperem fenore? Hec atque huiusmodi male utique possidentur, et vellem ut restituerentur, sed non est quo iudice repetantur. Iam vero si prudenter intueamur quod scriptum est, Fidelis hominis totus mundus divitiarum est, infidelis autem nec obolus, nonne omnes qui sibi videntur gaudere conquisitis, eisque uti nesciunt, aliena possidere convincimus? Hoc enim certe alienum non est quod iure possidetur. Hoc autem iure quod iuste, et hoc iuste quod bene. Omne igitur quod male possidetur alienum est. Male autem possidet qui male utitur.

Porro ad usuras exigendas testatur Ambrosius dicens. Ab illo usuram exigere possumus cui iure nocemus.

Hic est casus ubi usure exigi possunt.

Ab illo exige usuram cui
nocere merito desideras. cui iuste inferun-
tur arma. Huic legitime inferun-
tur usure. quem bello vincere non potes.
Ab hoc usuram exige quem non sit crimen occidere.
Sine ferro dimicat qui usuram flagitat.
Sine gladio se de hoste vindicat. qui
fuerit usurarum exactor inimici. Ergo ubi ius
belli ibi ius usure. Quod elemosine non sunt faciende ex fenore et
usuris nec ex quolibet male acquisito.
Aug. t. in l. de verb. d. tractatu xxxv. De

Q. V.

S. ea. i. q. i. gg. Non est putanda.

usuris elemosine fieri non possunt.
Nolite velle elemosinas facere de fenore et usuris. Item aug.
Immolans. Oblatio de rapina reprobatur a deo.

Que offert mala voluntate et de iniuste acquisitis. Si quis offert de suo labore aut hereditaria successione placet deo.

ex iniquo oblatio est maculata. Dona ini-
quorum non approbat altissimus. nec respicit in ob-
lationibus iniquorum. nec in multitudi-
ne sacrificiorum propitiabitur peccatis. Qui
offert sacrificium ex substantia pauperum. quasi
qui victimat filium in conspectu patris. Panis ege-
ntium vita pauperis est. qui defraudat
illum. homo sanguinis est. Qui effundit sanguinem
et qui fraudem facit mercenario fratres sunt. Item aug.
in homelia. Non est aliquid rapiendum divitibus.

S. i. q. i. Non est putanda.

i. de eo pane vivunt pauperes quem ipsi emunt. vel quod dant egentibus ad sustentationem vite pauperum.

Forte aliquis cogitat et dicit. ut detur egenis
multas iam divites avari. c. non habeo peccatum
sicut ab illis et pauperibus dedo. Unde illi
nil boni agunt in me credere habent potius. Set
huiusmodi cogitatio ex diaboli calliditate
suggeritur. Nam si totum tribuat quod abstu-
lit. addit potius peccatum quam minuat. Item eiusdem.

S. ea. i. q. ii. Alexand. Ex multis.
i. xxxii. Q. iiii.
Sic non furtum
i. xxii. Q. i. Isau
S. i. Q. iii. Ex multis

Furtum committit qui alienum inventum non reddit.
Si quod invenisti et non reddidisti rapuisti. quan-
tum potuisti fecisti quod plus non invenisti. Qui
alienum negat. si posset et tolleret. Deus cor
interrogat non manum. Item Greg. Quod de rebus concessis et bene conquisitis elemosina impenditur illa placet deo.
Elemosina redemptoris nostri
oculis illa placet. quam ex illicitis et iniquitate
congeritur. sed que de rebus concessis et bene acquisitis impen-
ditur. Item Ieron. in Leviticum. Peccat qui rem
Multi sine peccato putant esse inventam non reddit.
si alienum quod invenerint teneant. et dicunt. Deus mihi
dedit cui habeo reddere. Discant quod hoc peccatum simi-
le esse rapine si quis inventa non reddat. Item aug.
Bonus usus non iustificat iniuste quesita.

i. xvi. Q. v.

Neque hii sibi aliquid iniqua acceperant in quasi iusta computa-
tur ut ex eorum fructibus largam elemosinam fa-
ciant. ideo non rapinam iustificant. Neque si aliquis ru-
re paterno. vel iuste quesito avarus incubat.
ideo culpandus est. iuris civilis regula. quia possessor
legitimus factus est. Nec tirannice factionis
possessitas laudabilis erit. si regia clementia
tirannos subditos tractet. Nec culpabitur
ordo regie potestatis. si rex crudelitate ty-
rannica seviat. Aliud est namque iniusta po-
testate iuste velle uti. et aliud est iusta pote-
state iniuste uti. Item ambr. in libro de offic.

i. Si quis per tirannidem habuit regnum. quamvis sit clemens et pius erga subditos non tamen est laudabilis. Si vero autem ordinate habuit dignitatem. non est vituperanda. etsi ipse tirannice pertractet.

Cum alterius detrimento alteri subvenire non licet.
Denique sive per alteri subvenire
non alter leditur. commodi dimidium est neutrum iuvari
quam gravari alterum. Ideoque in causis pecuni-
arum intervenire non est sacerdotale. In quibus non
potest fieri quin frequenter ledatur alter qui vincitur
cum intercessoris beneficio se victum arbitretur.
Sacerdotis igitur est nulli nocere. prodesse velle omnibus.
posse autem solius dei est. Item Greg. in registro.

S. e. Q. iii. C. ult.
S. xi. Q. i. Te quid
S. xi. Q. i. Ouis

Elemosine et sacrificia non placent deo que offeruntur ex scelere:
Scriptum est. Victime
impiorum abhominabiles deo. Vota iustorum placabilia. Neque
enim in omnipotentis dei iudicio quid. sed a quo de-
tur inspicitur. hinc est enim quod scriptum est. Re-
spexit deus ad Abel et ad munera eius. Ad Cain autem et ad munera eius
non respexit. Dicturus quippe quia dominus ad munera respexit.
premisit sollicite quia respexit ad Abel. Ex quo
re patenter ostenditur. quia non offerens a
muneribus. sed munera ab offerente placuerunt.
Dona quippe iniquorum non approbat altissimus.
nec respicit in oblationibus eorum. nec in mul-
titudine sacrificiorum propitiabitur peccatis eorum.
Item. Longe est dominus ab impiis. et orationes iu-
storum exaudiet. Contra in Exodo
legitur quod filii Israel exituri de Egipto. a vici-
nis suis acceperunt mutuo vasa a. et argentea.
Ex quibus postea edificaverunt tabernaculum
domino. His respondet aug. in libro questionum exodi.

S. ea. i. q. i. Non est pu.
S. iii. q. vii. Ingui.
i. xxxii. Q. iii. C. xxiii.
i. xxxiii. Q. iii. Studi
i. xx. Q. i. C. iii.
i. xxiiii. Q. i. Odi

Non licet aliena rapere exemplo israelitarum
Dixit dominus ad Moysen. expoliantium egiptios.
Petat unusquisque a proximo et unaquaeque a proxima sua vasa aurea
et argentea et vestem. Non hinc quisque sumendum
exemplum putare debet. ad expoliandum isto
modo proximum. Hoc enim deus iussit qui noverat quid quemque
pati oporteat. Nec israelite furtum fecerunt. sed deo
iubenti ministerium prebuerunt. Item obicitur.
Aliena rapere non est contra preceptum. nullo siquidem dei
mandato rapina videtur prohibita. Set nec fur

i. de co. di. v. Discipulos

omnis illicita usurpatio rei alienae intelligitur. Unde Augustinus in eodem. **Maioris penae est eripere violenter aliquid quam furtum.**

C. XIV. Penale est occulte auferre, multo maioris penae est visibiliter eripere. Auferre ergo nolenti suum occulte, sive palam, hoc est preceptum suum. Furti enim nomine bene intelligitur omnis illicita usurpatio rei alienae. Non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit, sed utique furti nomine in lege veteris testamenti et rapinam intelligi voluit. A parte enim totum significavit, quicquid illicite rerum proximi aufertur.

Illicita usurpatione rei aliene furtum est. In institu. [illegible] C. xxxiii. Q. iii. Meretrices

C. XV. His auctoritatibus probatur, quod neque ex rebus immundis, neque ex male conquisitis quisque elemosinam facere potest. Sed Augustinus contra testatur dicens:

De male acquisitis bonum fieri potest.

C. XVI. Qui habetis aliquid de malo, facite inde bonum. Qui non habetis de malo, nolite acquirere de malo. Esto tu bonus qui facis de malo bonum, et cum ceperis aliquid boni facere de malo, noli remanere tu malus. Nummi tui convertuntur in bonum, et tu remanebis malus?

C. i. de rapina vel labore et sollicitudine acquisito reddere suo possessori vel elemosinas facere.

C. Sed hoc multipliciter intelligitur. Facit enim de malo bonum, qui reddit quod illicite abstulit. Nomine enim mali cura et sollicitudo mortalium exprimitur. De malo quoque bonum facit qui pauperibus dispensat, quod cum labore et sollicitudine acquisivit, iuxta illud evangelii: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis; vel ex malo acquiritur, quod ex turpi causa possidetur, sicut cum mathematicus ex arte qua docet, et ex futuris que pronunciat, non nulla lucratur. Que vero sic de malo acquiruntur in bonum possunt converti. De peccato autem aliqua nunquam acquiruntur, que pauperibus iuste erogantur. Unde Augustinus ad Macedonium.

C. xxxii. Q. iiii. Sicut non

Que male acquiruntur aliquando bene possunt expendi.

C. XVII. Non sane quicquid ab invito sumitur iniuste aufertur. Nam plerique nec medico volunt reddere honorem suum, nec operario mercedem suam; nec tamen hec qui ab invito accipiunt, per iniuriam accipiunt, quod potius per iniuriam non darentur. Sed non ideo debet iudex vendere iustum iudicium, aut testis verum testimonium, quia vendit advocatus iustum patrocinium et iurisperitus verum consilium. Illi enim inter utramque partem ad examen adhibentur; isti ex una parte consistunt. Cum autem iudicia et testimonia, que nec iusta nec vera vendenda sunt, iniqua et falsa venduntur, multo sceleratius utique pecunia sumitur, quia scelerate quamvis a volentibus datur. Ille tamen solet male sibi ablatam pecuniam repetere, qui iustum iudicium emit, quoniam venale esse non debuit. Qui vero pro iniquo iudicio dedit, vellet quidem repetere, nisi timeret vel puderet emisse. Sunt autem alie persone inferioris loci, que ab utraque parte non insolenter accipiunt, sicut officialis et qui amovetur, et cui amovetur officium, a quibus extorta per inmoderatam improbitatem repeti solet, magisque reprehendimus, qui talia inusitate repetiverit, quam qui ea de more sumpserit. Quoniam multe necessarie sunt rebus humanis, vel invitantur huiusmodi commodis, vel tenentur. Isti siquidem vitam mutaverint ad excellentioris consensionis sanctitatis gradum, facilius ea que hoc modo acquisierunt tamquam sua pauperibus largiuntur, quam eis a quibus acceptaverunt tamquam aliena restituant. Quibus vero in societatis humane furtis, rapinis, calumpniis, oppressionibus, invasionibus aliqua abstulerit, reddenda potius quam donanda censemus, exemplo Zachei publicani.

S. xi. Q. iii. Non licet. C. xv. Q. ii. C. i. et c.

Iudex non debet vendere iustum iudicium, sed advocatus patrocinium et iurisperitus verum consilium, non testis debet vendere verum testimonium.

Officialis removetur ab officio quia [illegible] vel quo loco ei ponitur sibique datur officium.

Q. VI.

Quod vero penitentia agi non possit, nisi res aliena reddatur, testatur Augustinus in epistola ad Macedonium.

Penitentia non agitur si res aliena non restituitur.

C. I. Si res aliena propter quam peccatum est reddi potest, et non redditur, penitentia non agitur, sed simulatur. Si autem veraciter agitur, non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, sed ut dixi restitui potest. Plerumque enim qui aufert amittit, sive patiendo malos, sive ipse male vivendo, nec aliud habet unde restituat. Huic certe non possumus dicere: redde quod abstulisti, nisi cum habere creditur et negare. Ubi quidem si aliquos sustinet cruciatus, repente dum existimatur habere quod reddat, non est iniquitas, quia etsi non est unde reddat ablatam pecuniam, dum tamen eam per molestiam corporalem reddere compellitur, peccati quo male ablata est penas luit. Sed non inhumanum est etiam pro talibus intercedere, sicut pro reis, ab hiis minime restituant aliena, sine fructu hoc in homine servari. Et paulo post: Illud vero fidentissime dixerim, eum qui pro homine ad hoc intervenit ne male ablata restituat, et qui ad se confugi

C. xxxiii. Q. iii. Falsas. C. xxxiiii. Q. ii. Si iurgo

ernt̄ quantū honeste p̄ a reddendū
ñ compellit. sociū fraudis ee̅ 7 crīmīs.
S. xi. Q. ii. q — Nā misericordiꝰ opē mām talibꝫ sub
trahimꝰ. quā inpendimꝰ. Non enī opē
fert qui ad peccandū adiuuat. ac nō poti
adiuuat. si obuiat. subuertendo atq; opp
mendo. Si nūquid nos ita a exige̅. ā qui
grindū tradē. t̄ p̄sumꝰ t̄ debemꝰ. Aliquimꝰ
quantū ep̄at facultas dat. 7 huānū q̄
nūq̄ s; maxime ac sēp diuinū uitia
ūgminantes. Nolentes aūt reddē q̄s
noūimꝰ 7 male abstulisse 7 um reddat
re. Arguimꝰ. Incrpamꝰ. obtestamꝰ q̄s oī
clā. q̄s oā palā. Sic diuisitas p̄sonāꝝ oī
ūsā uidet̄ p̄ se utile accipe medicinā.

Si u̇ rē alienā quis ɔsecut̄. ñ ea nō sit re
stitue debꝫ 7 eī estimatiōē. Vnde gg̅. Qui
rem alienā consec̄t eius estimationē re

S. xii. Q. i. Nulli — Compimꝰ nulli a exauisse cām p̄q̄ stituat.
res eorū potuissꝫ ratioabilr̄ occupari
atq; eas in ɔsulte ac temē ɔsecri. Id
ēco experientie tue p̄cipimꝰ u̇ q̄ scent̄
ɔsectū ē eis muat; ult̄ restitui studiū
tuū sit. u̇ ip̄ ep̄s debat p̄tiū dare.

J. xxiii. Q. v. C. i. Reos — Ep Romat̄ aūt ap̄ p̄ncipes. e. debꝫ in tcedē
ñ eos temerario ausu defendē. Vnde gg̅
roāno defensori. Eccl̄a p romalis non
tm̄ eos temere defendat.

Si uq̄ ī furti. p̄ implicatis a nob ñ iudiā
nt̄ in tē defendi. ne opinionē male
agn̄itaū ex indiscrete defensiōis ausu i
nos ullom̄ inferamꝰ. s; q̄ntū dec; eccl̄a
ammonendo. intercessiōis ūbū ad hibendo
t̄ succurrite quibꝫ ualeās. u̇ 7 opē aliis ferad sue
eurrite. 7 opinionē scē eccle ñ ignead.

J. xxxiii. Q. iii. Si ppa — Furtū aūt ñ tā ī q̄ntitate rei. q̄ī affectu
furantis ɔsidat̄. Vnde et ier. in ep̄la ad titū.

S. xii. Q. ii. vulgaris — Ñ solū in maioib; s; 7 in minimis furtū

J. xxxiii. Q. iii. vulgaris — Fur aūt ñ solū ī maioibꝫ s; committitur.
ī minoribꝫ 7 iudicat̄. Ñ enī q; furto ab
latū ē. s; mens furantis attendit̄. Quō
in fornicatiōē ñ refert d̄usa sit for
nicatio si mulier pulc̄. a deformis
an ancilla. a ingenua. paupa a opu
lenta. Si 7 q̄lecūq; illa fuit. ī. fornicōē.
Ita in furto q̄ntūcūq; q̄s abstulit furti
crimin incurrit.

IN. xv. cā. decīquīn dictico ag̅ qui
aū sacerdotalē bn̄dictionē crimīne
carnis lapsꝰ ee̅ p̄hibetur. p̄ sacerdotiū
u̇ in furorē u̇sus q̄ndam in te fecē re
cuperata sanitate accusatur ab ea cū
qua lapsus ee̅ dicitur. Q̄r̄ ḡ in ea
an que in mente alienata fuīt sit inputāda.
Vbi 7 de peccatis ag̅. Utrū omīa sunt
uoluntaria. an aliqua p̄t uolūtatē
ex carnis infirmitate p̄cedant. Ibid
7 ostendit̄ ñ alia intelligi peccā no
lentiū. ñ que a nescientibꝫ cōmittun
tur. 7 q; furiosi 7 impubes iniuriā quid
pati p̄sunt. facē aūt ñ p̄sūt. 7 q̄ impu
tātur eorū que p̄cedunt ex infirmita
te carnis t̄ animi. q̄ minime. q̄r 7 pe
cora iubentur occidi a q̄ mulier accessit.
De furiosis q̄ ibid sp̄alit̄ ag̅. q; ob
lati in iudicius. minime reī fiāt. ñ sūt
obnoxii morti 7 si p furorē īnocētes
p̄imant. De ebriis 7 ibi ostendit̄ q; si q̄ p
uinū deliq̄runt facta eoꝝ donant̄ u̇ enia.
si leuitati d̄nant̄ auctores. 7 g̅nalr̄
ibid excusant̄. Quecūq; p̄t nr̄a uolū
tatē gerunt̄. penitentiā tñ ibid īponēdo
ostendit̄. ei qui insanies aliq̄d occidit.
In ea q̄ ag̅ de clericis qui p imp̄nis patri
mis more scl̄arū miniā exigit. De mu
lieribꝫ q̄ an g̅nalr̄ a accusationē ad
mittant̄. t̄ in quibꝫ cāis sp̄alr̄ eis accu
sare p̄mittit̄. P̄ibet̄ 7 ep̄is. p̄bris. t̄ c̄pꝫ libꝫ
clericis die dn̄ico cāicū q; cāe potiū nego
tiū uentilare. Ibid 7. o. q; c̄m inficien
tibꝫ purgationē defendā. 7 q; ɔfessio
clicoꝝ cruciatibꝫ ñ ē extorqn̄da. 7 q; iu
ramenta t̄ quibꝫ oblatios uiolent̄ extor
ta: absq; infamia t̄ cauū p̄ma: ap̄lica au
ctoritate ualꝫ dissolui; si fidelitati iura
menta 7 ibid ostendit̄ p romanū ponti
ficē p̄ se remitti. cū illi q̄bꝫ p̄stita fuint
a suis dignitatibꝫ dipomūt̄. t̄ excōicāt̄. Ibid
7 ostendit̄ q; ab eo q; sinodali iudicem sa
cerdotes ab ep̄is ɔ dep̄nari ñ debꝫ. 7 q̄ ep̄i de
sideānt̄ in cāis sacerdotū. q̄t 7 in cāis diac.
Ag̅ 7 ī ea de hiꝭ q̄ corporalia peccā ammittūt.
7 p̄ta. p. t̄ diacōes ordināt̄. an suscepti p̄sit
fungi officiis; de sacerdotibꝫ ī iudicio defensi
sūt de hac sola famā t̄ ep̄si utrū ab eis sacra

omni sunt percipienda mistica.

QUIDAM CLERICUS

crimine carnis lapsus esse perhibetur ante
quam sacerdotalem benedictionem consequeretur.
Post quam vero sacerdotium accepit in furorem versus
quendam interfecit. Recuperata vero sanitate
apud episcopum accusatur ab ea cum qua lapsus
esse dicitur. Episcopus autem die dominico causam exa
minat. sacerdos inficiatur crimen sibi illatum.
Quorundam clericorum suum patrocinium querit. illi vero
non sine precio suum patrocinium pollicentur. Tandem episcopus que
stionibus confessionem extorquet. Demum
solus absque sinodali audientia illum sen
tentia ferit. Queritur autem an ea que mente alie
nata fuerint sint imputanda. Secundo an
pro impendendis patrociniis liceat clericis munera
exigere. Tertio an ex mulieris confessione
iste sit condempnandus. Quarto an die
dominico causa sit ventilanda. Quinto an
in negantem purgatio sit deferenda. Sexto
an eius confessio cruciatibus sit extorquenda.
Septimo an absque sinodali audientia episcopus valeat
sacerdotem dampnare. Octavo si sponte confessus
vel ab aliis convictus fuerit. an ordinatio
ne peccaverit an suscepti ordinis officium
exequi sibi liceat. Quod autem ea que alienata mente
fiunt non sint imputanda. facile videtur
posse probari. Peccatorum namque alia penes volun
tatem sunt. alia causa nata ex infirmitate. viden
tur consistere. Est voluntas ut Augustinus ait in libro re
tractationum. animi motus ad aliquid vel admittendum
vel non amittendum a nullo cogente. quod propterea dic
tum est. ut hac diffinitione volens a nolente dis
cerneretur. Ex voluntate itaque peccata
procedunt. que libero mentis arbitrio et delinquendi
proposito committuntur. Porro infirmitas alia
est animi. alia carnis. Infirmitas animi est ignorantia. car
nis infirmitas est concupiscentia. Ex utraque autem in

firmitate que procedunt imputantur ad pe
nam. Unde de quibusdam dictum est ignorantibus.
Si quis ignorat ignorabitur. Tales erant illi
de quibus Christus ait discipulis. Extra sinagogas
facient vos. qui a. o. s. p. d. De quibus et apostolus
scribit in epistola ad romanos. Testimonium illis
perhibeo quia zelum dei habent sed non secundum scientiam.
Nullum tamen eorum in perfidia sua persequentium
sed ignorantia excusat. Ex carnis infir
mitate procedunt que nisi in te languor esset fuit. que
non imputarentur ad penam. nequaquam apostolus lege
carnis gravatus diceret. Infelix homo ego
q. m. l. d. c. m. h. et cetera. Sive ergo penes volun
tatem. sive penes infirmitatem peccata consistant.
semper imputantur ad penam. Cum furiosus est. illi Augustinus
de vera religione contrarium esse videtur. Usque adeo
peccatum voluntarium malum est. ut nisi sit vo
luntarium. nullo modo sit peccatum. Et hoc quidem
adeo manifestum est. ut nulla doctorum pau
citas. nulla indoctorum turba dissentiat. Q. R.
aut negandum est peccatum committi. aut fatendum
dum est cum voluntate committi. C. Sed hoc
non generaliter de omnibus peccatis intelligendum est.
Idem Augustinus in libro I retractationum dicens. Usque
adeo peccatum voluntarium malum est. ut nullo modo
sit peccatum si non sit voluntarium. Propter videri falsa hec
diffinitio si diligenter excutiatur invenietur
verissima. Peccatum illud quippe cogitandum est
quod tantummodo peccatum est non quod et pena peccati. Quamvis et illa
quoque non immerito non voluntaria peccata dicuntur. Que a
nescientibus vel coactis perpetrantur non omnino possunt
sunt non voluntaria dici. Item in eodem. Diffinitio
peccati quam diximus. peccatum est voluntas reti
nendi vel consequendi quod iustitia vetat. Unde
liberum est abstinere. preterea verum est quod ad diffini
tum est quod tantummodo peccatum est non quod et pena peccati. Idem in libro
questionum. **Non sunt peccata nolentium nisi nescientium.**
Merito queritur que sunt peccata nolentium. **scientium.**
utrum que a nescientibus committuntur. an et possit
recte dici peccatum esse nolentis quod facere compellitur.
Nam et contra voluntatem dici solet. Sic utique vult
propter quod facit. tamquam si putare temptare nolit et facit. Cum
vult vivere si quis quod non fecerit mortem minetur.
vult ergo facere quia vult vivere. Ideo non propterea ipsum appetitur vel falsum iu
rando vivat. Quod si ita est nescio utrum possit vel falsum iu
ista dici peccata nolentium que hec domini expiantur.
Nam si diligenter inspiciatur forte ipsum peccatum
nemo velit. sed propter aliud quod vult peccat. Et hoc

Q. I. Quid sit voluntas.

S. di. xxv. Sic

J. xxxii. Q. ii. Sicut

Quod quis committit cum est immunis a peccato. quod autem dicit auctoritas ... ipsum peccatum usque ad penam dampnationis sunt peccata et pena peccati ... q. saltem sit pena originalis peccati.

J. xxxiii. Q. vii. de ne admodum

S. vi. Q. i. Quoniam

J. xxii. Q. v. c. i.

quippe homines qui scientes faciunt quod illicitum est. Vel sic licet. Usque adeo ... peccare nemo appetit propter hoc ipsum, sed propter illud quod ex eo consequitur. Hec sunt a se debitum [?] non sunt peccata nolentium, non nescientium, quod discernendum erit a peccatis uolentium. Dig. t. de iniuriis.

Iniuria relatiuum est per quem ... Eos qui iniuriam pati possunt, et facere posse. Sane sunt quidam qui facere non possunt. Ut puta furiosus et impubes qui doli capax non est. Namque hii pati iniuriam solent et non facere. Cum enim iniuria ex affectu facientis consistat, consequens erit dicere hos, siue pulsent siue conuicium dicant, iniuriam fecisse non uideri. Itaque pati quis iniuriam et si non sentiat potest, facere uero nemo nisi qui scit se iniuriam facere, et si nesciat cui faciat. Quare si quis per iocum percutiat aut dum certat, iniuriarum non tenetur. Si quis liberum hominem ceciderit dum putat seruum suum, in ea causa est ne iniuriarum teneatur.

Ut itaque ex premissis apparet, siue ex uoluntate siue ex infirmitate peccata procedant, palam est illam putandam [?]. Sed carnis infirmitas dupliciter intelligitur. Est languor nature qui carnis concupiscentia appellatur, quam Augustinus infirmitatem dicit peccatum. Secundo carnis infirmitas dicitur quia accidit anime ex ... carnis corruptione. Porro alia est infirmitas que proprie carnis dicitur, que de elementorum seu humorum concordia turbata caro ipsa afficitur et tandem dissoluitur. Similiter anime infirmitas duplex est. Una est que ... appellatur, qua anima a deo separatur, ut est ira, odium et alia huiusmodi. Alia infirmitas anime, que cum ipsa non sit peccatum, est tamen pena et causa peccati, ut est obliuio et ignorantia. Furor autem cum non sit peccatum, est tamen pena peccati, ut febris et cetere passiones quas proprie carnis esse diximus. Quarum motus, id est ea que ... perpetrantibus fiunt, nullis imputantur ad penam. Sed obicitur de Lamech, qui cum cecus esset, Cain interfecit, nec eum excusauit cecitatis infirmitas. Unde dictum est: Septuplum dabitur ultio de Cain, de Lamech uero septuagies septies. Sed cecitas ignorantie similis est. Ex qua hic quedam fiunt que imputantur, quedam uero que minime. Ceci namque si debitum sue uxori se credentes reddant, alienam polluunt, non est reatus inuolutum [?]. Si autem ludo uel exercitatione armorum uel uenatione iaculum mittentes aliquem perimant, quia ab eo primitus hoc debuit esse alienum, homicidii reus habetur.

Mens uero alienata furore, cum sui compos non sit, eorum que admittit reatum non contrahit, quia facultatem deliberandi non habuit. Unde pupillo et furioso in maleficiis subuenitur, et non eis imputantur ad penam que committunt, deliberatione non precedente. Quod non solum humanis sed et diuinis legibus noscitur approbatum. Ait enim Augustinus de [illegible] ad Petrum diaconum: Firmissime tene et nullatenus dubites, exceptis illis qui pro nomine Christi suo sanguine baptizantur, nullum hominem accepturum uitam eternam, qui non hic a malis suis fuerit per penitentiam fideque conuersus, et per sacramentum fidei et penitentie, id est per baptismum liberatus. Et maioribus quidem necessarium esse et penitentiam de malis suis agere, et fidem catholicam secundum regulam ueritatis tenere, et sacramentum baptismatis accipere. Paruulis uero, qui nec propria uoluntate credere nec penitentiam pro peccato quod originaliter trahunt agere possunt, sacramentum fidei, quod est sanctum baptisma, quamdiu rationis etas eorum capax esse non potest, sufficere ad salutem.

Ex eodem Augustino. Ex hac auctoritate datur intelligi quod donec sit rationis etatis capax esse non potest. Euidenter datur intelligi nulli post baptismum peccata imputari, si uel furit aut uel impubes non rationis sit capax. Unde in brutis animalibus eadem ratio ab Augustino redditur, quare sua facta eis non imputantur. Animalia presentis seculi cursum et ornatum implent, et cum omnis insensibilis pagatur [?] uoluntate, que de suis factis nullam rationem reddituri sunt, quia rationabilia non sunt. Numquid de bestiis cura est deo? Homines uero quia rationabiles sunt facti, et de se et de omnibus rebus quas in usu uite presentis acceperunt rationem reddituri sunt, et pro suorum actuum qualitate recepturi aut penam aut gloriam.

Sed tamen legis auctoritate animalia iubentur interfici, non pro conscientia peccati, sed quia refricant memoriam facti. Unde Augustinus super Leuiticum: Non pro culpa sed pro memoria facti pecus occiditur. Atque mulier que accesserit ad omne pecus ascendi ab eo, interficietis eam et pecus morte moriantur, rei sunt. Quare quomodo sit reum pecus cum sit irrationabile, nec ullo modo capax legis est? Hic. Pecora uero condempnandi est [?] interfici, quia tali flagitio contaminata indigna refricant facti memoriam.

10

De furiosis autem evidentissime scribit Augustinus in libro questionum veteris et novi testamenti dicens ita. **Culpa non necessitate sed voluntate reum constringit.** Aliquos scimus subito dementes factos ferro, fuste, lapidibus, morsibus plerosque multos nocuisse, quosdam et occidisse, captos et in industria et iudiciis oblatos minime reos factos, eo quod non voluntate sed impellente vi nescio qua hec gesserint nescientes. Quomodo enim reus constituitur qui nescit quid fecerit? Item Ambrosius in exameron in tractatu primi diei. **Reus voluntate non necessitate constringitur.** Illa cavenda sunt que extra voluntatem procedunt, delicta iuventutis et inevitabiles corporis passiones. Quorum quia nos sumus domini, horum principia extrinsecus non requiramus, nec derivemus in alios, sed agnoscamus ea que propria nostra sunt. Quod enim non possumus facere si volumus, huius electionem mali nobis potius debemus ascribere quam aliis. Ideo et in iudiciis istiusmodi voluntarios reos non ex necessitate compulsos culpa constringit, pena condempnat. Neque enim si per furorem aliquis innocentem perimat, obnoxius morti est, qui etiam ipsius divine legis oraculo, si quis per inprudentiam intulerit necem, accipit impunitatis spem et refugii facultatem, ut possit evadere. Hec quidem de eo que per malum vitium dicta sint. Malum enim non est nisi quod crimine mentem implicat nec conscientiam ligat. Ceterum paupertatem et ignobilitatem et quidem mortem nemo sapiens mala dixit nec in malorum sorte numeravit, quamvis contraria istis in bonis habentur maximis. Item in libro de patriarchis. **Veniam habent que ignorantes ebrii committunt.** Sane diximus vitandam ebrietatem, per quam crimina cavere non possumus. Nam que sobrii cavemus per ebrietatem ignorantes committimus, nescimus quid loquimur, qui nimio vino indulgentes iacemus sepulti. Ideoque sic quoque per vinum delinquentes apud sapientes iudices venia quidem facta donantur, sed levitatis arguuntur auctores. Item Augustinus in libro de civitate dei. **Inobedientia concupiscentia non habet culpam in corpore non consentientis.** Si concupiscentia inobedientiaque tenemus in membris morientibus habitat preter nostre voluntatis legem quasi sua lege movetur, si absque culpa est in corpore dormientis, quanto magis absque culpa est in corpore non sentientis. Item contra Faustum libro XXII. **Loth non de incestu sed de ebrietate culpatur.** Ne habuerit Loth filias ceci et nesciens miscetur. Quapropter culpandus est, non tamen quantum ille incestus, sed quantum illa ebrietas meretur. Item Ambrosius de beata vita. **Nemo tenetur ad culpam nisi ducatur propria voluntate.** Cum igitur mentem ascendamus eruptam non mente voluntati. Nemo enim tenetur ad culpam quem non voluntas propria deflexit. Non habent enim que inferuntur reluctantibus. Voluntariorum tantum commissa sunt que delictorum invidia quam in alios derivamus. Voluntarium sunt quas mutare eligimus. Voluntarium sunt auctoritate diaboli. Neminem igitur preter turbidos affectus proprios non secatis peccatorum reum dixit. Item in libro de paradiso. **Minister dei est qui iniuriatus homicidium fecerit.**

Necesse qui iniuste aliquem fecit homicidium extra ministerium. Siquidem lex aut deo quia dominus dedit eum in manus eius. Manus quidem eius instrumentum divine ultionis ministerium prebuerit. Levita quidem ministri remissionis est. Peior autem qui non ex divina potestate sed proprie voluntate fecit homicidium, divine ministerium est ultionis. Illum quod spectat qua cum reficit impium christus infundit et iam abominatio aboletur, sanctificatio sequitur. Quia dominus dixit: In ea die qua interfeci omne primogenitum egipti, sanctificabo mihi omne primogenitum israel. Quod non autem ad omnem afflictionem egipti refertur, sed ad omne tempus.

Cum itaque qui invite hominem interfecit ministerio aliter, cum innocentem furore perimens mortem neque obnoxius sit, cum subito dementes eorum que faciunt reatum minime gerunt, patet hunc sacerdotem homicidii reum non esse, unde nec sacerdotio privari debet. Item obicitur illud Theodori. **In se reversus penitentiam agat.**

Siquis insaniens **qui insaniens aliquem occidit.** aliquem occidit, si ad sanam mentem pervenerit, levior ei penitentia imponenda est.

Sed hoc forte de eo intelligitur quem propria culpa ad furorem perduxit. Item obicitur. Sunt quedam que et si non imputantur ad penam, tamen impediunt sacramenti signaculum. Abscisio namque partium virilium non imputatur ad penam, cum tamen obest in ecclesie ministerio accipiendo. Sic quoque mentis alienatio, et si non imputantur ad penam, tamen sacramentis executionem impediunt. Unde Ieronimus ait. **Innocens est qui iratus sed per disciplinam**

Marginalia (left): Ita lomb. de dap. iniuria. Sup. — S. xi. Q. iii. C. ii. — Ff. ad l. po. de pla. far. — Ff. de offic. pr. — Ita in libro de opib; sex dierum. — Ita xxiii. Q. v. de occidendis — C. i. aliud non imputem. — Sex civitates refugii. tres ex una parte Iordanis et tres ex alia erant in terra promissionis ad quas confugiebat qui ignorans homicidium commisit, et erat ibi usque ad mortem summi sacerdotis, postea redibat ad propria. — Ita lomb. de offic. i. Si ullus — S. di. xxxv. ab omni — C. que precedit ex concupiscentia primi hominis.

Marginalia (right): S. p. i. di. vii. testis — S. di. xxv. Sex — Ita xxiii. Q. viii. offerebat — i. quidem ab hac actione — Ita xxxii. Q. vi. Sed — C. Auctoritate querit et auctorizatur — S. di. l. hinc q. — cum circumspecte quantum possit suum ageret ministerium. — Qui homine invitus occiderit ulterius divine ministerio [illegible] — S. di. l. Si quo

Si quis non iratus sed propter disciplinam casu aliquem occidit.

Si quis non iratus sed propter disciplinam aliquem verberavit et casu occidit, sicut fieri solet, quantum in gratiam innocens est, quia voluntatem non opus requirit. Quantum autem ad legem reus est, quia lex opera requirit. Item. Sine persecutione virgo fuerit oppressa, repellitur a lege, quia opus inspicit non voluntatem. In gratia autem quasi virgo suscipitur, quia non opera querit sed voluntatem. Hinc etiam qui propter disciplinam casu homicidium facit, quantum ad legem reus est, quantum ad gratiam innocens. Sic iste sacerdos qui in furore homicidium fecit, quantum ad culpam innocens est; quantum ad susceptam muneris executionem reus probatur. His ita respondetur. Non omnia que ordinandum impediunt, ordinatum deiciunt. Non enim postea ad sacerdotium provehi qui aliquando insanivit; verumtamen si post sacerdotium furere cepit, non ideo sacerdotio caret, nisi forte minus quam in sane mentis officium redire contingat. Sicut de episcopo Gregorius scribit in registro ad Eleutherium episcopum. Quamvis iste sit nobis super longa invaletudine gravatus episcopus.

Q. II.

Clericum pro impensis vel patrociniis decernentibus clericis pro impenso patrocinio munera exigere, in quo sic statutum legitur. Pro patrocinio impensis clericus munera exigere non debet.

Observandum quoque decernimus, ne quis sacerdotum vel clericorum more secularium iudicum pro impensis patrociniis munera audeat accipere, nisi forte gratuito oblata, que non favore muneris videntur accepta, sed collatione devotionis illata. Quod si quis fuerit probatus accipere, velut exactor fenoris aut usurarum persecutor, secundum statuta patrum sententiam degradationis.

Hoc autem de illis intelligendum est, qui canonicam vitam professi regulariter se victuros proposuerunt. Generaliter namque ecclesie consuetudine receptum est et in omnibus approbatum, ut clerici more advocatorum patrocinia impendant, et pro impensis non ideo munera exigant, et pro impensis suscipiant.

Q. III.

Tertio queritur an ex mulierum confessione iste sit condempnandus. In quo primum videndum est, an mulier sacerdotem accusare valeat. Quod sacerdos c. omnino videtur esse prohibitum. Generaliter statutum est ex decretis Fabiani pape ut sacerdotem domini non accusent nec in eos testificentur qui sui ordinis non sunt nec esse possunt. Mulieres autem non solum ad sacerdotium sed nec etiam ad diaconatum provehi possunt; unde nec sacerdotem accusare nec in eos testificari valent. Legibus quoque cautum est, ut ob verecundiam sui sexus mulier ad pretorem pallio non incedat, nisi forte suas vel suorum iniurias persequi maluerit. Hec autem que non suas nec suorum iniurias persequitur, ab hac accusatione admitti non debet. Ex [illegible]. Quamvis iudicis partes gerere valeat, ab accusationis officio non removetur. Mulieres autem multum populum iudicasse, quicumque librum iudicum legit, ignorare non potest. Non itaque ab accusatione removeri possunt, quas iudicasse frequenter gestis constat, in nulla serie divinarum scripturarum ab accusatione prohibentur. His ita respondetur. In veteri lege multa permittebantur que hodie perfectione gratie abolita sunt. Cum enim mulieribus permitteretur populum iudicare, hodie peccato quod mulier induxit, ab apostolo eis indicitur verecundari, viro subditas esse, in signum subiectionis velatum caput habere. Cum ergo his omnibus viro subiecta ostendatur, cum pallio prodire non conceditur, ad accusationem admittenda non videtur. Ex [illegible]. Quamquam passim et indifferenter ad accusationem mulier non admittatur, sunt tamen quedam crimina quorum accusationem mulier subire non prohibetur. Unde in tit. c. imperatores Diocletianus et Maximianus scribunt. Idem t. De crimine. Decoder.

Qui publicorum iudiciorum mulierem accusare non permittunt, nisi certis ex causis, id est si suam suorumque iniuriam persequatur, sed antiquitus statuta tamen de quibus specialiter causis concessum est, non exacta subscriptione. Unde audita prius sententia provincie in primis examinabitur, an talis sit crimen cuius accusationem mulier subire non prohibetur. Item in libro digestorum Paulus l. ii. de adulteriis. Testimonium dicere condempnatam mulierem ex eo colligi, quod prohibet lex Iulia de adulteriis. Colligitur ergo mulieres testimonium in iudicio dicendi ius habere. De accusatione in scripto l. i. Non est permissum mulieri publico iudicio quemquam reum facere, nisi scilicet parricidium liberorum que et patrem et matrem et eorum filium filiamve, nepotis neptisve mortem exequatur.

C. Paulus l. i. de adulteriis. Omnibus de causis concessa est mulieribus publica accusatio, si mortem exequantur eorum earumque in quos ex lege testimonium publicorum inviti non dicant. Idem in lege Cornelia testamentaria senatus statuit. Set et de testamento patroni libertis maritum mulieribus publico iudicio dicere permissum est. Pupilli ex consilio tutorum parentis mortem. Item pupille autem sui mortem exequi concessum est lege testamentaria. Nam de patris quidem testamento pupillis agendi divus Vespasianus permisit. Set et si non exhibeantur tabule, pro traditum pupillis ex primo codice qui accusare possunt vel non.

Item aug. de homicidio. Uxor tua si obprobrium suum necesse est uindicandum existimat, adeat presidem prouincie. Dig. ad legem iuliam magestatis. papinianus libro duodecimo responsorum. In questionibus lese magestatis etiam mulieres audiuntur. Coniurationem sergii catiline iulia mulier detexit, et marcum tullium consulem iudicium eius instruxit. C. Quecumque ergo persone ad accusationem publicorum iudiciorum uel lese magestatis admittuntur, eadem accusationem symonie subire non prohibentur. Vnde in codice. Imperator leo a. armasio pp.

Lese magestatis et publicorum iudiciorum et simonie accusatio equaliter proponatur.

Sancimus quisquis hanc sacratissimam urbem uel alias antistes sedem pecuniae interuentu subisse, aut si quis uel alium ordinasse uel elegisse aliquid accepisse detegitur, ad instar publici criminis et lese magestatis accusatione proposita a gradu sacerdotii retrahatur. Nec hoc solum deinceps honore priuandum, sed perpetue quoque infamie dapnandum decernimus, ut facinus quod par eorum quorum iniqua est utrosque similis pena comitetur. C. Cum autem sacris canonibus accusationes omnium submoueantur qui legem sacri non asciscunt, eadem uero admittuntur qui legibus seculi non prohibentur. Verum hoc non infertur. Quando quidem enim clericorum sacris canonibus nuptias contrahere prohibentur et legibus imperatorum, non tamen consequenter omnium copulam legem admittunt, que coniunctione sacri canones non prohibent. Legibus hoc canones soli et decretis canonibus autem et acolitis uxorem ducere presbiteri, quamuis autem sacris canonibus submoueantur accusationes qui legem sacri non asciscunt, non tamen consequenter recipiuntur qui cuique principum legem admittunt. Sed sic causa huius operis munitum permissum est. Totiens legibus imperatorum in ecclesiasticis negotiis utendum est, quotiens sacris canonibus obuiare non inueniuntur. Vnde a specialiter sacris canonibus mulier ab accusatione lese magestatis et simonie ostenditur prohibita, a premissis regulis hec eam in accusatione admittenda probatur. Nec quisquam distinguendum, quia a aliorum non a sacerdotum accusatione, in hoc casu mulieres esse admittendas. Cum hoc generaliter legibus hoc prohibeatur uel permissum inueniatur, nec specialiter aliqua lege hoc prohibitum ostenditur, ei distinctio locum non habebit. Verum cum hoc contra generales regulas quedam crimina specialiter excepta sunt in quibus mulieri accusare permittitur, in quibus forma communis non mutatur. Patet ergo hac accusatio duplici infirmatur. Et quia forma communis criminis mutandum et quia deesse confitetur. Sed tamen cum eo dicit non oportet. Vnde in uulgari prouerbio sepe dicitur:

Rei professio ad uersus quemlibet admitti non debet.

Nemini potest quam de crimine magestatis deesse confesso. Sed tamen cum eo oportet, quem ei atque omnis rei professio periculosa est. Et admitti aduersus quemlibet non debet.

Q. IIII. C. Quarta uero questio ita deesse fatetur. Sed tamen cum eo dicitur non potest, si eam suam confessionem tempore dicat (coram iudice in consistorio). C. Quod uero die dominico nec episcopo nec presbitero causam aliquam uentilare liceat, in concilio cenensi? probatur in quo sic statutum est.

Ministri ecclesie die dominico nullas causas uentilare non debent.

Nullus episcoporum aut presbiterorum aut clericorum die dominico presumat causam cuiuscumque negotium audiat uentilare, nisi hoc tantum ut decreta statuta sollempnia peragant. Ceteris uero diebus conuenientibus personis illa que iusta sunt habeant licentiam iudicandi, excepto crimine. Item ex concilio apud erphurt sub presente rege enrico habito.

Sollempnibus diebus et legitimorum ieiuniorum placita secularia non agantur.

Placuit ut festis dominicis diebus et aliis precipuis festis seu in his diebus in quibus legitima ieiunia celebrantur, secundum canonicam institutionem minime fieri decernimus. In super et sancta synodo decreuit, ut nulla iudiciaria potestas licentiam habeat sua auctoritate christianos ad placitum bannire superioris diebus, id est vii. diebus ante natale domini usque in viii. epyphanie, et a lxx. usque in viii. pasce, et vii. ante natiuitatem sancti iohannis, quatenus ad cunctis ecclesie orationibus ac uacare ubi habetur facultas. Item adrianus papa. De

Nullus episcopus uel infra positus die dominico causas iudicare presumat.

Q. V. C. Purgationem uero negantium presertim ostendit. Stephanus scribit leontibrianensi episcopo:

Diaconus si de crimine conuinci non potest, apud episcopum in secreto se ipsum purificet.

De crimine sublato diaconi tui uiuissime fatebatur se immunem. Verumtamen suspitio habetur, et accusatores et donec reppererint et testes tales quales sacri canones sanciunt. Accito tecum certo episcoporum numero moueat accusatores. Vocet et in presbiteral dicendi a

ff. ad. l. iul. maiest. l. iiii.
ff. de tabul. exhib. l. ...
S. ii. Q. i. dige. prohibentur

C. Sed tamen diuinum ius et sacerdotem nulla recipitur. quod sacerdos neque esse

Publica iudicia que a quolibet de populo accusari ualent. ii petulat erariu. et c.

C. de episc. et c. Siqq.
S. vi. Q. i. Porro
S. i. Q. iii. Ex

C. Non ii deb. tractare causas tales. in quibus utroque potestas suspensionis ut excecationis. quales utrosque imperatores.

S. di. x. lege

C. sacri. l. ult.
S. vi. Q. i. Q.
S. iii. Q. xi. c. ii.

C. Confessio coram sacerdote ut iudice tantum et coram alius ut non iudice nemini nocet. coram iudice uel in consistorio facta nocet.

C. de episc. audien. episcopale.
In deco. di. iii. c. ii.

In xiii. q. vii. in his a quibus.

In de co. di. iii. c. i.
C. t. iii. t. de feriis.
Dies festos. dies maiestati altissime dedicatos. nullis uolumus uoluptatibus occupari. et c.
C. de feriis. cc. per iunctam.

I. xxii. Q. i. Omne

conf(essus) et fine(m) negauit, utrum licet eum canonice condempnare. Qui fuit sponte confessus uel legitimis testibus fuit conuictus, canonica feriatur sententia. Qui uero nec sponte confessus fuerit, nec accusatores et testes legitimi reperti fuerint, et mala fama crebrescit, non prius examine, si coram te et aliquibus reuerentissimis presbiteris et diaconibus filios tue ecclesie sacramento se purificet, et deinceps bonum testimonium cum ammonitione et precepto, et commone ecclesie tue filios, ne sacerdotem Domini infamare ullatenus presumant, timentes quia maledictus est Cham, qui patris uerenda detexit. Item Nicholaus Salomoni Constantiensi episcopo.

Non est spoliandus presbiter uel diaconus nisi sponte confessus aut legitime conuictus.

Presbiter aut diaconus quem asseris crimina nolle profiteri, sed uelle cum sacramento se defendere, tamen notum sit episcopo esse scelus ipsius perpetratum, nimirum propter aliquam penitentiam sacerdotali uel diaconali officio potuit; sed mirandum super: si confessus non fuit, quomodo notum possit esse episcopo scelus ab ipso perpetratum, non accusatore forte idoneo presente, et idoneos approbante. Unde si examinante episcopo eadem presbiter uel diaconus non fuit presentium approbatione presbiter uel diaconus forte conuictus, et non est scelus episcopo legitime manifestum, nisi sua sponte ipsum confiteatur. Quod si non fecit, interim non inuentus suo debet presbiterium uel diaconi officio priuari. Sola igitur spontanea confessio et canonicum uel quorumlibet testium decernentibus episcopis, et accusatore quod obiecerat comprobante, clericum priuat a proprio gradu. C. Quod uero confessio cruciatibus extorquenda sit non, Alexander papa testatur, scribens omnibus orthodoxis.

Q. VI.

Ministrorum confessio non sit extorta sed spontanea.

Si sacerdotibus uel auctoribus ecclesie quedam tamen scripta quasi per metum aut fraudem aut per uim extorta fuerint, uel ut se liberare possint quocumque ab eis scripta aut roborata fuerint, in generali nullum eis preiudicium uel nocumentum ualere censemus. Neque in ullam eos in infamiam uel calumpniam aut in suis sequestrationem bonis suis uel quaidem auctoritate et sanctis apostolis eorumque successoribus fieri permittimus. Confessio enim in talibus non compulsa sed spontanea fieri debet. Omnis enim confessio que fit ex necessitate fides non est. Confessio ergo in talibus non debet extorqueri, sed sponte proferri. Pessimum enim est de suspicione aut extorta confessione quemquam iudicare. Cum magis inspector cordium sit Deus, qui

operis. Non prius autem diuino conspectu depnari examine, que dominus suo reseruauit iudicio. Si omnia namque in hoc seculo iudicata essent, locum diuina iudicia non haberent. Item. Omnes et hi prelati ad sanctam sedem qui prouocauerit, et non solum sacerdotali, sed omni christiano nomine inimicum, id est qui nulla episcopos uel sacerdotes aut metu compellunt aut extorquent, aut fraude deceperint, aliquid confessionis fuerint in alteram partem quam debeant litteras scribere, aut propria non requisitione canonum, aut quod decretum est, aut alicui erroris secte scripturas facere, et propriis manibus roborare, et coram populis recitare atque confiteri. Alios dicunt carceribus et ergastulis retrudi, uel saltim his terreri, nisi dominis sacerdotes suis faueant uoluptatibus. Item. Confessio uero in talibus non compulsa, sed spontanea fieri debet, ipso testante qui ait: Ex corde procedunt homicidia etc. et que sequuntur ab hoc penitentia. Nec tamen sine attendenda que fuerit quando aut quo fiant. Amplius enim respiciendus est animi cogitatio et spontanee uoluntates quam actus, qui per necessitatem aut simplicitatem fiunt. Item Nicholaus papa episcopis Gallie.

Auctoritas apostolica illicita deducit in irritum iuramenta.

Auctoritatem uenerabilium predecessorum nostrorum secuti, et nominatim beatissimi pape et martiris Alexandri a beato Petro quinti, ab omnibus iuramentis et cuiuscumque modi obligationibus, quibus illi se coacti impiorum uiolentia obligauerant, absoluimus, et ne ulla sumantur uetamus tam prefatum archiepiscopum tunc se, quam ei positum, et omnes qui tunc temporis coacti se illi quoquo modo obligauerunt. Nec ullam eos pro infamiam uel calumpniam aut suis bonis sequestrationem a quaquam auctoritate decretorum et sanctis apostolis et nostris predecessoribus fieri permittimus. Sic Stephanus V dicit: Dissolue colligationes impietatis etc. Quoniam et prefato sermone si uel ipse tui essent si ecce illi atque defensoribus hinc mandamus, uel spiritali et materiali gladio tandiu maliguis illos eorumque fautores insequimini, donec cum integritate presentes uel quecumque res ecclesiastice hi facto uel quocumque pacto distracte seu direpte reuocentur. C. Fidelitas iuramento romano pontifici nullo absolui cum aliquas dignitatibus deposuit. Unde Gelasius Anastasio imperatori. Pontificalis auctoritas a iuramento fidelitatis [illegible] nullos absoluit.

C. xx. ii. q. i. Ob[illegible]
C. xxiii. q. iiii. Forte
S. ii. q. v. Ob. et c.
S. vi. q. ii. c. ii. c. iii. et c.
S. ii. q. i. Si pec cauit
S. ii. q. v. Si legi tum. Ob.
C. Ubi sque uim[illegible] Sidon[illegible]
Nam inuita cum infamat [illegible] nec ad obprium coac te uoluntatis tra hit. q. illicita [illegible] tio necessitatis ex torsit. ut C. xxii. q. iiii. Inter cetera.
S. ii. q. v. Consulu
S. v. q. v. et c. Illi
S. vi. q. i. Si om
C. xxii. q. iiii. Inter cetera
C. xxii. q. v. De

Alius item romanus pontifex Zacharias scilicet regem francorum non tam pro suis iniquitatibus, quam pro eo quod tante potestati erat inutilis a regno deposuit, et pipinum karoli imperatoris patrem in eius loco substituit, omnesque francigenas a iuramento fidelitatis absoluit. Quod etiam ex frequenti auctoritate agit sancta ecclesia cum milites absoluit a uinculo iuramenti, quod factum est his episcopis qui apostolica auctoritate a pontificali gradu deponuntur. Item Gregorius VII. romane sinodi presidens dixit. Excommunicatis uinculo fidelitatis non tenentur obnoxii.

Nos sanctorum predecessorum statuta tenentes eos qui excommunicatis fidelitate aut sacramento constricti sunt, apostolica auctoritate a sacramento absoluimus, et ne sibi fidelitatem obseruent omnibus modis prohibemus, quousque ipsi ad satisfactionem ueniant. Item urbanus secundus episcopo uapicensi. Domino quamdiu rebelli erit fidelitatem excommunicanti nullus seruare cogitur.

Iuratos milites ugoni comiti ne ipsi quamdiu excommunicatus est seruiant prohibeto. Qui si sacramenta pretenderint, moneantur oportere magis deo seruire quam hominibus. Fidelitatem enim quam christiano principi iurarunt, deo eiusque sanctis aduersanti et eorum precepta calcanti, nulla cohibentur auctoritate persoluere.

Q. VII.

C. Absque uero synodali audientia sacerdotem dampnari in spalensi concilio cui ysidorus interfuit sic prohibetur: Sine concilii examine presbiter uel diaconus non deiciatur.

Sexta actione comperimus flagitantibus [...]tur: cordubensis ecclesie presbiterum iniuste olim a pontifice suo deiectum, et innocentem ex illo condempnatum, quem rursus ordini suo restitutum esse in decreto aduersus presumptionem uero decreuimus. Ut iuxta sanctorum patrum synodalem sententiam nullus uestrum sine concilii examine quemlibet presbiterum uel diaconum deiciendum putet. Nam multi sunt qui indiscussos potestate tirannica non auctoritate canonica dampnant. Et sicut nonnullos gratia fauoris sublimant, ita quosdam odio inuidiaque humiliant, et leui opinionis aura condempnant, quorum crimen non approbant. Episcopus enim sacerdotibus ac ministris solus honorem dare potest, solus autem auferre non potest. Si enim hii qui in seculo admissi sunt honore liberati a ceptis iniuriarum nexu non reuoluuntur, nisi prius apud presides tribunali foro fuerint accusati, quanto magis hii qui diuinis altaribus consecrati honore ecclesiastico decorantur, pro peccato non uno dampnante nec uno iudicante, poterunt honoris sui priuilegio exui? Sed presentiam synodali iudicio quod omnino decreuit precepto oportet diffiniri. Item Gregorius Iohanni episcopo panormitano. Clericorum causas episcopus cum senioribus ecclesie audiat.

Si quid uero de quoquam clerico ad aures tuas peruenerit, quod te iuste possit offendere, facile non credas, nec te ad uindictam res accendat incognita, sed presentibus ecclesie tue senioribus diligenter est perscrutanda ueritas, et tunc si qualitas rei poposcerit, canonica districtio culpam feriat delinquentis. Item ex concilio cartaginensi I. A quot episcopis presbiteri uel diaconi cause audiendi.

Si quis tumidus uel contumeliosus presbiter uel diaconus extiterit in maiorem natu, uel aliquam causam habuerit, a tribus uicinis episcopis si diaconus est qui arguitur; si presbiter est, a VI.; si episcopus, a XII. consacerdotibus audiatur. Vincentius episcopus dixit: Communio debet contumacia et superbia in omnibus frangi. Causa uero per personas ab his statuto numero audiatur.

Item ex concilio cartaginensi II. De eodem. C. Felix episcopus selensitanus dixit: Etiam hoc addicio, secundum statuta ueterum conciliorum, ut si quis episcopus quod non optamus fieri reatum aliquod incurrerit, et si fuerit nimia necessitas non posse plurimos congregare episcopos, ne in crimine remaneat, a XII. episcopis audiatur, et a VI. presbiteris, et a tribus diaconus cum proprio suo episcopo. Item ex concilio cartaginensi III. De eodem.

Si autem presbiteri uel diaconi fuerint accusati, adiuncto sibi ex uicinis locis proprius episcopus legitimo numero collegarum, quos ab eodem accusati petierint, id est una secum in presbiteri nomine VI., in diaconi tribus, ipsorum causas discutiant, eadem dierum et dilationum et accusationum et remotionum et discussionum causarum inter accusatores et eos qui accusantur forma seruata. Reliquorum uero clericorum causas etiam solus episcopus loci agnoscat et finiat.

G. Solus autem ad exclusionem aliorum episcoporum, non suorum clericorum dicitur, sine quorum presentia eius sententia irrita erit. Unde in cartaginensi IIII. Absque clericorum presentia episcopus nullius causam audiat.

Episcopus nullius causam audiat absque presentia suorum clericorum, alioquin irrita erit sententia episcopi, nisi presentia clericorum firmetur. Item ex concilio spalensi II. Nisi in sinodo canonice uocati sacerdotes dampnari non possunt.

Episcopus sacerdotibus ac ministris solus honorem dare potest, solus auferre non potest. Si enim hii qui in seculo admissi sunt honore liberati a ceptis in futurum iugum non reuoluuntur, nisi prius.

J. xx. c. q. v. Nulli.
S. iii. c. q. iii. Quos.
S. pa. i. di. L. Studerat.
S. c. iii. q. vi. Eleu. Quamuis.
S. p. i. di. xxi. Submittimur.

a pretores ac presides tribunali foro fuerint accusati. quanto magis hii qui diuinis altaribus consecrati honore ecclesiastico decorantur. Qui profecto nec ab uno dampnari. nec uno iudicante poterunt honoris sui priuilegiis exui. sed presentati sinodali iudicio. quod canon decreuit percipiunt diffiniri.

C. De ultima uero questione sic statutum est in neocesariensi. Presbiter qui confitetur se ante ordinationem corporaliter lapsum postea non offerat.

Q. VIII. Qui admisit corporale peccatum et post ea presbiter ordinatur. si confessus fuerit quod ante ordinationem suam peccauerit non quidem offerat. maneat autem in aliis officiis propter eius studiu utilitatem. Cetera uero peccata dixerunt plurimi et ordinatione purgari. Quod si de his non fuerit confessus nec aliquibus p manifeste conuinci. huic ipsi de se potestas est committenda. Similiter et diaconus si in eodem culpe genere fuerit inuolutus. sese a ministerio cohibebit. Item ex concilio ilerdensi. Deseruientes altario si carnis fragilitate deliquerint episcopi arbitrio subiacebunt.

Hi qui altario deseruiunt si subito in flebili carnis fragilitate corruerint. et domino respiciente digne penituerint. ita ut mortificato corpore cordis contriti sacrificium deo offerant. maneant in potestate pontificis: uel ueraciter afflictos non diu suspendat. uel desidiosos prolixiori tempore ab ecclesie corpore segregaret. ita tamen ut sic officiorum suorum loca recuperent. ne possint ad altiora officia ulterius promoueri. Quod si iterato uelud canes ad uomitum reuersi fuerint non solum dignitate officii careant. sed etiam sanctam communionem nisi in exitu non percipiant. Item ex concilio tol. viii. Ex ministris ecclesie

Cum in libertate genitis in futurum eadem deuocentur.

sed innocentiam ordinis sacri corrupta hactenus emanauit sententie patrum et nulla temporum formam quiuit correctio morum usque adeo sententiam iudicantium pertraxit. commissa facinora ut non tam feret ultio in actoribus scelerum uerum et in progenie dampnatorum. Ideoque quilibet ab episcopo usque ad subdiaconum deinceps uel ex ancille uel ex ingenue detestando conubio in honore constituti filios procreauerint. illi quidem ex quibus geniti probabuntur canonica censura dampnentur. Proles autem alienata pollutione nata non solum hereditate numquam accipiet sed et in seruitutem eius ecclesie de cuius sacerdotis uel ignominia ministri nati sunt iure perhenni manebunt. Item ex concilio martini pape. Qui confitetur se ante ordinationem peccasse non sacrificet. conuictus autem deponatur.

Siquis presbiter ante ordinationem peccauit. non offerat. si tamen pro religione nomen presbiteri portet. Si autem non ipse confessus fuerit. sed ab alio publice conuictus. nec hic ipsum habeat nomen presbiteri portet. Similiter et diaconibus obseruandum est. ubi si ipsi confessi fuerint. ordinem subdiaconi accipiant. Item michael consultationibus bulgarorum. De manu sacerdotis qui a be[...]

Sciscitantibus uobis tolli iste licere sacramenta sumere si a sacerdote qui fuit comprehensus in adulterio. siue de hoc fama sola respersus est. debeatis communione suscipere necne. Respondemus. Non per aliquis quantumcumque pollutus sit. sacramenta diuina polluere. que purgatoria cunctarum contagionum existunt. Quia radius solis per cloacas et latrinas transiens nil possit inde contrahere. Ideo a deo usque quisque eorum iudicio reprobetur. eo non percipienda est. Quamuis malus administrando se tamen illedit. Et cereum fax accensa sibi quidem detrimentum patitur. aliis uero lumen in tenebris administrat. et unde aliis commodum exhibet. inde dispendium patitur. Sumite ergo ab omni sacerdote intrepide christi misteria. quoniam omnia in fide christi purgantur. Fides enim est que mundat. Et quamuis dampnandus sit accipiendus sit. dicente beato Ieronimo. ac deinde accedit ad baptisma est perfectum. Et in omni sacerdote christi corpus est perfectum. Qui rursus sacerdotes commendans ait. Per quam audias ne iudicaueris quam. atque ante probationem accusationis illate neminem a tua communione suspendas. quia non statim qui accusatur reus est. sed qui conuincitur criminosus.

N. xvi. capitulum de monachis agitur.

Quaeritur an liceat eis officia celebrare. penitentiam dare. et baptizare. et decimas accipere. uel si constat de quibus simpliciter monachi ecclesiasticis officiis non aggregati ecclesias quibus pascuntur. decimas debitas persoluere. minimi debitum altari deferre eorum sententie subiacere. deinde procedit utrum possit in immunitate habitare omnis auctoritatis testamentum seu legitime. sed et audite nouorum per collationem et sordidorum munerum. Quod post electionem et episcopi ordinationem ecclesiasticis seu aggregati officiis ordinant in parrochia

ub9 ecclīis nūc abbates tpālia acceperūt.
quibus spiritualia ministrant. n̄ n̄ sacerdo
tibus suis decimas soluere. adminimum ad
altare deferre coguntur. De his etiam qui
intra monasterii claustra consistunt.
quibus populus ad regendum non committitur.
Ibidem similiter ostenditur quod spāli ostndit
priuilegio de prediis que ad usum proprium collīit
decimas abbatis nulli permittatur exigere.
de prediis autem que familiares colunt. Ibi de
cime persoluantur. ubi eorum infantes
baptizantur et ubi per totum annum cotidie
missas audiunt. Ibidem etiam ostenditur quod ppa
duos episcopatus in unum prohibetur redigere. et unum
in duobus diuidere. et episcopos ad obedien
tiam quam debent archiepiscopis et aliis ditione
potestatis eorum. uel temporaliter uel in perpetuum exi
gere uel eximere. Ibidem etiam ostenditur quod plures bap
tismales ecclesie in una diocesi esse non possunt.
Argumentum etiam in ea de his qui oblationes ecclesie et
decimas preter conscientiam episcopi aliis quam
baptismalibus ecclesiis soluunt. et contra
dispositionem episcopi pro suo libitu tribuunt.
Ibidem etiam ostenditur quod pari pena sunt puniendi qui
res ecclesie inuadunt et qui in rebus episcoporum si
mili crudelitate grassantur et quod nulli episcopi de
suarum diocesi nichil debent auferre nec
possessiones ecclesie aliquo modo alienare. et quam
graue sit apud dominum decimas et oblationes ac
primitia sacerdotibus non soluere. et quod episcopis consen
tientibus monachis quamuis claustri mori
tur. non tamen quilibet fratrum pauperibus quibus quarta pars
decimationum debetur decime licite tribuantur.
Ibidem etiam ostenditur quod si decimarum et oblationum secula
ribus peruenire non potest ad hoc tamen sic episcopo loci illius
consentiente in usum fieri monachorum et suorum
dici omnia eius perpetua firmitate constabit. Argumentum etiam in ea
de perpetuo quod a monachis possidentur. quod preter eorum in
stitutionem a sacerdotibus sint gubernande. Et
quod eorum consensu sacerdotibus ab episcopo sint committende ut
tamen de populo quod cura episcopo rationem reddant. pro
rebus autem monasterii pertinentibus abbati debitam sub
iectionem exhibeant. et quod episcoporum debent subesse
regimini ecclesie que cum monachorum in singulis
parrochiis sunt. Argumentum etiam contra episcopis qui alterius
ciuitatis in territorio edificant ecclesias. ad quos perti
neat ius ordinationis et consecrationis earum. Ibidem
etiam ostenditur quod nulla prescriptione temporis omnia iura ecclesiarum tollantur.

et quod in longi temporis prescriptionibus locum non habeant.
In quibus etiam rebus nulla prescriptio locum habere possit
que etiam in prescriptione sunt introducte odio
petentis et fauore possidentis. que solo odio
petentis hoc dico petentis quod exceptionem tantum pa
riant quia etiam actionem non solum ad usus sed etiam ad uersus creditorem
et aliis uerum dominum. quoniam etiam prescriptiones interrumpantur
uel per naturalem detemptionem. uel per litis contestationem. et quoniam inpuberis contestatio fieri debeat.
uel quod remedium detur ei cuius res prescribitur ad pre
scriptionem interrumpendam salua tamen contestatione
non potest quod etiam anni sunt necessarii ad prescripti
onem implendam sicut non interrupta fuerit uel si
ab eo qui sciebat cepit. ad alium quoniam possessio per
uenerit. an tempus prime possessionis continuetur
cum tempore sequentis. Ibidem etiam ostenditur quod prescriptio reli
gioso loco competat. uidelicet quod abbates et mona
chi tricennales possessiones habent non possunt. sed tamen .xl.
annorum prescriptione defendantur. Argumentum etiam contra decep
latus qui ea que ecclesie debita putant per ammissis
iudicis sua auctoritate inuadunt et usur
pant. utrum eorum maleficia imputentur ecclesie
uel cadat actio et incidat in questionem aliam. Si
quis ita tamen uel an delicta eorum in dampnum ecclesie
conuertantur non possunt. Ibidem etiam ostenditur quod laici sua non episcoporum
auctoritate decimas uel ecclesias possidere possunt.
et quod episcopi suum beneficium suo presbitero ecclesie uel decimam
laicis dederit domum orationis negotiationis
et speluncam latronum faciunt. Et quod laici non solum
de aliis sed etiam de negotiatione et de paupertate
sua debent decimas dare. Et quod .x. mensem nisi
redimunt a presbiteris qui aliter eas dare uoluerint.
In ea quoque decretis quod omnes in episcopi potestate con
sistunt. nec archidiacono nec archipresbitero siue
preposito suo decano aliarum curam uel presbiteri ecclesie
sine iudicio et consensu episcopi alicui tribuere licet.
Argumentum etiam in ea de his qui episcopatum uel abbatiam uel aliquibus
ecclesie inuestituram de manu laicorum acci
piunt qui partem inuestientem uidelicet et recipi
entem excommunicandi iubentur. Ibidem etiam percipitur ut nullus
suscipiat habitum monachi hac spe ut promis
sionem ducatur uel abbas fiat. Nullus etiam presbiter duas
ecclesias habeat. Nullus episcopus in rebus diuinis yco
nomos non de episcopo clero constituat et ut a sacrilegus
uideretur. Si quis principum aliorum laicorum
dispositionem seu donationem rerum uel possessionum ec
clesiasticarum sibi uendicauerit. Ibidem etiam ostenditur de fratri
datoribus ecclesiarum qui et patronum uocantur a cura

patrimandi et sollicitudine prouehendi. quam debent ecclesiis quo iuris in eis habent. Item. Ibidem. c. ix. Quoniam episcopis consentientibus licet monachis decimas et ecclesias a laicis suscipere, et quoniam neminem licet monasterium in proprium ius habere, si alicui in monasterio cedere. Ibidem c. ix. Quoniam ergo debent eligere abbatem post mortem abbatis sui, eo uiuente si ipse discesserit uel peccauerit, et quoniam episcopus non debet abbatem uiolenter retinere in loco suo nec aliquem ordinare ibidem preter ipsos abbas defunctus preter quod fratrum uoluntate fratrum.

MONACHUS ABBAS parrochitanam ecclesiam habebat, in qua instituit ibi monachum ut officium celebraret populo. Possedit eam per .xl. annos sine aliqua interpellatione. Tandem querela aduersus abbatem mouetur a clericis baptismalis ecclesie, in cuius diocesi parrochitana ecclesia illa consistebat.

Hic primum queritur, utrum monachis liceat officia populis celebrare, penitentiam dare et baptizare.

Secundo, si contingit eos capellam habere episcopali beneficio, an abbatis sint instituende an archiepiscopis.

Tertio, an iura ecclesiarum prescriptione tollantur.

Quarto, si ecclesia aduersus ecclesiam prescribat, an et monasterium aduersus ecclesiam prescribere possit. Quinto, si capellam in suo territorio edificatam uice territorium sibi uindicare ualeat. Sexto, si archipresbiter uel episcopus sua auctoritate non iudiciaria sententia capellam illam intercepit, an cadat actione, uel ecclesia cui prefuit non ultra habeat ius repetendi, quia suus pastor illicite usurpauit.

Septimo queritur, si laici capellam illam tenebant, uel quibus data monris erat, et in manibus abbatis eam refutauerunt et ordinandam eam tradiderunt, an consensu episcopi et clericorum abbas possit eam tenere.

Q. I.

Quod monachi officia populis celebrare non possint multis auctoritatibus probatur. Quorum prima est illa sancte in Cenomanensi synodi quadam. **Monachorum conuersatio ab omnibus debet esse discreta.**

Placuit omnibus residentibus in sancta synodo, ut monachorum conuersatio et uita secundum ethimologiam nominis ab omnibus discrepet. Monachus enim grece, latine singularis. Unde monachum per omnia singulariter agere oportet. Quamobrem firmiter et insolubiliter omnes precipimus, ut aliquis monachus penitentiam nemini tribuat, infirmum non uisitet, mortuum non sepeliat, nisi monachum in monasterio secum commorantem, uel si fortuitu quemquam aduenientium fratrum ibi mori contigerit. Item Gregorius Iohanni Rauennati archiepiscopo. **Monasterii districtionem et ecclesiasticum ministerium quilibet simul tenere non potest.**

Nemo potest et ecclesiasticis obsequiis deseruire et in monachica regula ordinate persistere, ut ipse districtionem monasterii teneat, qui cotidie in ministerio ecclesiastico cogitur permanere. Item Innocentius. **Monachi qui ad clericatum promouentur a proposito discedere**

De monachis qui diu morantes **non debent**. in monasteriis si postea ad clericatus ordines peruenerint, statuimus non debere eos a priori proposito discedere. C. Sicut Innocentius diffinit a suo proposito eis discedere non licet, et sicut Gregorius testatur, in monastica regula deuote persistere et ecclesiasticis obsequiis simul deseruire non possunt. Patet ergo parrochitanis ecclesiis monachi preficiendi non esse. Item Ieronimus ad Riparium et Desiderium. **Monachus non habet**

Monachus non doctoris **docentis sed plangentis officium.** S. vii. q. i. hinc nequaquam. sed plangentis habet officium, qui se uel mundum lugeat, et domini pauidus prestoletur aduentum.

Item ad Paulinum. **In perpetuam frequentia monachi esse non debent.** j. de con. di. v. Nunquam

Si cupis esse quod diceris monachus, id est solus, quid facis in urbibus, que utique non sunt solorum habitacula, sed multorum? Et infra. Habeto simplicitatem columbe, ne cuiquam machineris dolos, et serpentis astutiam, ne aliorum supplanteris insidiis. Non multum distat in uitio, uel decipere posse uel decipi [aut fidi] christianum. Quem senseris tibi aut semper aut crebro de nummis loquentem, excepta elemosina que indifferenter omnibus patet, institorem potius habeto quam monachum. Preter uictum et uestitum et manifestas necessitates nichil cuiquam tribuas, ne filiorum panem canes comedant. Item ad Heliodorum episcopum. **Monachus pascitur, clericus pascit.**

Alia causa est monachi, alia clerici. Clerici oues pascunt, ego pascor. Illi de altari uiuunt, michi quasi infructuose arbori securis ponitur ad radicem, si munus ad altare non defero. Michi ante presbiterum sedere non licet. Illi si peccauero licet me tradere satane in interitum carnis ut spiritus sit saluus in die domini Ihesu Christi.

Secundum antiquos qui in domibus sunt morabantur decimas et oblationes clericis dabant, ut adhuc debent dare ex laboribus suorum rusticorum, ut supra ex aprio.

ad rusticum. Non licet aliquid monachis
Ecclesia habet senatum. agere sine presbiterorum consilio.
cetum presbiterorum. sine quorum consilio, multo magis
monachis agere licet. Roboam filius Salo
monis. ideo perdidit regnum. quia audi
re noluit presbiteros suos. Senatum quoque romani
habebant. quorum consilio cuncta age
bant. et nos habeamus senatum nostrum cetum
presbiterorum. Item eugenius papa. Secundum ethimolo
giam nominis solitariam uitam monachus ducat.

infra xviii. Q. ii. C. Placuit (?)

Placuit communi nostro consilio ut nullus
monachorum pro lucro terreno de monasterio exi
re nefandissimo ausu presumat. neque
penitentiam dare. neque filium de baptismo
accipere. neque baptizare. neque infirmum
uisitare. neque mortuum sepelire. neque
ad ecclesiam secularem transire. neque qualibus
cumque negotiis sese implicare. Sit clau
stro suo contentus. quia sicut piscis sine
aqua caret uita. ita sine monasterio mona
chus. Sedeat itaque solitarius et taceat. quia mundo
mortuus est. deo autem uiuit. Agnoscat nomen suum.
Monos enim grece. latine unus. achos grece. latine tristis. unde dicitur
monachus. id est unus tristis. sedeat ergo tristis. et officio suo
uacet. Item paschalis II. uictori bononiensi episcopo.
Absque episcoporum consensu episcopalia iura monachi non u
surpent.
Peruenit ad nos fama uulgante mirantibus.
quod quidam monachi et abbates in parrochia
uestra. contra sanctorum patrum decreta. episcopalia iura. et offi
cia. sibi arrogant uindicare. uidelicet peniten
tiam. remissionem peccatorum. reconciliationem.
decimas. et ecclesias. cum absque propria episcoporum licentia. uel
apostolice sedis auctoritate. hec nullatenus presumere
debeant. Sicut in calcedonensi concilio a sanctis patribus decretum (?)
cautum est. et sub anathematis uinculo
monachis omnibus prohibitum. Mandamus
itaque dilectioni tue ut eos conuenias. et ne ta
lia deinceps presumant. omnino prohibeas. Item calixtus.

infra xviii. Q. ii. C. Luminoso

Interdicimus abbatibus et monachis. Decreto.
publicas penitentias dare. infirmos uisitare.
et unctiones facere. et missas publicas cantare. crisma
oleum. ecclesiarum consecrationem. Ordinationes cleri
corum ab episcopis accipiant. in quorum parro
chiis manent. Item alexander II. Monachi intra
claustrum morantes clericorum officia non admi
nistrent.
Iuxta calcedonensis concilii tenorem optamus.
monachis quamuis religiosis. ad normam sancti Benedicti.
intra claustrum monasterii precipimus. uicos. castella.
ciuitates peragrare prohibemus. A populorum predicatio
ne omnino cessare censemus. nisi forte quis
de plebe animarum salute sollicitus. uel eorum habi
tum assumat. eos intra claustrum suum recipere (?)
uoluerit. Item ex concilio calcedonensi. Monachi qui sunt
in ciuitatibus episcopo debent esse subiecti.

Qui uere et pure solitariam eligunt uitam. digni sunt
conuenienti honore. Eos uero qui per singulas
ciuitates seu possessiones in monasteriis sunt. pla
cuit nobis episcopo esse subiectos. et quieti operam dare.
atque obseruare ieiunia. et orationes in quibus
locis semet deo se deuouerint permanentes:
et neque communicare ecclesiasticis neque secularibus aliquibus
attrectare actionibus. relinquentes propria monasteria.
nisi forte iubeantur propter urgentes neces
sitates ab ipsius ciuitatis episcopo. et neminem suorum
suscipi in monasterium. ut sit cum eis monachus. nisi
cum domini proprii licentia. Preuaricatorem uero hoc decre
tum uis (?) extra communionem esse. ne nomen domini blasfemetur.
Conuenit uero ciuitatis episcopo curam et sollicitudinem necessariam
monasteriis exhibere. ¶ His ita respondetur. Auctoritas illa mi
lenensis (?) synodi que prohibet monachos de monasteriis exire:
et capellas sepulturas mortuorum celebre (?) confluere ui
delicet more clericorum. ad quas uis libet celebrandas. Ceterum
si apud monasterium aliquis semetipsum tumu
lari uoluerit non est prohibendus. Unde gregorius scribit iohanni
episcopo de urbe ueteri. Misse celebrari mortui
que sepeliri in monasterio non prohibeantur.
Agapitus abbas
monasterii sancti georgii insinuauit nobis. prima se
uiam (?) fraternitate quamquam a fratre (?) quidem in eodem mona
sterio missas prohibitas celebrari. mortuos etiam
dicat sepeliri. Atque in huiusmodi uidetur tam
superiori et sepeliri ibidem mortuos et missas cele
brari nulla ulterius habita contradictione permit
tas. Item carolitano episcopo uenusino. Non sunt pie uo
luntates defunctorum cassande.
Ammonemus te uolumus
ne pie uoluntates defunctorum tua quod absit
remissione cassentur. Item gelasius. testatoris
arbitrium seruari oportet.
Considerato ecclesiastice
utilitatis hoc postulat. ex iusta dispen
satione testatoris seruandum arbitrium. Item
ex concilio tiburiensi. Ubicumque facultas rerum et
opportunitas temporum suppetit. et cetera. Sicut in eodem
capitulo superius legitur in causa eorum qui de dioce
si ad diocesim transferuntur. Ecce ex his
auctoritatibus patrum. quod siquis apud mona
sterium sepulturam sibi eligere uoluerit. libere a
monachis potest sepeliri. Unde quod collig
illa prohibitione in cenensi (?) synodo pro impro
bitate clericorum uagantium facta esse. Unde Ical

aliquis

supra di. liiii. C. i. ii.
infra xviii. Q. ii. C. Mo
nasteriis omnibus

supra e. Q. e. Ubicumque

cedonensi dicitur. **Monachi qui sine licentia episcopi vagantur ad propria loca redire cogantur.**

Quidam monachi in habitu habentes sine iniunctione aliqua a proprio episcopo, interdum vero et illi qui ab eo fuerant excommunicati, veniunt in civitatem Constantinopolitanam, et in ea perturbationes ingerunt ecclesiastici status, et insuper quorundam domos corrumpunt. Statuit ergo hec sancta synodus hos primum commoneri ut exeant de regia civitate. Demum eos invitos deici, ac per defensorem compelli ut ad loca sua pervenirent. Item Pelagius papa Paulino solanti(?).

Monachi circumvagantes per defensorem sunt compellendi.

Probinum sane(?) et Iulianum atque Probianum ut alios pseudomonachos Iohanni defensori precipimus ut eos debeat detinere, quatenus si quam desiderant sue conversationis rationem cognoscere, an eos sui in formam debeat exhiberi. Certe si sola obstinatione ab ecclesiastico corpore sint scissi, in recta(?) sic perfecti(?) in insula vel exulentur, predicto defensori duximus iniungendum. Item Leo papa. **Nullus monachus preter sacerdotes domini audeat predicare.**

Adicientes illud quia nobis propter improbitatem quorundam monachorum, qui ubi(?) religionis iure mandatis perturbatio oritur(?), hispaliter(?) statuentes ut preter domini sacerdotes nullus audeat predicare, seu monachus sive laicus ille sit, qui cuiuslibet scientie nomine glorietur.

Ecce in hoc capitulo interdictum est expressim et generali constitutione evacuatum. Quod vero penitentiam dare prohibetur: inde est quia nulli sacerdotum licet parrochianum alterius ligare vel solvere. Monachi autem et si in dedicatione sui presbiteratus sicut et ceteri sacerdotes predicandi, baptizandi, penitentiam dandi, peccata remittendi, beneficiis ecclesiasticis perfruendi potestatem accipiant, ut amplius et perfectius agant ea que sacerdotalis officii esse sanctorum patrum constitutionibus comprobantur, tamen executionem sue potestatis non habent, nisi a populo fuerint electi et ab episcopo cum consensu abbatis ordinati. Ecclesiasticas vero atque seculares actiones attractare prohibentur, unde firmatur(?) super pastoraciam(?) nisi ab episcopo commoniti fuerint, nisi secularibus causis occupentur, sed resideant cogitare divinarum litterarum(?). Unde Pelagius scribit Antonino(?)

Omne patricie(?) et dece. **Monachus defensor fieri non debet.**

De pristinum portitorem quod defensor factus non est, nulla vobis animi molestia sit, quia satis valide amarissimum habeo de isto posito(?) ad illud officium homines deduci in quo nullo modo quam monachi commissa sua valeant adimpleri. Omnino da enim est illius habitus et istius officii diversitas. Illic enim quies, oratio, labor manuum. Hic causarum cognitio, conventiones, actus, publica litigia. Et quecumque ecclesiastica instituta vel supplicantium necessitas poscit. Faciat autem deus ut tales sint qui vel a nobis isto habitu nutriuntur vel in monasteriis esse(?), vel provecta etate comprobata vita non aliena(?) religiosorum officia ad sacerdotium valeant promoveri. C. Gelasius in hoc in tractatu(?) de promotionibus clericorum invenitur in capitulo: Monachus novitius esse permittitur vel ex dispensatione defensor fieri. Quod vero sacerdotalium officiorum potestatem habeant, testatur Ambrosius(?) dicens. **Clericorum officia celebrare monachi presbiteri non prohibeantur.**

Doctos ac probatos monachos presbiterii honore dedicatos predicare, baptizare, penitentiam dare, debita animis laxare, decimarum, primitiarum, oblationum vivorum et mortuorum portione iusta perfrui decernimus(?), moderata dispensatione committimus, ut iuxta apostolum de altario consumunt viventes, qui obsequium domini et plebis panem et vinum immaculata benedictione transformant in corpus et sanguinem domini. i. x. Item Innocentius papa. **Beneficiis ecclesiasticis monachus presbiter libere utatur.**

Si monachus ad clericatum pervenerit, beneficia ecclesie plenarie et ammone(?) et decime donentur absque ulla immoratione et dilatione, ut quantocius possit iuxta possibilitatem quam necessitas exigit in opera ecclesiastica et reparationem restaurande ecclesie adiutorium faciat. Item Gregorius. **De eodem.**

Mandamus apostolice auctoritatis decernimus ut monachis presbiteri honore dedicatis cum ligandi solvendi potestate decimarum, primitiarum, oblationum, donationum que fiunt pro vivis et defunctis iusto canone a suis perfruantur(?) ad maximam(?) utilitatem, merito perfectionis sue(?) non minus quam ceteri sacerdotes laudabiliter undique.

Item. **Clericorum officia monachi presbiteri libere amministrent.**

Ex auctoritate decreti quod apostolico moderamine et pietatis officio a nobis constituti, sacerdotibus monachis apostolorum figuram tenentibus liceat predicare, baptizare, communionem dare, pro peccatoribus orare, penitentiam imponere, atque peccata solvere. Item ex decreto Bonifatii papae. **Monachi presbiterii honore decorati potestatem habent ligandi et sol[vendi].**

S. ii. di. vii. Placuit

S. vi. di. i. Lect

Sunt nonnulli dogmate nullo fulti, audacissime quidem, zelo magis amaritudinis quam dilectionis inflammati, asserentes monachos, qui mundo mortui sunt et Deo vivunt, sacerdotalis officii potentia indignos, neque penitentiam neque christianitatem largiri, neque absolvere posse per sacerdotalis officii divinitus iniunctam potestatem; sed omnino labuntur. Neque enim beatus Benedictus monachorum preceptor almificus huius rei aliquo modo fuit interdictor, sed eos secularium negotiorum edixit expertes fore tantummodo. Quod quidem apostolicis documentis et omnium sanctorum patrum institutis non solum monachis, sed etiam canonicis magnopere imperatur. Nemo enim militans Deo implicat se negotiis secularibus. Tantorum ergo patrum institutis et exemplis, quibus periculosissimum est refragari, credimus a sacerdotibus monachis ligandi solvendique officium Deo operante digne administrari, si eos contigerit digne ad hoc ministerium sublimari. Testantur ergo monachi professionis presbiteros sacerdotalis potentie arcem officio ordinis perceptam, vel ab his nomen auspicibus receperunt in posterum, quia quanto quisque est celsior, tanto et ut esset potentior.

His omnibus auctoritatibus perspicue monstratur, monachos per se penitentiam dare, baptizare, et cetera sacerdotalia officia licite administrare, quia vel propter electionem episcoporum institutione et abbatis consensu potestatem suam exequantur. Ieronimi, Gelasii et Gregorii auctoritate probatur. Item Ieronimus ad Rusticum monachum. Digne in monasterio vivunt ad clericatum per electionem.

i de cons. di. v. Nunquam

Sic vive in monasterio, ut clericus esse merearis. Multo tempore disce quod postmodum doceas, et inter bonos semper sectare meliores, ores, quod si propter episcopum te in clericum elegerit, age ea que clericis. Item Ieronimus. In ordine clericatus promoti monachi possessores sint.

Si clericatus te titillat desiderium, discas quod postea possis docere, et rationabilem hostiam offeras Deo, ne miles antequam tiro, ne prius magister sis quam discipulus. Non est humilitatis mee neque mensure iudicare de ceteris et de ministris ecclesiarum sinistrum quippiam dicere. Habent illi ordinem suum et gradum. Quem si tenueris, quomodo tibi in eo vivendum sit, editus ad Nepotianum liber docere te poterit. Nunc monachi cunabula moresque discutimus, et eius monachi qui liberalibus studiis eruditus in adolescentia iugum Christi collo suo imposuit. Primumque tractandum est utrum solus an cum aliis in monasterio vivere debeat. Mihi placet ut habeas sanctorum contubernium, nec ipse te doceas, et absque doctore ingrediaris viam quam numquam ingressus es. Item Gelasius papa. In loco in quo abbas iudicaverit monachus eligatur.

Si quis monachus et ab episcopo sacerdos ordinetur.

Si quis monachus fuerit, qui venerabilis vite merito sacerdotio dignus prevideatur, et abbas sub cuius imperio regi militat illum fieri presbiterum petierit, ab episcopo debet eligi, et in loco quo iudicaverit ordinari. Omnia que ad sacerdotii officium pertinent vel propter episcopi electionem pure ac iuste agantur. Item Siricius papa. Tempore maturitatis ecclesiastici monachi clericorum promovebantur ordinibus.

S. p. i. di. lxxvii. Siquis

S. di. iii. c. Multo

Monachos quoque quos tamen morum gravitas et vite ac fidei institutio sancta commendat, clericorum officiis aggregari optamus et volumus, ita ut qui intra xxx annos etatis sunt digni, in minoribus per gradus singulos crescentes tempore promoveantur ordinibus, et sic ad diaconatus vel presbiterii insignia maturioris etatis consecratione perveniant, nec saltu ad episcopatus culmen ascendant, nisi in his eadem singulis dignitatibus superius prefiximus fuerint tempora custodita. Item Augustinus ad Eudoxium. Ecclesiastica officia nec avida elatione monachi suscipiant, nec blandiente desidia respuant.

S. di. lxxviii. C. i. n. sm.

Vos autem fratres exortamur in Domino ut propositum vestrum custodiatis, et usque ad finem perseveretis, ac si qua opera vestra mater ecclesia desideraverit, nec elatione avida suscipiatis, nec blandiente desidia respuatis, sed miti corde obtemperetis Deo, cum mansuetudine portantes eum qui vos regit, qui dirigit mites in iudicio, qui docet mansuetos vias suas. Nec vestrum otium necessitatibus ecclesie preponatis, cui parturienti si nulli boni ministrare vellent, quomodo nasceremini non inveniretis. Item Pelagius papa Bono episcopo Salonitano. Gelasius quendam Rufinum monachum iubet sacerdotem fieri et in quandam basilicam ordinari.

In parrochia tua basilica sancti Laurentii, que in possessione filii et filiarum nostri viri magnifici Theodori fundata esse, officium presbiteri deesse cognovimus. Et quia prefatus filius noster nobis retulit invenisse Seruphinum quendam

dam monachum olim sub vita et moribus comprobatum, et hunc postulat ibi presbyterum consecrari. Quod subito fieri nos prorogata observantia non acquiescimus. Ideo dilectio tua his acceptis, si abbas venientem faciat eum diaconum, et sic, si voluerit, et in proxima mediana ebdomada presbyterum faciemus, quatinus fervente paschali festivitate sacra misteria in memorata basilica apostolus petrus valeant adimpleri. Item Gregorius in registro. Qui de clerico monachus efficitur, ab episcopo ordinari potest eum.

Si quos ex clericatu in monachi gi et c̄ sec̄ri. cam conversationem venire contigerit, sic tamen vite monachus fuerit, ut episcopus eum ammutavit, eum dignum sacerdotio providerat, in loco quo iudicaverit eligi poterit et ordinari. Item ex concilio Agathensi. Sine testimonio abbatis ad clericatus officium monachi non eliguntur.

Monachi vagantes ad officium clericatus, nisi eis testimonium omnium abbas dederit, nec in parrochiis nec in civitatibus ordinentur. Si vero necesse fuerit clericum de monachis ordinari, cum consensu et voluntate abbatis presumat episcopus. Item ex concilio Ilerdensi. Cum abbatis voluntate monachi ordinentur, qui pro utilitate ecclesie.

Cum pro utilitate ecclesie aliquos monachorum in clericatus officio episcopus probaverit, pro monendos, cum abbatis voluntate debet ordinare. Episcopus ordinare voluerit. Et a ... qui iure monasterii de facultatibus offerunt, in nullo diocesiana lege episcopis constringantur. Item ex concilio t̄conensi. Sine abbatis imperio ecclesiastica misteria non presumant celebrare monachi.

Monachi a monasterio foras egredientes ne aliquod ministerium ecclesiasticum presumant agere, prohibemus, nisi forte cum abbatis imperio. Similiter vero nullus eorum, id est monachorum, forensis negotii susceptor vel executor existat, nisi quod monasterii exposcat utilitas, abbate sibi ... imperante. Item Augustinus ad Aurelium. Ad clericatum militia non eligitur desertores monasteriorum.

Legi epistolam benignitatis tue de Donato et fratre eius, et quid responderem diu fluctuavi. Sed tamen iterum atque iterum cogitanti quid sit utile saluti eorum quibus nutriendis in Christo servimus, nichil mihi aliud occurrere potuit. Non enim est ista danda servis Dei via, ut se facilius putent eligi ad aliquid melius, si facti fuerint deteriores. Et enim ipsis facilis lapsus, et ordini clericorum fit indignissima iniuria, si desertores monasteriorum ad militiam clericorum eligantur, cum ex his qui in monasterio permanent, non tamen nisi probatiores atque meliores assumere in clerum solemus. Nisi forte sicut vulgares dicunt: malus choraula, id est coraule, id est princeps vel dux in choro, bonus symphoniacus est. Ita idem ipsi vulgariter iocabuntur dicentes de nobis: Malus monachus bonus clericus est. Nimis dolendum si ad tam ruinosam superbiam monachos subrigimus, et tam gravi contumelia clericos dignos putamus, in quorum numero sumus. Cum aliquando bonus monachus vix bonum clericum faciat, si adsit ei sufficiens continentia, et tamen desit instructio necessaria aut persone regularis integritas. Sed de istis credo nostra voluntate quod arbitrata sit beatitudo tua, ut suis potius congregationibus utiles essent, cum de monasterio recessissent. Sed et falsum est. Sponte abierunt. Sponte deseruerunt. Nos quantum potuimus pro eorum salute renitentibus.

Prima actione hostilitatis metus intervenit. Theodulfi Malacitane ecclesie antistitis ad nos oblata petitione asserentis antiquam eiusdem urbis parrochiam in multis quondam hostilitatis discrimine fuisse decisam, et ex parte aliqua a Becilitane, Astigitane, Elibitane atque Egabrensis urbium esse retentam. Proinde placuit ut omnis parrochia quam antiqua divisione ante imminutam hostilitate retinuisse ecclesiam suam quisque probaverit, ei privilegio restituatur. Sicut enim per legem mundialem his quos barbarica feritas captivavit necessitate in suo ex postliminio revertentibus redditur antiqua possessio, non aliter et ecclesia recuperabit parrochiam quam ante tenuit, cum redibit, si eius fuit, ab aliis ecclesiis possideatur sub incolatu, possessione tamen usurpata sit. Non enim est obicienda prescriptio temporis, ubi necessitas intercessit hostilitatis. Item Iohannes papa Paulo episcopo fungenti legatione in Germania et Pannonia. Tempus non occurrit prescriptio ubi furor hostilitatis incubuit.

Porro fide annorum [forte] numerositate catholica scilicet interiectos annos et eos qui universis fidelibus mestissimi extiterunt. Ceterum vero paganorum et incredulorum furor in causa est, qui in talibus prestant tempora vel non preiudicant ecclesiis, que corporalia nescientes arma solum dominum propugnatorem suum, quando ei placuerit misereri, patienter expectant. Verum si annorum prolixitas in talibus impediat, dominus ipse reprehendendus est, qui post quadringentos et xxx. annos filios Israel de durissima servitute Pharaonis et fornace ferrea liberavit. Sed nec ipse redemptor, qui hominum genus post annorum milia de inferni claustris eripuit. C. Toluimus et per prescriptionem ille dioceses quas a prioribus episcopis negligentibus alii abbreviati a fidei integritate revocaverunt. Unde in IIII. concilio Africano. Si que episcopi suas dioceses lucrari negligunt, post triennium eis constabunt episcopis quorum fidei studio sunt reconciliate.

Placuit ut quicumque episcopi negligunt loca ad suam cathedram pertinentia in catholicam unitatem lucrari, conveniantur a diligentibus episcopis vicinis, ut id agere non morentur. Quod si intra vi. menses a die conventionis non effecerint, qui potuerint ea lucrari, ad ipsos pertineant. Ita sane ut si ille ad quem pertinuisse videbantur probare potuerit magis illi electam negligentiam abbreviaticis impune ibi fuisse et suam diligentiam fuisse preventam, vel eorum eas cura sollicitior vindicaret, cum iudices episcopi cognoverint, sue cathedre loca restituant.

C. Post hec autem intelligi prescriptio illa longi temporis qua Gelasius negat statum parrochiarum posse mutari. Longum enim tempus sicut ex legibus habetur decennium vel vicennium intelligitur. Huius longi temporis prescriptio auctoritate Gelasii et sanctionibus legum ecclesiis obici non potest. Prescriptionum alie sunt introducte odio petentis et favore possidentis, alie tantum odio petentis. Qui enim bona fide et iusto titulo rem per decennium inter presentes, per vicennium inter absentes tenuerit, petita exceptione tutus est non solum adversus alios, sed etiam adversus creditores quibus res ipsa obligata fuerat, et adversus verum dominum. Si vero aliquo casu a possessione ceciderit, etiam adversus verum dominum utiliter rem vindicare poterit. Si autem nullo titulo [nullo titulo, bono titulo, sine fide] per tricennium rem alicuius possederit, simili gaudebit presidio. Bona vero fides non ad initium medii temporis, sed ad initium possessionis refertur. Sufficit enim initio cuique bona [fide] possidere cepisse, etsi medio tempore conscientiam rei aliene habuerit. Hee prescriptiones sunt introducte favore possidentis et odio petentis, quia lex favet his qui bona fide et iusto titulo vel bona fide tantum possident, odit autem et punit eos qui rem suam negligentes et desides. Quod si mala fide rem alienam quis possidere cepit, post xxx. annos adversus omnem petitorem exceptione tutus est. Si vero aliquo casu a possessione ceciderit, actionem non habebit, quia prescriptio hec non favore male fidei possessionis, sed odio eius qui rem suam prosequi negligentis introducta est. Si autem res a creditore sive a domino pervenerit, detentionis commodum habebit. Si vero ad alium creditor vel alius dominus adversus eum experiri poterit, nisi prodit exceptionem diuturni temporis possessionis, quia non habeo habuit causam prescriptionis. Quod si non habuerit prescriptio ad eos pervenerit, male fidei possessor in distinctione prescriptionis commodum recipit. Hec de prescriptionibus decennii vel vicennii vel tricennii intelligenda sunt, si sine interruptione possessa probantur. Quod si per naturalem detentionem possessio interrupta fuit, a die recuperate possessionis novi xxx. anni in omnibus prescriptionibus numerabuntur. Si per litis contestationem, ab ultimo die litigii xl. anni computabuntur. Quod si ab eo qui iam prescribendi erat possessione aliquis inquietatus, precedens tempus cum tempore sue possessionis continuare poterit. Is autem cui prescribitur res, si lite contestata sine potestate vel propter absentiam, impotentiam vel infantiam vel furoris [vel aratorem] laborem cum nemine tutorem habeat, vel quia in magistratus potestate constitutus est, si constituta preside adeat, libellum ei porrigat, et hic querimoniam deducat.

C. de epis. an. l. ut le. Sancimus

et sic tpis interruptionem faciat. Si aut propter
sitatem adire non potuit. saltim ad epm loco
vel defensorem ciuitatis adeat. et suam manife-
stare uoluntatem in scriptis deperet. Quod
si preses vel eps. vel defensor abfuerit liceat ei pro
ponere ubi domicilium ht possessor seu ciuium ta
bulariorum subscriptione. vel si ciuitas tabu
larios non ht. cum trium testium subscriptione et
hoc sufficiat. ad omnem temporalem interruptionem
siue triennii siue longi tpis. siue xxx vel xl
annorum sit. hec de prescriptionibus inter priuatos.
Ceterum aduersus loca religiosa non nisi xl annorum
prescriptio currit. Unde in autenticis. Quas
actiones decennalis prescriptio secludit. si loco re
ligioso competant xl annis clauduntur et in
nouella. Nec per decennium neque uicennium etc. In
canonibus uero. Ecclesia aduersus ecclesiam. xxx annis.
monasterium aduersus ecclesiam non nisi xl annis prescribere
permittitur. Quod si priuata persona decimas
suo titulo sine interruptione possederit. nulla tpis
prescriptione tueri se poterit. Que enim ab initio
de iure effectum sortiri non possunt. tractu tpis non
conualescunt. Unde Siluester. longo tempore pro suo deti
neat et si xl annorum curricula excesserit. so
la tpis longinquitate liberari uia minime iuuabunt. Ad hec ecclesia rei p. fruc
tuos permittere. decimationes. ciuium fructu
um in instar operarum. Porro post fructus prescribi
non potest. Unde in vii libro cod. titulo. c. l. de xxx vel xl.
iubemus eos qui rem annorum prescriptione ipraniacast.
aliquando continuum. xl annorum curriculum sine q
dam legitima interpellatione possederint de possessione
quidem rei seu domino nequaquam remoueri. fructu
os autem seu ciuiles canones vel alia quondam post
collationem in posteritatis eis dependente compelli nec
hunc pati eundem tpis prescriptio non oportunitas
admittit. C. Sic predia suum sit priuati
suis ecclesie possint prescribi permittitur decima
tionum prescriptione tollimur. Et sicut romano p. q
libet laico sit iure scriptum impetrauit. Rescripta
que in scriptum repeta fuerint in talia sunt que illi cum
ps et nullo obstante nulli momenti esse censentur.
Item x. de mandato sacerdotibus et leuitis sepa
rentes. ubi de sorte dni uiuere qui eius sortem mitant.
qui cumque priuilegio laicis concedi posse nec dum
ni mandati auctoritas huiusmodi preiudicium
inferat. Unde imperator ualentinianus et theodo
sius. Unde nullus alias quam a colonis dominicis uiris

A. de reg. iii. et. S. i. Q. i. principat.

C. de prescript. l. xl. annorum compr. C. de lomb. t. p. l. ut.

A. de diu. t. p. ec. iuob.

Di. de pro canone. ab uni tio uissioni principali. ut

6 J. e. l. t. de fu. l. ut

J. xxv. q. i. Caput. S. e. Q. i. Decim. S. i. Q. iii. pue

C. heres. dnice. l. ul.

rei p. vel templorum in quibus pecunia uendi
te vel alio ullo pacto alienate sunt. abbi qui
comperam atque leges eas detinent. nulla longi
tpis prescriptione officiente iubemus restitui.
ita ut non per tiu quod unquam quis comparat omnibus repo
scere liceat. C. De prescriptionibus uero longi
tpis ita inuenitur. coll. viii. constit. vi.
Quas actiones alienas decennalis decenalis uel in
cennalis prescriptio secludit. Si loco religio
so competunt xl annis clauduntur usucapione
que decennii prescriptione. suum locum habitibus. Sed
sola prescriptio xxx annorum deinceps aqua
tim prescriptione priuilegia romane ecclesie ex
clusa que non nisi. c. annorum spatio prescribi possunt. Unde
iohs. viii. scribit regulo dotico. Priuilegia
romane ecclesie non nisi. c. annorum prescriptione
Nemo de annorum numero resultans tolluntur.
di sumat fomitum quia sancta romana. cuncto
auctore summi ecclesia priuilegia quibus forma per
stabilitatis per suscepit multis tpibus an
gitat multis regnorum partitionibus perudicat.
Sed ueniente romane leges diuinitus pora
principium promulgate rerum ei prescriptionem non
p. c. annos admittit. C. Ostensum est quod
ecclesia aduersus ecclesiam prescribere possit. Nunc uidendum est.
si monasterium aduersus ecclesiam prescribere ualeat. Quod urban
ii. prohibuit dicens. Triennio tpis abbates
Possessiones aliquid monachi prescribere non ualent.
ecclesiarum et eporum decimales. abbates vel monacho
omnimodis prohibemus habere. C. Si ei sitol
lit eis decennalis prescriptio ab abbato gg conceditur eis
quod generat prescriptio. Ait enim per subdiacon.
Quadraginta annorum prescriptio religi
Volumus accedente osis domibus conceditur.
te in parnomitana ciuitate quasi tione tpam
tali ratione discutere dominio rei a possessore sic
acteni prescriptum uidetur permanente. ut si monasti
um per fatum se theodosi fines decepit causatio mota:
in gestis xl annis prescribisse repperis: Nullam
deinceps in si quo scte romane ecclesie competere po
tuit patrimonis sane causam permanens si quoque eorum
in ecclesia omnimodis preparate. Sin uero auctores
ecclesie non eos possedisse xl annis in gestis docuerit mon
strauerit: Sed aliquantum tpa bi mota fuisse
aliquam questionem eorum definimus. Ecclesia abbatis en
quelle et negauit sopiat. Item ex nouellis iustiniani.
Nec per decennium neque uicennium vel xxx decem.
annorum prescriptio sed sola xl annorum curricula

J. aut. Decasalis t.

Q. IIII.

S. i. Q. iiii. de Questum est. J e. Q. i. possid.

J aut. de ec. t. C. propter

religiosis domibus opponantur non solum in ceteris rebus, sed etiam in legatis et hereditatibus. C. Sic et religiosis domibus ex lege non nisi quadragenaria est obicienda prescriptio, ita et auctoritate Gregorii ad [Siculos] alias ecclesias possidere possunt eodem spatio temporis. Quod autem ea que ecclesie debentur auctores eorum sua auctoritate iudiciis pretermissis repetere non valeant, beatus Gregorius testatur dicens. Iudicum non manibus res ecclesie defendantur.

Q.V.

Consuetudo nova in hac ecclesia et valde reprehensibilis erupit, ut cum rectores eius patrimonii urbana vel rustica predia cuiuslibet competere posse suspicantur, fiscali more titulos imprimant, atque ea competere pauperibus existimant, non iudicio sed manibus defendant. Et cum predicatores suos veritas nichil percontatione agere percipiat, odia tamen litigiose contentionis materia tamen scindantur, et res quibus eum estimatur ecclesie posse competere per vim tenentur. Primum presenti decreto constituo, ut siquis ecclesiarum vel quamlibet titulos ponere sive in urbano sive in rusticano predio sua sponte presumpserit, anathema sit. Et responderunt omnes: Anathema sit. Is quoque qui pro ecclesie si hoc vel ipse fieri preceperit, vel sine sua preceptione factum digna punire animadversione neglexerit, anathema sit. Responderunt omnes: Anathema sit.

Q.VI.

Quod autem quisque sua auctoritate quod sibi deberi putat usurpat, non per iudicem reposcit, cadat a causa ex auctoritate Mileuitani concilii, habetur in quo ita statutum est. Cause sue detrimentum patiatur episcopus qui ecclesias ab alio detentas propria auctoritate que[…]rit adire.

Placuit ut quicumque episcopi ecclesias vel plebes quas ad suam cathedram existimant pertinere non ita repetierint ut causas suas episcopis iudicantibus agant, sed alio retinente irruerint, sive volentibus sive nolentibus plebibus, cause sue detrimentum patiantur. Et quicumque hoc iam fecerit, sed nondum inter episcopos est finita contentio, sed adhuc inde contendit, ille inde discedat qui constitutis pretermissis iudicibus ecclesiam ad cuius irruisse. Nec sibi quisque blandiatur si a primate cum retineat litteras impetravit. Sed cuilibet habenti litteras sive non habenti convenit ut cum qui tenet et ei litteras accipiat, ut cum appareat pacifice tenuisse ecclesiam ad se pertinentem. Si autem ille aliquam questionem retulerit, propter episcopos iudices causam finiat, sive illos quos ei primas dederit, sive quos ipsi vicinos cum consensu primatis delegerint. C. Contra quod Gregorius Iohanni defensori eunti in Yspaniam scribit dicens. Delictum persone in dampnum ecclesie converti non potest.

Si episcopum quod absit talem culpam commisisse constiterit, ut constet eum non irrationabiliter esse depositum, ea de eius depositione confirmetur. Et omnes res sue ecclesie que ablate fuerint restituantur, quia delictum persone in dampnum ecclesie non est convertendum. Si autem dicitur quia commissi officio defunctus est, abbas fidei eius qui ab illo commiste ablatas sine excusatione reddat. Item Petro subdiacono. In persona delinquentis non in facultates eius ultio proferatur.

Cognovimus quod si quis ex familia culpam fecerit, non in persona sed in eius substantia vindicatur. Quod re penitus improbamus, ut siquis culpam fecerit in persona quod dignum est vindicetur, et a communione aliquandiu abstineat. Idem. Res eorum qui ex clero dilabuntur simul cum ipsis in monasterium tradantur.

De lapsis sacerdotibus vel quolibet ex clero observare te volumus, ut in rebus eorum nulla contaminatio misceatur, sed pauperrima regulari monasteria requirere secundum omnium vite servitii in eisdem monasteriis ad penitentiam lapsos tradere, et res lapsorum in eo loco proficiant in quo agere penitentiam traduntur, quatinus ipsi ex rebus eorum subsidium habeant, qui de eorum correctione sollicitudinem gerunt. Si vero parentes habuerint, res eorum legitimis parentibus dentur. Ita autem ut eorum stipendia qui in penitentiam dati fuerint sufficienter debeant procurari. Si qui vero ex familia ecclesiastica sacerdotes vel levite vel monachi vel clerici vel quilibet alii lapsi fuerint, dari eos in penitentiam volumus. Sed res eorum ecclesiastico usui non subtrahi, ad usum tamen tantum suum accipiat unde in penitentiam subsistat, ne si nudus intus in loco quibus dati fuerint sint honerosi. Item Leo quartus Carolo regi. Inutilis sacerdos ecclesiam sua dignitate non privat.

Si fortassis quod non credimus apud nos inutilem iudicamur, ecclesie tamen canonum permittente domino presulum non mutatur, sed apostolici principatus consuetudinem nostro studio sumit ab omnibus vocatur. Item Gregorius Magno. Possessiones monasterii pro peccato abbatis episcopo tollere non licet.

Episcopo non licet possessiones tollere monasterii quamvis abbas peccaverit, sed subiciat cum potestati abbatis alterius monasterii. C. Sicut ergo delictum persone in dampnum ecclesie converti non potest, quia per eius depositionem ecclesie prefacit meliorem non deteriorem, sic pro peccato abbatis possessiones monasterii auferre non licet, quomodo delictum episcopi vertetur in dampnum ecclesie ut in detrimentum cause sue patiatur. Sed detrimentum cause pati non sic est accipiendum ut ecclesia suo iure privetur, potius quod clericis coram iudice stantibus episcopus tacebit, et per iniuria illata incitabitur supra habuit. Quod autem ecclesias de manu laicorum non abbatibus liceat accipere, omnium c. testatur auctoritas. Generali decreto ecclesie quique ecclesiarum in

Item Gelasius. Que precedentes clericis dederint subsequentes pontifices auferre non presumant.

Illud statuendum censuimus ut quecumque munificentias aut fuerint tibi de rebus ecclesie in usu, ad tempus in potestate precedentes dederint sacerdotes, ut sequentes pontifices nullatenus presumant auferre. Sed quod tamen culpe extitit, pro qualitate personarum ut regula precedentium canonum in persona habeat non in facultate districtum.

Q.VII.

Delictum persone in dampnum ecclesie non vertitur.

S. xii. q. ii. In primis

S. xiiii. q. v. Plane

S. xii. q. ii. Pre cipimus

S. xii. q. v. C. ponti

S. di. l. Studeat

S. xii. q. ii. Precipimus

episcoporum potestate consistunt. Laici autem non sine episcoporum auctoritate decimas vel ecclesias possidere possunt. Unde episcopi sive beneficio suo sive pretio ecclesias vel decimas laicis dederint, domum orationis domum negotiationis et speluncam latronum fecerunt. Unde per cessionem cathedre a cetu fidelium segregati et a Domino flagellabuntur. Unde Gregorius VII. ait.

Decime a laicis non possideantur.

S. di. xxxii. Preter; S. c. Q. i. c. vii — Decimas quas in usu pietatis concessas esse canonica auctoritas demonstrat, a laicis possideri apostolica auctoritate prohibemus. Sive enim ab episcopis vel regibus vel quibuslibet personis eas acceperint, nisi ecclesie reddiderint, sciant se sacrilegii crimen committere et eterne dampnationis periculum incurrere. Oportet autem congruentius nos decimas et primitias quas iure sacerdotum esse sancimus ab omni populo accipere quam fideles Domino percipiente offerre, iuxta illud vaticinium Malachie prophete: S. x. Q. i. et vi. c. iii — Inferte omnem decimationem in horreum meum, ut sit cibus in domo mea. Has vero decimas sub manu episcopi esse censemus, ut ille qui cunctis preest omnibus iuste S. i. Q. ii. c. Hec — distribuat, ne quicquam preter honorabili exhibeatur, nec alii scrupulosiore corde moveantur, sed fiant omnia communia. Quia inhonestum videtur alios sacerdotes vacare, alios decimis participare. Sicut enim una est fides catholica, ita necesse est ut ille que per universe loca quamvis multe sint ecclesie omnibus fideliter distribuatur. Item Ambrosius in sermone xl iiii.

Fideliter decimas dat qui omnium suorum decimam solvunt.

S. c. Q. i. Decime — Quicumque recognoverit in se quod fideliter non dedit decimas suas, modo emendet quod minus fecit. Quid est fideliter dare? nisi ut nec peius nec minus aliquando offeras de grano, de vino, de fructibus arborum, de pecoribus, de orto, de negotio, de ipsa venatione sua. Item ex concilio Rotomagensi. **Excommunicentur qui sacerdotibus decimam dare noluerint.**

Ergo causa necessitatis uenantur, quia cum uoluptatis uel delectationis uenantur, graviter reprehenduntur. ut S. di. lxxxvi. Quam — Omnes decime terre, sive de frugibus sive de pomis arborum, Domini sunt et illi sanctificantur. Sed quia multi inveniuntur decimas dare nolentes, statuimus ut secundum Domini nostri preceptum admoneantur semel et secundo et tertio, qui si non emendaverint, anathematis vinculo feriantur usque ad satisfactionem et emendationem congruam. Item ex concilio Magontiensi. **Veteri exemplo decime solvuntur.**

S. c. Q. i. Decimas — Decimas Deo et sacerdotibus Dei dandas Abraham factis, Iacob promissis insinuat, deinde omnes sancti sacerdotes commemorant. Non autem reddende a populo si aliter eam dare noluerint. Unde in eodem concilio legitur. **Decime non sunt a populo redimende.**

J. Lomb. H. i. viii. — Decimas quas populus dare non vult nisi quibuslibet muneribus ab eo redimantur, ab episcopis presbiteris non dandum ne fiat. Item Aug. **Quia decime non redduntur, in dimidio fisci accedunt.**

S. i. Q. iii. Unde — Maiores nostri ideo copiis omnibus habundabant, quia Deo decimas dabant et Cesari censum reddebant. Modo autem quia S. c. Q. i. c. ...; S. xii. Q. i. Ep. — discessit devotio Dei, accessit indictio fisci. Nolumus cum Deo partiri decimas, modo autem totum tollitur. S. x. Q. i. ...; S. i. Q. iii. Pueri — Hoc tollit fiscus quod non accipit Christus. Item Origenes. **Columba sunt dicti qui ecclesiam indisciplinatis corporibus ...**

Et hec diximus secundum simplicem intellectum. Iuxta mysticum moralem autem talia dicemus. Et primum quod de templo de quo per prophetam dixit Dominus: Domus mea domus orationis vocabitur. Ergo secundum corporalem intelligentiam carnis et secundum corporales legis festivitates et sacrificia corporalia consequentur, ita et templum dici estimabitur quod in lapidibus insensatis erat constructum. Primum quod a Salomone, deinde reparatum a Zorobabel, post Christi adventum a Romanis destructum nullam domum spem esse orationis. Qua destructa necesse erat videri quia iam non haberet domum orationis. Iam non habebant per illum equum speculationis divinitatis per ... secundum legem constituere. Hoc ergo facto omnia Christi electi immisit spiritualium actuum suorum. Et quia nunc secundum sensibilitatem eiciens vendentes et ementes de templo et mensas nummulariorum evertens cathedras vendentium columbas a correctione populi in prima mundani festivitates in nomine Domini celebrent, neque pontificibus et S. i. Q. iii. Vendentes — vendentibus vacet in loco non competenti quod nec debent emere et vendere sicut orationibus tantum vacare atque congregari qui in domo orationis. Nunc autem arbitratur templum dici ex lapidibus vivis constructum ecclesiam Christi. Sed autem in tali ecclesia non sic contemplativi spiritualiter viventes sed carnem mutantes quidem et domum orationis de lapidibus vivis constructam faciunt speluncam esse latronum actibus suis. Nec ecclesie domus orationis sit speluncam latronum. Quis enim considerat in multis ecclesiis talium Christianorum peccata qui arbitrantur questum esse pietatem, et cum deberent de euangelio vivere secundum quod iussit de eis Deus, hoc non faciunt, sed divitias et multas possessiones acquirunt. Sic ducens Scripturam, Latronum factam fuisse ecclesiam. Vel recte dicatur Christi a eos per dissipationem ecclesie fuerunt. Qui viventes in sanguine modo. d. o. i. c. r. scriptum posse talium. Ve michi quia factus sum sicut qui colligit stipulam in messe et sicut racemum in vindemia, cum non sit botrus ad manducandum primogenita. Ve michi, anima, quia periit timoratus a terra et qui corrigat in hominibus non est. Et cum tales exiis ibi in dicente talia et lugente peccata mea.

Aspice 7 illu q in eciam glo scribit. Cu uidiss
ierlm fleuit sup illa 7 dix. Quia si cogno uiss
7 tu. 7 tiam ronabilr fleuit sr ierlm. Ratioabil
ni fleu sr ecclam edificata q o u eet dom
oronis facta aut ppt turpia ui e spelunca. L.
Et arbitror conuenire ubu deuin dicoib9
colubar eis qui uendunt eccas auaris 7 tiran
nicis. 7 indiscreplinatis 7 in religiosis epis
a pbris. ppque 7 cathedras tunc appellau
euglista abibu eu sas ee. Et uitam auoirct
hec cu dicitur amonitioe scpte. qui glat
de cathedris moysi. in quib9 sedet. 7 uino de
os cathedras colubar 7 tedunt eas talib9
poitis a quos recte dr a dno p ieremia pphia.
pncipes mei me n cognouer. Filii s insipi
entes 7 n sapientes. Sapientes s ad malefa
ciendu. bn aut face nescierunt. C. Cum
g eccle oblatioes eor n9 sistat n in potestate
epor pat p fecto q n s ab alio recipiente qua
de manu eor. Vn in aurelian si9 statutu e:

Oms basilice ad eum ptinet epm in cuius
Os basilice territorio posite sunt.
q p diusa loca 9 structe s. t cotidie 9 struunt.
in epi potestate 9 sistant. in cuius tritorio
poite s. It calixt pp. Archidiaconi archipbri
poiti t decani n offitia n bnficia eccastica sin assensu
Nullus omino archidiacon. a arcipbr. siue p
poit. t decan animar cura t pbenda ecce si
ne iudicio t9 sn su epi alicui tribuat. imo
sic scis canonib9 9 stitutu e: aiar cura 7 pe
cuniar eccar dispnsatio i epi iudicio 7 po
testate pmaneat. Siquis uo 9 h face a potesta
te q i epm ptinet s un dicare psupsit. ab eccle
liminib9 arceat. It gg vii in generali sinodo
residens. d. De manu laici epat ut abbatia su
Siquis deinceps epatu t abbatia de scipi n dbr.
manu alic laice psone susceperit nullate
n int epos t abbs habeatur n ulla ei ut epo seu
abbi. audientia 9 cedat. insup g ram bti
petri 7 introitu eccle interdicim. qo locu que sub
ambitione tam obedientiæ qua ambitiois exq
scel idolatrie ce p resipiscendo n deseruit. Similr
7 de inferiorib9 eccasticis dignitatib9 9 sti
tuim. It. Siquis imparator. regu duca.
marchionu. comitu. t quib9 scelariu pote
statu. a psonar inuestitura epatuu. t alic
eccastice dignitatis dare psupsit. eid e sniæ
uinculo se obstrictu ee sciat. Idem.

Excomunicoi subiaceant nec inuesti
ture sentiat fructum qui de manu laici
Quia inuestitura 9 eccliam susceperit.
scor patrum auctoritate a laicis in multis
partib9 cognouim fieri 7 ex eo plimas p
turbatioes in eccia immo ruina scere reli
gionis oriri. Ex quib9 xpiane cu sit re
religio 9 turbat. decnim ut nullus clicor
inuestituras epat t abbatie t eccle de manu
impatoris t regis t alicui laice psone t
femine suscipiat. Q si psupsit recognosca
inuestitura illa aplica auctoritate irri
ta ee. 7 se usq ad digna satisfactioe excoi
coi subiacere. Idem. Qui p laicos eccas
optinet. 7 q ei mani iponit. coione priuet.
Constitutioes scor canonu seqntes statu
mi ut quicunq clicor abbachora inuesti
tura eccle t eccastice dignitatis de manu
laici accepit. 7 qui ei manu inposuit g
d sui piculo subiaceat. 7 coione puetur. Id.
Nullus laicor eccas t eccar De eodem.
bona occupet t disponat. Qui u secus egit
iuxta bti alexandri capitulu ab eccle li
minib9 arceatur. Item. De eodem.
Sicut dni uestimentu scissum n e. sed de sorte
tis fuit. ita nec eccia scindi debet. qui a iuncta
tota 9 sistit. In potestate g pprii epi eccle
reducantur 7 ab ipo sic in sacris canonib9
cautu e ordinentur. Alioquin 7 eccie ip
7 clici eor d diuinis destituant officiis.
It ex canone aplorum. De eodem.
Siquis eps scelarib9 potestatib9 usus eccia p ipos
optineat. deponat 7 segetur omsq qui illi
coicant. It ex cronica anastasii. De eodem.
Sane tela omnenses epi. ob metum imparoris
anastasii. timotheo constantinopolita
no epo 9 sensert. qui conciliu calcedonse a
nathematizauit. xl u epi illirici 7 grece
9 uenientes i unu p p fessioe in scptis facta
a ppo metpolitano discesserut ab eo. Et roma
mittentes romano epo coicare i scptis pfessis.
Et paulo p. Cu dioscor tumor maris in
poitioe accepisset recepit mitti uoine pp9
dicentes q a lege contra canoes scor apl n e fact
eps 7 ideo n recipiet. pncipes n rom g ante eu.
It pascal pp. Excomunicet qui p laicos eccas
optinet.
Siqs clic a abbs. t monach p laicos
eccas optinuit s scor ap. c. 7 antiocem

capitulum concilii, excommunicationi subiaceat. Item alexander II. Nullus clericus per laicos ecclesiam optineat.

Per laicos nullo modo quilibet clericus aut presbiter optineat ecclesiam. nec gratis nec precio. nullus habitum monachi suscipiat. spem aut promissionem habens ut abbas fiat. nullus presbiter duas ecclesias habeat. Item in concilio calcedonensi. Singuli episcopi suos in quibusdam ecclesiis habent yconomos.

Quoniam in quibusdam ecclesiis ut rumore conperimus preter yconomos episcopi facultates ecclesie tractant. placuit autem omnem ecclesiam habentem episcopum habere yconomum de clero proprio qui dispenset res ecclesiasticas secundum sententiam proprii episcopi. ita ut ecclesie dispensatio preter testimonium non sit et ex hoc dispergantur ecclesiastice facultates et sacerdotio maledictionis derogatio proveniat. quod si hoc minime fecerit divinis constitutionibus subiacebit. Item ex concilio hispalensi. cui interfuit ysidorus.

Laici non sunt constituendi yconomi

Nona actione diximus quosdam ex nostris collegis contra mores ecclesiasticos laicos habere in rebus divinis constitutos economos. proinde pariter tractantes elegimus ut unusquisque nostrum secundum calcedonensium patrum decreta. ex proprio clero economum sibi constituat. Indecorum est enim laicum vicarium episcopi esse. et seculares in ecclesiasticos iudicare. In uno enim eodemque officio non decet dispar esse professio. quod etiam in lege divina prohibet dicente moyse. Non arabis in bove et asino. id est homines diverse professionis in uno officio. simul non sociabis. Unde oportet nos et divinis libris et sanctorum patrum obedire preceptis: constituentes ut qui in administrationibus pontificibus sociantur. nec professione discrepent nec habitu. Nam cohercere convenit quos quibus et studia et votas diversa. Si quis autem episcopus post hoc ecclesiasticam rem aut laicali procuratione administrandam elegerit. a sinedsitnomo economum gubernandam non ex clericis elegerit. ut contemptor canonum et fraudator ecclesiasticarum rerum. non solum a Christo deo iudicabitur reus. sed et concilio manebit obnoxius. Item in synodo simachi pape. Laurentius mediolanensis episcopus dixit. Non habet laicus in ecclesia

Non placuit aliquid statuendi facultatem. laicum statuendi in ecclesia habere aliquam potestatem cui subsequendi manet necessitas non auctoritas imperandi. Item in eodem. Eulalius episcopus ecclesie syracusane dixit. Ecclesiasticas dignitates laici

Laicis quamvis religiosis nulla de ecclesiasticis dignitatibus aliquid disponendi legitur attributa facultas. Item calixtus papa. Laicus sacrilegus est habendus qui dispositionem vel dominationem rerum ecclesiarum usurpat.

Si quis principum vel aliorum laicorum dispositionem seu dominationem rerum vel possessionem ecclesiasticarum sibi vindicaverit. ut sacrilegus iudicetur. Item gelasius senatori episcopo. In ecclesia quam quisque bedi

Pie mentis amplectenda fieri nobis precepit undique devotionem. quasi emulus nobis. Terentius vir venerabilis se fundasse proponit ecclesiam. quam in honore sancti viti confessoris cupit consecrari. hanc ergo frater karissime si ad diocesim pertinere non ambigis ex more convenit dedicari. collata prius donatione sollempni. quam ministris ecclesie destinasse prefatum munificus testatur oblator. Sciturus sine dubio preter processionis aditum. quem omni christiano debetur. nichil ibidem se proprius habiturus. Item.

Frugentius vir nobis suggessit. De eodem. petitoria in fundatione iuris sui que sextiliani vocatur: basilicam se sanctorum michaelis archangeli et marci confessoris pro sua devotione fundasse. Et ideo frater karissime si ad tuam pertinet parrochiam supramemoratam basilicam sollempniter consecratione dedicabis. Nichil ibi tamen sibi fundator ex hac basilica noverit vindicandum. nisi processionis aditum quem christianis omnibus in commune debetur. Item clerus. de eodem.

Ecclesias pro gratia et utilitate facere loca que divinis preces sacri oportet et non a quoquam gravari. Item leo IIII. carolo regi. Laici presbiteros de ecclesia

Contra sanctorum patrum censuras non eiciant. videtur extitisse si seculares vel laici presbiteros ab ecclesiis in quibus tempore ordinationis eorum ordinati vel introducti fuerint videntur expellere. § Si vero fundatores ecclesiarum ad inopiam mergere ceperint ab eisdem ecclesiis temporale vite suffragia percipiant. unde in concilio toletano legitur. Fundatores ecclesiarum si inopes esse ceperint ab eisdem alimenta

Quicumque fidelium propria accipiant. devotione de facultatibus suis aliquid ecclesie contulerint si forte ipsi aut filii eorum redacti fuerint ad inopiam ab eadem ecclesia suffragium vite pro tempore usu percipiant. § Sic ergo ecclesiasticas facultates potestatem dispensandi non habent in tantum ut omnes res ecclesiasticas quibus libet a negotiandum committere vel alius auferre vale.

Quod sit officium patronorum.

Hinc autem distinguendum est: Quod uel ius fundatores ecclesiarum in eis habeant, uel quod non habent. Ius presentandi et consulendi et sacerdotem inueniendi. Sed non habent ius uendendi uel donandi uel utendi tamquam propriis. Unde in canonibus inuenitur: Heres eius qui ecclesiam construxit quamque sollicitudinem pro ea gerere debet. Filiis uel nepotibus ac honestioribus propinquis eius qui construxit uel ditauit ecclesiam, licitum sit hanc habere sollertiam, ut si sacerdotem aliquid ex collatis rebus defraudare preuiderint, aut honesta conuentione conpescant, aut episcopo uel iudici corrigenda denuntient. Item ex concilio Cabilonensi. Absque episcoporum consensu laici presbiteros de ecclesia non eiciant. Inuentum est quod multi arbitrii sui temeritate, quod est grauius, ducti cupiditate, presbiteris quibuslibet absque consensu episcoporum suorum dant uel auferunt ecclesiam. Unde oportet ut canonica regula seruata, nullus absque consensu episcopi sui cuilibet presbitero ecclesiam det; quam si iuste acceperit, hanc non nisi grauem culpam coram episcopo canonice sentiens ueritate amittat. Ipsis tamen heredibus in eisdem rebus non liceat quasi propriis potestatem preferre. Item ex Tol. IIII. Fundatores ecclesiarum ordinandos in ea episcopo offerant. Decernimus ut quamdiu fundatores ecclesiarum in hac uita superstites fuerint, pro eisdem locis curam habeant sollicitam, atque rectores idoneos in eisdem basilicis iidem ipsi offerant episcopo ordinandos. Quod si spretis eisdem fundatoribus rectores preferre presumpserit episcopus, et ordinationem suam irritam nouerit et ad uerecundiam sui alios in eorum loco, quos iidem ipsi fundatores condignos elegerint, ordinari. Item ex Romana synodo. A domino constructoris oratorii monasterium uel oratorium non est auferendum. Monasterium uel oratorium canonice constructum a dominio constructoris inuito non auferatur, liceatque illi presbitero cui uoluerit pro sacro officio illius diocesis cum consensu episcopi, ne malus existat, commendare. Item Gregorius papa. Ratio non patitur ut monasterium detur alicui contra uoluntatem fundatorum. Omnis ordo non patitur ut monasterium contra uoluntatem fundatorum ab eorum dispositione ad arbitrium suum quis debeat uindicare. Prouidentia tamen et ammonitione episcopi a fundatoribus ecclesie honorari debet. Item Gregorius. Episcoporum prouidentia a fundatoribus ecclesie honoretur. Considerandum est quantum sub prouidentia et ammonitione episcopi ipsi eorum heredes eas uoluerint tenere et honorare faci-

ant. Si autem hoc dixerint, in episcopi potestate maneat utrum eos consistere permittat, aut reliquias tamen auferre ualeat. Item ex Tiburiensi. Reliquie auferantur ecclesiarum si presbiteri heredes contendunt. Si presbiteri heredes contendunt de eis, de eodem ecclesia auferri iubeat episcopus reliquias sacras et ecclesiam claudi donec eodem consensu suo et filio episcopi statuant ubi presbiterum et unum uiuat. Ut ergo ex his auctoritatibus colligitur, decima multa laicorum ecclesie non sunt recipiende nisi cum consensu episcoporum, iuxta illud Magontiensis. Non liceat laicis presbiteros de ecclesia eicere. Laici presbiteros de ecclesia non eiciant neque in eis statuant sine consensu suorum episcoporum. Item ex Cabilonensi. Aspice retro in II. quest. In iudicatione. Sic ergo auctoritate Ieronimi decimas a laicis male possessas episcopo consentiente uel monachis de manu laicorum recipere et ecclesias perpetua stabilitate tenere. Sic et ecclesias a laicis male detentas cum consensu episcoporum uel monachis ad ordinandum accipere et eis in perpetuum prouidere. Unde Urbanus secundus. Sine uoluntate episcoporum decimas uel ecclesias a laicis monachi non suscipiant. Decimas et ecclesias a laicis monachi non suscipiant absque consensu et uoluntate episcoporum. Quod si aut presumptum fuerit, canonice ultionem subiaceant. Ex decreto Siluerii pape. Nulli liceat in perpetuum ius conuertere monasterii alii, tamen ad ordinandum ualet illud tradere. Neminem regum aut cuiquam hominum in perpetuum liceat monasterium tradere nisi a alteri monasterio uel commutare nisi cum alio monasterio uel quocumque commodo uni, et quod si factum fuerit non ualebit. Sed propter meliorandum monasterium in perpetuum reformet statum. Ex decreto Bonifatii. Episcopi et fratrum consilio monasterium ad meliorandum. Si quis uult alii supponere quicquam non prohibetur. Si quis monasterium suum ad meliorandum in alium locum ponere, fiat cum consilio episcopi et fratrum suorum, et dimittat presbiterum in priori loco ad ministerium ecclesie. Ex Tol.

Si quis in cognitum monasterium ingredi uoluerit, ante tentamentum monachi habitum non preferatur, et si infra tres annos a suis aliubi uel colonus querat, a domino suo reddatur ei cum omnibus que attulit, sic tamen accepta de impunitate. Si autem infra tentamentum non fuerit requisitus, postea

Ordinationem ecclesiarum sine uoluntate fundatorum irritam esse.

quū ñ p̄ ñ sit tā longe q̄ inueniri ñ pssit.
ex concilio magontiensi. Restituantur hereditates
res eorum qui ab episcopis uel abbatibus decepti comam
Constituit sane deposuerunt.
sancta ista conuentio. ut episcopi seu abbates. qui in
infinitu animarum. sed in auaritia et spe lu
cri inhiantes. quoslibet homines causa ue
niendi totonderunt. et res eorum tali persuasione
subripuerunt penitentie canonice. et ipo
te turpis lucri sectatores subiaceant. Hu
iusmodi quippe qui illecti comam deposuerunt. in eo quod
ceperunt perseuerare cogantur. Res uero eorum heredi
dibus reddantur. Ex eodem. Si inuolunta
te fratrum aliquem de suis propinquis abbas sibi sub
Congregatio debet eligere substituere non ualet.
si abbatem abbatis sui post mortem. uel eo uiuente
si propter discesserit uel peccauerit. Episcopus enim non debet
abbatem nolentem retinere in locum suum. Ipse
autem non potest aliquem ordinare de suis propinquis
uel amicis sine uoluntate fratrum.

Urbanus. ii. Animarum prohibemus et modis omnibus re
mouemus ne laici in ecclesiis dei aliquam ha
beant potestatem. Si que uero traditiones ab
eis facte fuerint sanctimus et confirmamus.

IN Septima x. causa de sacerdotibus agitur qui in
firmitate grauati. sancte religionis propositum
appetunt. ecclesie et beneficio renuntiant
cum conualuerint se futuros monachos negant.
ecclesiam et beneficium reposcunt. Primum itaque de
uotiuitatibus agitur an liceat a uoto recedere uel non.
et an ex uoto solo cordis teneatur. quum mona
sterio aut abbati se non tradidit nec promissionem
scripsit et quo spatio anni susceptionem habitu sit
probandi nouitii uel cognita. Agitur etiam de his qui
monasterium se reddiderunt an liceat eis preter licen
tiam abbatis redire ad propriam. uel si sine licentia de
monasterio discesserit. utrum sint eis reddenda
que monasteriis obtulerant uel non. ubi etiam. o. q. qui
cumque aliquid de rebus ecclesie alienare tempta
uerit sacrilegium facit. et honoris sui amissione
mulctandus est. Ibidem etiam. o. quot modis sacrilegium fiat.
et quod duplex est pena sacrilegii sicut inueniri sui ip
sonam committant. excommunicationis uidelicet pecunie
et pecuniaria pena est persoluenda ad quos qui rimo
nia sacrilegii pertinent. et que capelle habent circum
tia xxx passuum et que non. et quod sacrilegii ad instar

VIDAM PRESBITER

nis firmitate grauatus se fieri uelle monachum
dixit. Ecclesie et beneficio in manu aduocati
renuntiauit. postquam conualuit. mox se
futurum monachum negauit. ecclesiam et beneficium
reposcit. Hic primum queritur. utrum reus uoto
teneatur. an liceat ei a proposito sui cordis disce
dere. Secundo an ecclesia et beneficium ei reddenda
sint. que propria uoluntate refutauit.
Tertio si coniugium eius se et sua monasterio tradi
disse. an licentia abbatis liceret ei ad propria re
dire. Quarto si sine licentia abbatis recessit abi
erit. an sua sibi ab abbate reddenda sint. Quod a uo
to discedere non liceat multis auctoritatibus pro
batur. Ait enim propheta. Vouete et reddite domino deo uestro.
Item aug. Que deo uouentur necessario redduntur.
Sunt quedam. que et non uouentes debemus quedam et
que nisi uouerimus. non debemus. Sed postquam ea deo pro
mittimus. necessario constringimur. Item ieronimus.
Vouentibus non solum inutile sed etiam uelle damnabile est.
Item gregorius in registro. Dignus est supplicio
qui se ipsum deo subtrahit a uoto resiliens
Animas et pecunias deo

S. p. i. di. lxxviii. Cap. penult.
... xviii. Abbas

Q. I

S. p. i. di. xxvii. Ieronimus.
Si suprascriptum ... iii.
S. p. i. di. xxvi. Cap. ult.
... C. Q. iii. ...
... xxvii. Q. i. Nuptie
S. vii. Q. i. Sem...
... xxii. Q. ... ult.

S. xxi. C. ii.

uouerat, quas per diaboli uinculum persuasione sub
traxit, si quam morte mulctatur es reus. Sin quam uel
le mortis periculo dignus fuit, qui eos nu
mos quos dederat abstulit, considera quanto
periculo dumodo dignus eris, qui non nu
mos set temetipsum omnipotenti deo cui sub mo
nachico habitu deuoueras subtraxisti. Item
super ezechielem. Ante dei oculos cadunt qui bona que ceperunt
Qui bona agunt si meliora agere recusant.
agere deliberant, et post deliberata non faciunt, licet
in bonis operibus perseuerent, in conspectu
tamen dei ceciderunt ex deliberatione. Hic sunt qui
cuncta relinquere, et omnipotenti deo sub dicione se
freno castitatis se restringere deliberant.
Sicut per castitatem alios cecidisse conspi
ciunt se reddendo minime perduxerunt. Si
ergo pro uoto quisque necessario cogitur soluere
quod uouit, sicut in uouentibus non solum nubere, set
et uelle dampnabile est. Patet quod sacerdos iste ad
executionem sui uoti cogendus est. Et non solum
non fieri, set et uelle monachum non fieri dap
nabile est, quod autem uouentes sint, isti comprobant
cum sit patet ex uerbis augustini dicentis.
Dixi confitebor et cetera. Magna pietas dei:
ut ad solam promissionem peccata dimittat, non
dum enim pronuntiat ore, et tamen deus iam audit in
corde. Uotum enim pro ope reputatur.
Sicut ergo propheta in tu uouentes reputat quod ad.
Ego confitebor. Sic et iste intentiosus computandus est, quod ad fiam monachus. His itaque decet.
Aliud est propositum corde concipere, et ore nunti
are. Aliud est subsequenti obligatione se reu
uoti facere. Quia ergo iste propositum sui cordis ore
simpliciter enuntiauit: Non autem monasterio
aut abbati se tradidit, non promissionem scripsit
nequaquam reus uoti habetur. Unde alexander. II.
Non cogitur aliquis in monasterio manere
nisi professionem fecerit in manu abbatis.
Cosaldus presbiter quondam in infirmitate feruo
re passionis pressus, monachum se fieri promi
sit non tamen monasterio aut abbati se tradidit, nec promis
sionem scripsit, set beneficium ecclesie in aduocatum
manu refutauit. Ad pristina conualuit
mox monachum se fieri negauit. Quapropter
et beati benedicti regula, et precipue patris et prede
cessoris nostri sancti gregorii pape, institutio. c. in tali
Monachum ante unius anni probationem efficia
uidicamus et auctoritate apostolica precipimus
ut presbiter predictus beneficium et altaria recipiat
habeat, et quiete retineat. Item aug. ad
bonifatium comitem. Uxor post propositum
continentie ducta dimitti non debet.
Nos nouimus, nos testes sumus, quod omnes actus
publicos quibus occupatus eras relinquere
recipiebas, et te in otium sanctum conferre
atque in ea uita uiuere in qua serui dei monachi uiuunt. Cum ergo te esse in hoc proposito gau
deremus: Nauigasti, uxorem duxisti. Si
coniugem non habes, diceretur tibi quod et nobis
diximus: ut in castitate continentissime uiueres.
Sit ut te instaremus non exortor, coniux
est impedimento sine cuius consensu tibi
uiuere non licet. Quia et si tu eam post illa uerba
bamentis ducere non debueras. illa tamen
cbil eorum sciens innocenter et simpliciter
nupsit. Ecce iste corde conceperat se
monachum fieri, et ore pronuntiauit se uelle
in otium sanctum conferre, non tamen postea coac
tus est suscipere quod corde conceperat et ore pronuntiauit.
auctoritas illa alexandri secuta institutionem beati
gregorii et beati benedicti probandis annum indulget.
sed notis. Incognitis triennium concedit. Unde in concilio tol.
Ante probationem triennii nullus in monasterio suscipiatur.
Siquis incognitus monasterium ingredi uoluit, ante triennium
monachi habitus non prebeatur. Et si infra iii. annos aut
seruus aut libertus uel colonus queratur a domino suo, reddatur ei cum omnibus
que attulit, fide tamen accepta de impunitate. Si autem est frater
non non fuit requisitus, pagenensis non sit tam longe quod inueniri
non possit. Ex toledo. Quod autem queritur an post traditionem sit ei fas
cum licentia abbatis ad patria redire, facile monstratur non posse fieri.
Ipsum enim redire criminosum est. Qui autem manifesto sa
canonum definit obuiare, cum peccato censetur. hic autem non solum non obuiat
sed permittendo fautor existit. Non ergo licet abbati dare
licentiam alicui retro abeundi. Nec illi itaque licet re
trorsum abire, quia ex quo semel se abbati subiecit, absque eius
permissione nichil agere potest. Si autem sine licentia abbatis
de monasterio discessit, queritur utrum sua sit hereditas an non.
Si possessiones uel res ecclesie traditas quolibet modo alienare
nec abbati nec alicui licet. Unde simon monachus pp. posses
siones quas unusquisque et cetera. Et item. Honore priuetur
Quicumque episcoporum. p. qui de uiis ecclesie aliquid alienare presumit.
dia conorum. obliuioni diuini et decretorum immemor
in constitutionis mittens predium ecclesie magnum
uel exiguum, uel quicquam de iure ecclesie alienare
temptauit, et donator et alienator: et uenditor
tor: honoris sui amissione multetur. Item
ambrosius in libro de penitentia. Qui reuocandum
putat quod ecclesie contulit sacrilegium crimen incurrit.
Sunt qui opes suas tumultuario motu impul
si non iudicio perpetuo uel ecclesie contulerunt, pa re
uocandas putauerunt. Quibus non prima mercede
grata est, nec secunda, quia non prima iudicium habuit

Q. II.

Q. III.

Q. IIII.

J. xviii. c. c. iii. Ex regula. Nouit.
S. vii. Q. i. Qua[illegible]
J. xxvii. Q. i. Illud et cetera.
J. xviii. Q. iii.
gg. Monasterio.

S. p. i. di. xxvii. Cap. i. et ii.
S. p. i. di. L. ii. gg. Lege qui.
S. c. Q. c. Cosald.
S. p. i. di. L. iiii. cn. Si seruus.
S. c. Q. i. gg. Qui bona.
S. p. i. di. Lxxvi.
S. p. i. di. Lxxx. iii. Error.
deni. consentire.
J. xx. iii. Anastasi. Qui pot.
S. xii. Q. ii. Simac. indig.
S. p. x. In fine prime Q. [illegible]
S. xiii. Q. ii. Sacrimiu[illegible]
J. xxxiii. Q. iii. [illegible]

et secunda sacrilegium. Sunt quos penituit opes suas divisisse pauperibus. Sic eos qui penitentiam agunt, non solum tamen oportet ne ipsius penitentie agant penitentiam. Item Gregorius Savino subdiacono. Qui sacris locis delicta retinere contendit, sacrilegium committit.

S. xx. q. ii. Similiter forgne. S. v. Similiter

Sacrilegium etenim legitur esse, si quis quod in venerabilibus locis relinquitur pro sue voluntatis studiis temptaverit contendens retinere. Item Lucius episcopus omnibus episcopis. Sacrilegi iudicantur qui

Omnes ecclesie raptores, ecclesie facultates alienant.

Omnes ecclesie raptores atque suarum facultatum alienatores a liminibus sancte matris ecclesie anathematizamus, apostolica auctoritate pellimus, dampnamus, atque sacrilegos esse iudicamus. Et non solum eos, sed et consentientes eis, quia non solum qui faciunt rei iudicantur, sed et qui facientibus consentiunt. Par enim pena et agentes et consentientes comprehendit. Item Nicholaus omnibus episcopis. Excommunicetur qui confinia ecclesie frangere temptaverit.

S. xi. Q. iii. q

Sicut antiquitus a sanctis patribus statutum (statuimus) est, maior ecclesia per circuitum xl passus habeat. Capelle vero vel minores ecclesie xxx. Qui autem confinium earum confringere temptaverit, aut personam hominis vel bona eius inde subtraxerit, nisi publice penitens fuerit, quod quoque emendet, et quod rapuit reddat ex condecet. Soluatur altario quod per inimicitiam emendatur.

Si quis in atrio ecclesie pugnam committit, ecclesie in homicidium fecerit, quia ecclesia per inimicitiam violata emendanda est, altario solvat cuius cuius fuit illa ecclesia. Item Augustinus Bonifatio. Non licet alicui hominum aliquid de ecclesia rapere.

Miror quod subito fidei murum aries rupit inimici. Nomen enim quod religione semper hic ecclesia initiatus. Quo instigante facere hominem de ecclesia rapuisti. Si timuisti fugitivus presumeret fuge auxilium, amicum presumptionem procul dubio intercessionis causam veniam promereri. Ergo si amicus intendit, cur deus offenditur? Sed et si potestate presumit, Nabuchodonosor regem intuere, qui cum sibi tribueret in bove esse ex homine mutatus, non vis confundam te hoc scribo. Frater filium karissimo neo. Ecclesie que ille fuit revoca quem in religiosissimum rapuisti. Oblatio vero donorum tue actionis ne suscipiatur interdixi. Communione etiam te interdico, donec pacta pauperibus vel errore amende fiuntur in penitentia tempore et donatio pro his facto corde contrito et humiliato, dignum officia sacerdotum

S. di. lxxvi. Ieiunium

I. xxiii. Q. v. Hinc

Item: a regno suo prefugus ... regnum ... universe domini ...

ficiunt deo. Item ex .xi. capitulariorum. Fugientem cum a ecclesia ad ecclesiam nemo audeat abstrahere.

S. p. di. lxxx. vii. Iohannes aug. Eos qui

I. xxvi. q. i. Item

Reum fugientem nemo abstrahere audeat, neque inde donare ad penam vel ad mortem, ut honor ecclesiarum conservetur. Sed rectores pacem eius et vitam in membro optinere studeant, tamen legitime componat quod inique fecit. Item Gelasius Iunctori, Constantino, Martino, Felicissimo, Sereno et Timotheo episcopis. A b ecclesie arceatur ingressu qui aliquem de ecclesia violenter rapuerit.

Frater et coepiscopus noster Epiphanius sua nobis relatione suggessit. Bonum natum et Maurum bone unitane municipes civitatis in contumeliam religionis a Chananimis et plerisque tribus consumatam presumsisse, qui fugientem a ecclesie septa curialem suum, nec illic quod diutius aut terminis sua securum esse sciverit, aut sine vite repetitione temeraria minus amittere quod nec potestatibus quando vel principibus umquam licuit petere. Ut hominem in secularis constitutum, capta sacerdotis absentia reluctantem, reclamantemque violenter abstraheret. Quos quantum sua nobis suggestione patefecit, merito indignos esse sacra communione iudicavit. Et sic tanta sacrilegii temeritas canonis constat admissum, magis auctoritas in hac parte consentit. Nec enim vere a supplicandum debere admittitur, vel admittere sacrilegium non veretur. Nullus enim inter homines tam teneri tantum minatio deputata, utrumque persona vel licet existimatur, pro sue voluntatis arbitrio vel humiliatus in vindictam et furorem. Et ideo fratres karissimi supradictos sicut manifesta reos sacrilegii constatos ab omnibus parrochiarum vestrarum ecclesiis minime preceptionis auctoritate prohibete. Ut non solum hi qui in iniuria sanctorum locorum presumsisse probantur merito consequantur pro factis sua qualitate vindictam, verum et alii certi per subreptionem ultionis istius timore revocentur. Idem Ephamio episcopo. Ecclesiarum non est dignus ingressu qui

Ad episcopos autem eos dirigimus ut sine eas violat.

vel eos qui ecclesias violasse prohibent accessu earum iudicio esse indignos. Item Pipinus. Qui ecclesiam devastat

Si quis ecclesiam vastaverit, et eius sacerdotem insequitur, sacrilegus iudicatur.

et eius predia et donaria spoliat et iniuriat, fit sacrilegus. Sicut ille qui eius sacerdotem insequitur sacrilegus iudicatur. Non quantumvis peccatum est homo quam sacrilegium. Et hic magis pecca-

I. xxxii. Q. viii.

I. xxiii. Q. iii.

tum est quod in domino committitur, quam quod in homine. Sic gravius est sacrilegium agere quam fornicari. Item Urbanus. Qua pena feriatur qui celestium usibus dedicata predia vexaverit recipit.

Attendendum est omnibus ne predia usibus secretorum celestium dicata a quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quis fecerit, post debitam ultionis admonitionemque, quia sacrilegos iure competenti est, perpetua dampnetur infamia et carceri retrudatur, aut exilio perpetue deportationis puniatur.

Item Clemens. Inde similiter probatur quod ornamenta subripere ecclesie [sacrilegium est].

Si forte quis presbiter aut diaconus sacrum ministerium vel vestitum subtractum venundederit, iure sacrilegis similis estimabitur. Qui pro cupiditate fecerit hoc opus, noverit se suppliciter iuste penam suscepturum. Item Anacletus. Quod ecclesie pe[cuniam rapiens sacrilegium facit].

Qui rapit pecuniam proximi sui iniquitatem operatur. Qui autem pecuniam vel res ecclesie abstulerit sacrilegium facit. Item ex concilio Ilerdensi.

Segregetur a loco ecclesie qui servum vel discipulum suum ad ecclesiam [fugientem inde extrahit vel flagellare presumit].

Nullus clericorum servum suum aut discipulum suum ad ecclesiam confugientem extrahere audeat vel flagellare presumat. Quod si fecerit, donec digne peniteat, a loco cuius honorem non dedit segregetur. Si quis vero clericus immunitatem ecclesie perruperit, pro dignitate officii sui talis excessus contumeliam protulit a pontifice condigna districtius vindicetur. Item ex concilio Triburiensi.

Quod a cimiteriis et porticibus ecclesie confugientem abstrahens excommunicetur.

Si quis contumax vel superbus timore Dei vel reverentiam sanctorum ecclesiarum non habuerit, et fugientem servum suum vel quem ipse persecutus fuerit de altario ecclesie vel de porticibus quolibet ecclesie adherentibus per vim abstraxerit, pro temeritate nongentos solidos componat, et ipse post penitentiam iuxta iudicium mereatur. Sacrilegium est quotiens quis sacrum violat, vel auferendo sacrum de sacro vel sacrum de non sacro vel non sacrum de sacro. Dicitur et sacrilegium committere qui in clericum violentas et impias manus iniecerit. Porro ipsum sacrilegium duplicem continet penam: pecuniariam videlicet et excommunicationis. Pecuniaria eis persolvenda est a quibus querimonia sacrilegii procedit. Unde Iohannes papa VIII sancto omnibus episcopis. Quod multiplicis generis sacrilegium perpetratur.

Quisquis inventus fuerit reus sacrilegii, episcopis vel abbatibus sive personis a quibus querimonia sacrilegii iuste pervenerit, xxx libras examinati argenti purissimi componat. Sacrilegium committit si quis infregerit ecclesiam vel xxx ecclesiasticos passus qui in circuitu ecclesie sunt vel domos que infra predictos passus fuerint, aliquid inde diripiendo vel auferendo, seu quamlibet iniuriam vel ablationem rerum intulerit clericis arma non ferentibus, id est monachis sive deo devotis omnibus, et ecclesiasticis personis. Capelle que sunt infra ambitum murorum castellorum non ponuntur in hac xxx passuum observatione. Sacrilegium similiter committitur auferendo sacrum de sacro vel non sacrum de sacro sive sacrum de non sacro. Idem. Si quis domum Dei violaverit aliqua sine licentia illi cui commissa esse dignoscitur, inde abstulerit vel ecclesiasticis personis iniuriam fecerit, donec in convenientia ammonitus legitime satisfaciat, sciat se communione esse privatum. Si vero post secundam et tertiam conventionem coram episcopo satisfacere detrectaverit, sacrilegii periculo ab omnibus obnoxius teneatur, ita ut nec Christianum nemini fidelium misceatur. Item Io. Hii qui monasteria et loca deo dicata et ecclesias infringunt et deposita vel alia quelibet exinde abstrahunt, dampnum novies componant et communicatione priventur, et velut sacrilegi canonice sententie subiugantur.

Item Alexander II. Nisi canonice iudicatum episcopum qui comprehendit [vel percussit] laicus excommunicetur.

Si quis deinceps procerum a cuiuscumque dignitatis vel cuiuscumque ordinis laicorum episcopum comprehenderit vel percusserit aut a sua propria sede expulerit, nisi forte iudicatum canonice, auctores et cooperatores tanti sceleris anathematizentur, et bona ecclesie eorum ipsi [illegible] reddant. Si vero in presbiterum vel in quemcumque inferiorum graduum clericum hoc captum presumpserit, canonice penitentie atque depositioni subiaceat. Si contumax fuerit, excommunicetur. Item Nich. pp. Tedaldo archiepiscopo Mediolanensi.

Flagellatores presbiterorum post admonitionem, si non resipuerint, excommunicentur.

De presbiterorum flagellatoribus et occisoribus predonibus, scilicet qui seculari brachio minime coherceantur, iuxta preceptum domini plagis vel supplicio superno amore conveniantur, ii ac iii. Quod si nec audierint, convenientem ecclesia eos sacerdotali excommunicatione privare atque sic in sua obstinatione permanentes, sacerdotalia monita forte contempserint, ab ecclesie compage sub anathematis interdictione resecare licentiam tribuimus. Omnes vero resipiscentes, tamen digna satisfactione premissa, in gremio sancte matris ecclesie revocari noveris posse. Item ex [concilio] v. capitularum.

Pro gradu uniuscuiusque uarietate multetur qui clericos occidit.

Qui subdiaconum occidit, ccc. sol. conponat; qui diaconum, cccc.; qui presbiterum, sexcentos; qui episcopum, dcccc.; qui monachum, cccc. Item ex eod. c. vi. Qui occidit monachum aut clericum, arma relinquat et Deo in monasterio seruiat cunctis diebus uitae suae, numquam ad seculum reuersurus, et vii. annos publicam penitentiam gerat.

Item Innocentius papa II. De eodem.

Si quis suadente diabolo huius sacrilegii reatum incurrerit, quod in clericum uel monachum uiolentas manus iniecerit, anathematis uinculo subiaceat, et nullus episcoporum illum presumat absoluere, nisi mortis urgente periculo, donec apostolico conspectui presentetur, et eius mandatum suscipiat.

Qui autem de ecclesia uel aliquem exemerit, uel in ipsa ecclesia locoque et cultu sacerdotibus et ministris aliquid iniuriae inportauerit, ad instar publici criminis et lesae maiestatis accusabitur. Et conuictus siue confessus capitali sententia a rectoribus prouinciae ferietur. Hec in primo l. cod. leg. t. de episcopis et clericis lege.

Si quis in hoc genus sacrilegii proruperit, ut in dig. t. ad legem Iul. peculatus repetundarum l. ult. Committunt sacrilegium qui diuinae legis sanctitatem aut nesciendo conmittunt aut negligendo uiolant et offendunt. Et qui de principali iudicio disputant dubitantes an his dignus sit quem princeps elegerit, uel qui intra prouinciam in qua prouinciales et ciues habent officium gerere ac suscipere administrationis decidant. Et in l. vii cod. t. de crimine sacrilegii. Similiter de iudicio summi pontificis alicui disputare non licet. Vnde Nicholaus omnibus. Nemini est permissum Romanam ecclesiam iudicare uel eius iudicium fuerit retractare.

Nemini est de sede apostolica, cuius iudicio iudicare aut illius sententiam retractare permissum, uidelicet propter Romanae ecclesiae primatum Christi munere in beato Petro apostolo diuinitus collatum.

Sacrilegii quoque reatum incurrit qui iudicis post officia committit it. Vnde Theod. l. iiii. Sacrilegium faciunt quibus post officia committuntur.

Constitui senatus uel iudicis auctoritate qui ex iudicis officio post militiam appetant, qua sub hac occasione Christianis iniuriam faciunt. Ideoque iudices prouinciarum cum sacerdotibus eorum subreptiones fraudulentas reuelatas respondeant, et officia post eos agentium permittant. Si quis autem hoc permiserit, uelut sacrilegium ex communione proferat. Et is qui subrepserit per secundi cetibus deputetur.

Verumtamen reuerentia religionis dominos suos non fraudaret, si famuli ad ecclesie septa confugientes inde nequaquam abstrahantur. Sacris canonibus est constitutum ut prestito a domino sacramento inpunitatis eis reddantur inuiti. Vnde Gelasius papa scribit Bonifacio episcopo. Post prestitam securitatem seruus restituatur domino suo qui ad ecclesiam confugit.

Metuentes dominos famuli, si ecclesiae septa confugerint, intercessionem debent querere, non latebras, ne hec ipsa presumptio tarditatis temeritatem augeat reatum criminis. Filius et enim noster uir spectabilis Petrus queritur famulum suum in ecclesia sancti Clementis diutius commoratum, cui deputatis sacramenta prestari, uel qui egredi in tali ratione uoluisse. Et ideo dilectio tua sub presentia honoratorum decet cum eo quem elegeris esse mittendum. Cum de inpunitate eius sacramenta prebuerit, eum statim facies a domino suo modis omnibus remeare. Quia si in hac pertinacia forte extiterit, post sacramenta super presentium reddatur inuitus.

Idem Iohanni episcopo Viuonensi. Securitate accepta ad ecclesiam reddenda fugitiui ab ecclesia redire cogantur.

Vxor Felicis et filie Romanam qua sic optauit pueriler. Si quid hunc episcopum primitus se a barbarorum basilicam confugiens fecerint se quibus de causis habere iactantes. Ergo hi sub hac conditione perpetuum uel si actus suos fideliter et rationabiliter allegant, nichil contra eum preter aspicium fictionis patientur. Alioquin si contra fidem uoluntatem dominii suam uenisse probatur, ipsis minime imputetur atque ordinationis contrarie subiacent quia supplicante filio nostro uiro spectabili Or... ...do: sicut a singulis conuincitur, uos arguere non potestis. Et uera esse que huic obiecerimus, uoce per ipsa fatentur, ideo quod tenetur custodia mancipatur.

Item Siracusano, Constantino et Laurentio episcopis. Mancipium in libertate sua cum ex christiano iudei sigillum circumcisionis inpresserit, alioquin ab ecclesia suo domino reddatur inuitus.

Iudas qui iudaice professionis existit, mancipium unius suum quem ante paucos annos se asserit conparasse, nunc ad ecclesiam uenerabilem Nazareni confugisse sic petitorii tenor annexus ostendit, eo quod dicatur ab infantia Christiano mancipato domino sigillum circumcisionis inflixisse. Ideoque fraternitas uestra diligenter inter utrumque sollicita cura rerum fidelius examinet ueritatem, et quem non religionis temeritate audaciam, nisi hac iniectione mittat, compertis uia domino declinare contendat.

Item ex conc. Tolet. xii. De atrio ecclesie quod xxx passibus clauditur.

Diffinimus sancimus uel munimus data securitate fugientem non abstrahendum, aut de fugientes in ecclesiam uel restitutionis inbatur.

Infra. Lomb. de hoi. Si q.
Infra. xxiii. Q. v. Sunt.
Infra. xxiiii. Q. iii. Si q.
Supra. xi. Q. iii. Si quis.
Infra. arr. de sen. ex.
Infra. xxv. Q. i. In
Supra. viii. Q. iii. Pater
Supra. p. i. di. l. iiii. Nullus officia.
C. x. qui ad ecclesiam confug. presentia.
Infra. p. ult. di. iiii. ...
C. Ne christianum mancipium iudeus habeat. L. i. c.
Supra. p. i. di. L. iiii. Mancipium.
B. iiii. Si q. iudeus.

Quid ergo pro quo inuenitur ... excommunicatur. A... dampnationem ... manifesta templa effregerit ... metalli coherceri ...

Mancipium iudei christianum non esse.

abstrahere. aut quodcumque nocibilitatis
vel damni seu spolii residentibus in loco
sancto inferre. Sed esse potius his temporibus quibus ecclesias
petunt. per omnia licitum intra .xxx. passus ab ecclesie
ianuis progredi. In quibus triginta passibus
uniuscuiusque ecclesie in toto circuitu reveren-
tia defendatur. Sic tamen ut hi qui ad ecclesias con-
fugiunt, in extraneis vel longe separatis ab ecclesia
domibus nullo modo abscedant. Sed intra hos xxx
passuum modum, absque domorum extranearum re-
ceptaculo progredientes aditum optinebunt.
qualiter ad requisite rei nature usui de-
bitis exeant locis et nullo teneantur cum
tali necessitudine. Quamdiu in eis se defen-
dentes continentur claustris. Si quis autem
hoc decretum violare temptaverit, et ecclesiastice ex-
communicationi subiaceat et securitatis re-
gie feriatur sententia. Ipsos autem qui ad ecclesiam
confugium fecerunt sive iuxta presulorum ca-
nonum instituta hii qui eos repetunt sa-
cramenta reddiderint, et sacerdos ipsius ecclesie a fo-
ribus non abstraxerit. aut fuga tantum sicut veni-
tur sacerdoti quem non dat. aut de ipsorum sen-
tentia secundum electionem principum huiusmodi sacerdotibus
irrogandam est. Item ex concilio aurelianensi. Quod non se

Constituimus *civitate accepta de atrio ecclesie fugitivum* observandum quod ecclesiastici canones decreverunt *invito non eiciatur extra* et lex romana constituit. ut ab ecclesie atriis vel do-
mo episcopi eos abstrahere omnino non liceat. nisi
autem consignare nisi ad evangelia datis sa-
cramentis de morte et debilitate et omni penarum
genere sint securi. ita ut ei cui reus fuerit criminosus
de satisfactione conveniat. Quod si sacramenta sua
convictus fuerit violasse, reus periurii non solum
a communione ecclesie et omnium clericorum, verum etiam catho-
licorum convivio separetur. Quod si is cui reus est nolu-
erit sub intentione facere compositionis nisi per re-
atus timore de ecclesia discesserit ab ecclesie clericis
non queratur. Servus et qui ad ecclesiam confugerit pro qualibet
culpa. si a domino pro admissa culpa sacramentum su-
sceperit statim ad servitium domini sui redire co-
gatur. Et post quam dato sacramento domino suo fuerit
consignatus si aliquid pro eadem culpa quam excusat probatur
fuerit pertulisse, pro contemptu ecclesie et prevaricatione fidei
a communione et convivio catholicorum extraneus habeatur.

Si vero servus pro culpa sua ab ecclesia defensatus sacramenta
domini clericis exigentibus de impunitate prece-
perit exire nolentem a domino liceat occupari.

Occasione namque religionis servus domi-
num suum contempnere et causam mancipationis destruere non debet. Unde in gangrensi
concilio legitur. *Religionis occasione dominum suum non audeat servus*
Si quis servum alienum occasione religionis *contempnere.*
doceat dominum suum contempnere et eius mi-
nisterium destituere, ac non potius doceat
eum suo domino bona fide et cum omni honori-
ficentia deservire, anathema sit. Item ex concilio mar-
tini pape. *Corripiantur durissime qui ob religionis*
Si quis servum alienum causa *doceat servum dominum suum contempnere,*
religionis doceat contempnere dominum suum
et recedere a servitio eius durissime ab omnibus
arguatur. Item ex concilio cartaginensi. cap. xxxi.
Preter quam si inveniet necessitas quod res ecclesie distra-
hantur.
Nullus res ecclesie distrahat. *Hec compellitur.*
Quod si reddiderit non habet et aliquando necessitas in-
minia cogit hanc causam insinuandam esse primati provin-
tie ipsius consensum. Ut cum statuto numero episcoporum
utrum faciendum sit arbitretur. Et si tanta
urgeat necessitas ecclesie ut non possit ante primatem
consulere. saltem vicinos convocet episcopos cu-
rans ad concilium omnem referre necessitatem ecclesie.
Quod si non fecerit. reus deo et sancto concilio venditor
honore amisso teneatur. Ex concilio agathensi.
Si sine licentia episcopi quicquid abbas vendiderit, irritum
ut in sequenti capitulo deducitur.
Iniuriosum omnibus quos abbates facere presumunt. hec forma servetur. ut quicquid
sine episcopi licentia vendiderint fuerit in potestate
episcopi revocetur. Mancipia vero monachis data
ab abbate manumittere non liceat. Iniustum enim
putamus ut monachis cotidianum rurale
opus facientibus servi eorum libertatis otio potiantur.

Etiam si episcopo consentiente monasterii possessio ab
abbate donata fuerit. nulli momenti est donatio.
nisi forte ecclesie fabricam exigentia donati
processerit. Quo casu tamen eam donare licet quam muri ecclesie
parietes concludunt. Unde gregorius scribit. *Nullo mo-*
do titulo res monasterii valere alicui iure delegare.
Questus est nobis presbiter monasterii monachi abbate
suum terram infra sullaciani castrum quam
quinque m. decem pedes extendatur sub pretextu
fabricande ecclesie firmitatis, et donationis ti-
tulo concessisse. Et ideo volumus quam intra parie-
tes positum. et edificare ecclesie concedere unitatem ecclesie
vindicare. Quicquid vero extra parietem ecclesie
eius esse potuerit in iure monasterii sine diffi-
cultate aliqua revocetur. Quia nec munda-
narum legum. nec sacrorum canonum statuta per-

C. et h. q. ad ec. c. l. ii.
S. di. lxxxviii. Eos

Iuramentum repetentis ad ecclesiam fugientem.

C. q. mendicat et laborat ... redderetur ... nolit ... mortem et debilitatem. Si servus in ecclesiam fugerit non tenentur clerici domino restituere.

C. et h. q. ad ec. co. l. iiii.

S. di. liiii. Si servus
Ī lomb. et epil. c. de nec
S. di. xvi. C. i.
S. xii. Q. ii. Sine exceptione
S. x. Q. ii.
Ī xxii.
S. p. i. di. l. iiii. Abbas

mittunt res monasterii ab eius iure quibus
titulo segregari. Ex appendice donationem eorum iure
contrariationem factam esse, si non aliqua dilatione
restituere. C. Sed notandum est quod, cum alii
in suos vel propinquorum usus res ecclesie convertunt,
quam perniciosam cupiditatem sacri canones u-
bique prohibent, et detestabilem ostendunt, alii vero
ex dispensatione caritatis humane in-
firmitati consulunt. Ut quidam sua illi reddant,
quorum sacro proposito manere contempnunt. Quod non tam
iure fori quam iure poli non nullos sanctorum fecisse
legimus. Beatus enim Iohannes evangelista duobus iu-
venibus, quos penituerat omnia sua pro Christo reli-
quisse et pauperibus erogasse, aurum et gemmas
reddidit, ut cuncta que non dixerant se redimere
S et obiectum: Beatus Iohannes non oblata reddidit,
que pauperibus iam erogata fuerant, sed alia recom-
pensavit, que in pauperum vel ecclesiarum facta
tibus numquam computata fuerant. Si vero hec sunt que abbas
vel episcopus aliquando habuerit que in ecclesiasticis facul-
tatibus nondum sunt annumerata, exemplo Iohannis
de illa recedentium oblata ecclesie retineat. Sequatur
et aliud exemplum quo causa que oblatas lau-
dabiliter redditas monstrentur. Augustinus in ser-
mone de vita clericorum. Non debet ecclesia su-
Q uicumque vult scripta que filio exheredato offerunt.
exheredato filio heredem facere ecclesiam, querat al-
terum qui suscipiat, non Augustinum. Immo deo pro-
pitio neminem inveniat. Quam laudabile fac-
tum sancti Aurelii Cartaginensis episcopi. Quidam cum fi-
lios non haberet nec speraret, res suas omnes, reten-
tos sibi usufructu, donavit ecclesie. Nati sunt ei filii,
reddidit episcopus non opinanti ea que ille donaverat.
In potestate habebat episcopus non reddere, sed iure fori
non iure celi. C. Ecce quod aliquando oblata vite
et laudabiliter redduntur. Verum non hoc exem-
plo recedentium sua reddenda monstrantur. Ali-
ud est enim in professione sue vite persistere, aliud
a proposito sui ordinis discedere. Si vero sanctus Aureli-
us degenti in laicali habitu oblata reddidit,
qui post oblationem filios accepit, non ideo in apo-
stasia euntibus sua reddenda sunt, quibus utili-
ter necessaria subtrahenda sunt, ut coacti redeant et ad
ordinem a quo recesserant. Sic et inimicis et
persecutoribus iubemur necessaria subministrare.
S ic ab apostolo monemur tempus redimere, vel expedi-
re orationi vacem; sic ne ecclesia scandalum pati-
atur, ne discedens inveniora perpetret, ne

in periculum monachorum, cum unum non concedendum
monasterii occasione suorum exardescat.
Laudabilius sua eis non dico reddunt,
sed auferri sinuntur quam ab illo ista
inferantur.

I N xviii causa agitur de monachis qui
tempore sue conversionis monasterio mul-
ta contulerunt, postea in episcopos promoti in
episcopatu plura acquirunt. De quibus constitu-
tum est, ut quicquid ante episcopalem ordina-
tionem vel ex legittima successione vel a-
liis alio titulo ad eos pervenerit, mona-
sterio sit potestas vindicandi. Preterea
post sue ordinationis quicquid acquisie-
runt rebus ecclesie annumerari debere, cui prefi-
ciuntur. Agitur etiam de electione et ordi-
natione abbatum, an per episcopos sint eli-
gendi et ordinandi, an a propriis fratribus
tantum sint eligendi et instituendi. Ibidem
etiam agitur de libertate et subiectione monasteriorum,
quod videlicet monasteria sint libera a gravami-
ne episcoporum vel obedientiam quam gratis reverentiam
monachi debeant episcopis quod eorum potestati
sint subditi. Ostenditur etiam ibidem quod non debe-
sunt vel cohabitare monachi et monache, nec
debent duplicia monasteria fieri, sed puel-
larum monasteria a monasterio monachorum longius
debent collocari. Que etiam religiosorum mona-
chorum administratione ac presidiis sunt guber-
nanda. Permittitur etiam episcopis visitandi et
exortandi gratia et corrigendi si quid ibi
corrigendum fuerit quotiens eis placuerit
ad monasterium accedere, ita tamen ut alicuius gravami-
ne monasterium non incurrat. Ostenditur etiam quod sum-
tum debeant episcopis monasteria et eorum ecclesie.

QUIDAM ABBAS

EST consecratus in episcopum, prius monasterio
multa contulit, postea in episcopatu plura acquisi-
vit. Cum autem fratres successorem quererent

episcopus loci secum in se recipere electionem uolebat. ut propriam abbas in monasterio ordinaretur. fratres renituntur. Queritur an monasterium possit repetere que ab episcopis acquisita. an episcopalis ecclesia possessiones uindicare que monasterio fuerunt tradita. Secundo an propter episcopum abbas sit eligendus et ordinandus. an tamen a propriis fratribus sit instituendus.

Q. I.

Prima questio terminatur in concilio habito apud Aurelianum. unde sic statutum legitur.

Quod de monacho episcopus ordinatur, que ante electionem habuit monasterio, que uero post electionem acquisiuit proprie ecclesie delinquat.

Statutum est et rationabiliter secundum sanctos patres a synodo confirmatum est. ut monachus quem canonica electio a iugo regule monastice professionis absoluit. et sacra ordinatio de monacho episcopum facit. uelud legitimus heres paternam sibi hereditatem postea iure uindicandi potestatem habeat. Sed que quidem acquisierat. uel que in usus fuerat monasterio relinquat. et abbatis sui qui fuerat secundum regulam sancti Benedicti arbitrio. Propterea enim episcopus ordinatur ad altare atque sanctificatur et titulatur secundum sanctos canones que acquirere poterit restituat.

Q. II.

C. Secundam uero questionem terminat auctoritas Toletani concilii dicens.

Abbates et alia officia per episcopos debent institui.

Hoc etiam in monasteriis uindicent sacerdotes que precepit canon. id est monachos ad conuersationem sanctam promouere. abbates aliaque officia instituere. atque extra regulam acta corrigere. Quod si aliquid in monachos canonibus interdictum presumpserit. aut usurpare quippiam de monasterii rebus temptauerit. non deerit ab eis sententia excommunicationis.

C. Item Gregorius scribit Castorio Ariminensi episcopo. Congregatio in monasterio non episcopus abbatem instituat.

Abbas in monasterio non per episcopum aut per alium quemcumque extraneorum ordinetur. neque ab episcopo missa ibi celebretur. ut nulli ecclesie subiaceat. Item Castorio episcopo. De eodem.

Abbatem cuilibet monasterio non alium sed quem dignum moribus atque actibus monastice discipline communis consensus congregatio poposcerit ordinari uolumus. Missas autem publicas per episcopos uel clericos in monasteriis omnino celebrari prohibemus. Item Pelagius Melleo subdiacono. Ille debet abbas institui quem sua congregatio et possessionis dominus ordinari poposcerit.

Abbatem in monasterio illum uolumus ordinari. quem sibi de sua congregatione et monachorum electio et possessionis domini et que magis obseruandum est ordo uite ac meritum poposcerit ordinari. Item Gregorius omnibus episcopis. De libertate monachorum.

Quam sit necessarium monasteriorum quieti prospicere etc. Et infra. Interdicimus igitur in nomine domini nostri et ex auctoritate beati Petri apostolorum principis. cuius uice huic romane ecclesie presidemus. ut nullus episcoporum aut secularium ultra presumat de redditibus uel cartis monasteriorum uel de cellis uel uillis que ad ea pertinent quocumque modo seu qualibet occasione minueret dolos uel inmissiones aliquas facere. Et infra. Defuncto uero abbate cuiuslibet congregationis non extraneus eligatur nisi de eadem congregatione quem sibi propria uoluntate concors fratrum societas elegerit. Quod si aptam inter se personam inuenire nequiuerint. sollerter sibi de aliis monasteriis eligant ordinandum. Et infra. Pariter autem custodiendum est ut inuito abbate ad ordinandum alia monasteria aut ad ordines sacros uel clericatus officium tolli ex eis monachi non debeant. Et infra. Nullus monachum sine testimonio et concessione abbatis in ecclesia aliqua teneat uel ad aliquem honorem promoueat.

Hanc igitur scriptorum nostrorum paginam omni futuro tempore ab omnibus episcopis firmam statuimus illibataque seruari. ut et sue ecclesie iura antedicti tenti sint iure competenti et monasteria ecclesiasticis conditionibus seu angariis uel quibuslibet obsequiis secularibus nullomodo subiaceant. nullis canonicis iuribus deseruiant. sed remotis uexationibus ac cunctis grauaminibus diuinum opus cum summa animi deuotione perficiant. Item Castorio episcopo Ariminensi. Missas publicas in cenobiis episcopi non celebrent ne aliquod grauamen monachis inferatur.

Luminoso abbate referente perimus in monasteriis multa a presulibus preiudicia atque grauamina monachos pertulisse cognouimus. Oportet igitur ut uite fraternitatis prouisio de futura quiete eorum salubri disponat ordinatione. quatinus permanentes in dei seruitio gratia ut suffragante mente libera perseuerent. Missas autem publicas in cenobio fieri omnino prohibemus ne in dei seruorum recessibus et eorum receptaculis

S. xvi. c. vi.

S. xviii. q. ii.

S. p. i. di. lxi. c. Nullus. Obitum uictoris.

S. i. q. i. Principalis etc.

S. p. i. di. lviii. c. Ad ecclesiasticum.

S. di. xii. De his

la popularis prebeatur occasio conuentus
quia non expedit animabus eorum. nec
audeat ibi episcopus ubi cathedram collocare.
uel qualibet potestatem exercere ~~pandeat~~ nec
aliquam ordinationem quamuis leuissimam fa
ciendi nisi ab abbate fuerit rogatus quatenus
monachi semper maneant in abbatum su
orum potestate. ut remotis uexationibus
ac cunctis grauaminibus diuinum opus cum
summa deuotione animi perficiant. Item
Gelasius papa. Baptisterium in monasterio fieri non potest.
Pridem precepimus ut de monasterio sancti mauricii.
Andree quod super mascalas est baptisterium
propter monachorum molestiam debuisset aufer
ri atque in eodem loco quo fuit fontes altare
fundari. Cuius rei perfectio hactenus est pro
tracta. Admonemus quod fraternitatem tuam nullam
iam moram post susceptas litteras nostras inserere.
Sed repleto loco ipsorum fontium altare
illic sine aliqua dilatione fundetur. quatenus
et predictis monachis opus dei secure liceat
celebrare. et nostram negligentia uestra firmitatem
tuam animus excitetur. Item ex concilio maguntino.
Cum permissione episcopi abbas locum suum potest deserere.
Abbas pro humiliatione et cum per
missione episcopi locum suum potest relinque
re. tamen eligant sibi fratres abbatem de ipsis si habuerint.
Sin autem de extraneis. C. Ecce in
toletano concilio dicitur quod sacerdotes abbates et
alia officia instituere debeant. Basilius quoque
et pelagius prohibent dicentes. abbatem a fratri
bus sue congregationis eligendum et ordinan
dum. Quomodo ergo hec tanta diuersitas in
concordiam reuocabitur? Sed sciendum est
quosdam monachos esse in contumace cer
uicis et effrenate superbie quos dum abbates
ad religionem cogere uoluerint in eorum de
iectione conspirant. et aliquem moribus suis
conuenientem preficere intendunt. Quales
erant illi qui in necem beati benedicti conspi
rasse leguntur. Pro huiusmodi ergo statutum est:
ut abbates et alia officia per sacerdotes instituantur.
Unde pelagius papa scribit opilioni defen
sori dicens. Non liceat monachis abbates pro ordinare.
Nulla potestate suo arbitrio expellere aut sine aliis
decreto nullam licentiam monachis relinque
mus pro arbitrio suo aut abbates expellere. aut sine nostro
alios ordinare quia nulla auctoritas

remanebit abbati si monachorum potesta
ti ceperit subiacere. ut decreto fidelium et studi
ose uniuscuiusque ad diuinum cultum reueren
tiam uel ad utilitates eiusdem monasterii pertinentia.
abbatis sollicitudo atque etiam potestas to
ta pertinere conuenit. debeat ad implere.
Hic constitutum est. ut clerici singulorum mo
nasteriorum sint in potestate episcoporum nec
alicui liceat extra eorum conscientiam monasteria
edificare. Unde in calcedonensi concilio legitur.
Sine consensu episcopi monasteria nullus edificet.
Quidam monachorum habitu utentes ecclesias
ferunt perturbantes. necnon et monasteria se
ipsos presumptione prauorum commendant. Pla
cuit neminem quidem aut edificare aut construere
monasteria. aut oratorii domum sine conscientia
ipsius ciuitatis episcopi. Item. Clerici in ptochiis
monasteriis aut martiriis constituti sub
potestate sint eius qui in ea ciuitate est episcopus
secundum traditionem sanctorum patrum. neque per superbiam
recedant a suo episcopo. Eos uero qui audent huiusmodi
rescindere huiusmodi institutionem quocumque
modo. uel si noluerint subiacere proprio episcopo. Si quidem
fuerint clerici personarum ordinatione sub
iaceant condempnationibus canonum. Si uero
laici aut monachi fuerint communione priuentur.
Item. Clerici qui pauperum dispositioni uel mona
steriorum uel martiriorum presunt. sub potestate singulorum
ciuitatum episcoporum secundum traditionem canonum perdurent.
neque per suam temeritatem episcopi sui moderationem
declinent. Qui autem huiusmodi dispositionem quolibet
modo subuertere ausi fuerint. et proprio suo non obedierint. si quidem clerici fuerint cano
nibus subiaceant. Si autem monachi uel laici a communione depriuati
communione suspendantur. Item ex cartaginensi iiii. Exami
netur ab episcopo religiosis feminis preponendus.
Qui religiosis feminis preponendus ab episcopo
comprobetur. C. Monasterium quoque absque episcopi
permissione nullus incipere aut fundare licet.
Unde in agathensi concilio legitur. Sine permissione episcopi nullus
Monachus monasterium monasterium presumat incipere.
nouum nisi episcopo aut permittente aut probante nullus
incipere aut fundare presumat. Item ex eodem.
Cellulas nouas aut congregationem ecclesias de eodem. ordinare.
monachorum absque episcopi notitia prohibemus in
stitui. Item ex aurelianensi. Absque abbatis sui uo
luntate uel episcopi nullus monachorum cellulam construat.
Nullus monachus congregationis monasterii construere presumat.
sed ut delicta. ambitionis et uanitatis in

S. di. lxi. Nullus
S. xvi. Q. vii. C. Vir

Item aut de mo. C. ii.
Ptochium est locus uenerabilis in quo pauperes et infirmi homines pascuntur uel curantur.
S. di. lxxxi. Ad rem
Item aut de eo. t. C. iiii. C. de epis. et c. Decernimus

pulsu cellulas construhere sine episcopi permissione uel abbatis sui uoluntate presumat.

Item sunt alii qui pro executione diuinorum officiorum quoslibet amittunt qui districtione eorum soluantur et quiete religionis perfruuntur. Vnde Vrbanus in Tiburiensi concilio. *Abbas qui cautus in regimine non fuerit a proprio episcopo et uicinis abbatibus a suo arceatur honore.*

Siquis abbas cautus in regimine humilis castus misericors discretus sobriusque non fuerit, ac diuina precepta uerbis et exemplis non ostenderit: ab episcopo in cuius territorio consistit et a uicinis abbatibus et ceteris deum timentibus a suo arceatur honore, etiam si omnis congregatio uitiis suis consentiens abbatem eum habere uoluerit. Item ex Aurelianensi concilio.

In episcoporum potestate abbates consistant.

Abbates pro humilitate religionis in episcoporum potestate consistant. Et si quid extra regulam fecerint ab episcopis corrigantur. Qui semel in anno in loco ubi episcopus elegerit accepta uocatione conueniant. Monachi autem abbatibus omni obedientia et deuotione subiaceant. Q...... uod ...... si quis ...... per contumaciam extiterit indeuotus, aut per loca aliqua uagari, aut peculiare aliquid habere presumpserit, omnia que acquisierit ab abbatibus auferantur secundum regulam monasterio profutura. Ipsi autem qui fuerint peruagati ubi inuenti fuerint cum auxilio episcopi tanquam fugaces sub custodia reuocentur. Et reum se ille abbas futurum esse cognoscat qui in huiusmodi personis non regulariter animaduerterit, uel qui monachum susceperit alienum. Item ex Aurelianensi. Monasteria uel monachorum disciplina ad eum pertineat episcopum, in cuius sunt territorio constituta. Item Pascalis papa. *Episcopalia nullus ministret abbatibus qui alicui episcopo non uult subesse.*

Abbatibus qui neque sub episcopo neque sub metropolitano neque sub primate neque sub patriarcha sunt nullus prorsus episcoporum episcopalia quelibet administret. Cum enim se nulli episcopo subesse profitentur, consequens est ut nullus eorum que sua sunt eis tanquam extraneis largiatur.

Pro huiusmodi quod statutum est ut causas et utilitates monasteriorum per episcopos disponant. Vnde Gregorius scribit Vitali defensori Sardinie. *Vtilitates monasteriorum a proprio episcopo debent institui.*

Cogimur quia monasteria siue uirorum dicuntur uel feminarum pro suo quisque libitu et diuinorum officiorum executione presbiteris quod non oportet suscipimus. Tua experientia commonemus ut nequaquam hoc usurpare deinceps accepta nostra auctoritate permittas. Sed et episcopo loci illius subeuntium moderamine degunt, curet sit causas utilitatesque disponere. Valde enim est indecens ut omisso eo alius quilibet se illorum causis admisceat. Si ille eorum unitas competentia regulari que debet moderamine disponere qui pro commissis eorum animabus compellitur rationem reddere.

Prohibuimus huiusmodi quod pluribus beatus Gregorius mulieres passim ad monasterium accedere et monachorum commatres fieri scribens Valentino abbati. *Neque commatres sibi facere neque ad feminas accedere monachum licet.*

Peruenit ad nos quod in monasterio tuo passim mulieres accedant et quod grauius est monachos tuos sibi commatres facere et ex hinc incautas cum eis communiones habere. Ne ergo hac occasione humani generis inimicus sua eos quasi calliditate decipiat: Ideo te huius precepti serie commonemus, ut neque mulieres in monasterio tuo deinceps qualibet occasione permittas accedere, neque monachos tuos sibi commatres facere. Nam si hoc de eo ad aures nostras quocumque modo peruenerit factum, scias te grauissime nouis ultioni subdendum, dum tue emendationis qualitate. Cum sine dubio corrigantur.

Non solum autem incauta familiaritas aliarum mulierum eis interdicitur, uerum etiam a sanctimonialium habitatione prohibentur. Vnde vii. synodo legitur. *Cum sanctimonialibus monachis habitare non licet.*

Diffinimus minime duplex monasterium fieri, quia scandalum et offendiculum hominibus efficitur. Si uero aliqui cum cognatis abrenuntiare et monasticam uitam sectari uoluerint, debent uiri quidem uirorum adire cenobium, femine uero mulierum ingredi monasterium. In hoc enim placatur deus. Que autem hactenus sunt dupla secundum regulam sancti patris Basilii et secundum preceptionem eius ita formentur. Non habitent in uno monasterio monachi et sanctimoniales. Adulterium enim intercipit cohabitationem. Si habeat aditum monachus ad monacham uel monacha ad monachum secreto aliquo collocutionem. Non cubet monachus in mulierum monasterio, neque cum monacha singulariter conuiuetur. Et quando necessaria uite uirorum parte a regularibus deferuntur, extra portam hec suscipiat abbatissa monasterii feminarum cum quadam uetula monacha. Porro si contigerit ut propinquam aliquam suam uidere uoluerit monachus, in presentia abbatisse hanc confabuletur per modica et paucis

S. viii. c. ult.

I lomb. d. hur. c. suis. f. Impr lo
S. vi. c. i. q. ne
S. xvii. omnis
S. di. lxi. debi

S. i. p. di. xciii. c. Nulla

J. p. ult. di. iiii. Ut nolle monachi nulli.
J. p. ult. di. iiii. Exlib. c. oxich.
S. m. Q. i. Placuit
B. iiii. ut monachi

In novell. p. ii. In nullo loco.
In aut. de sanct. e. ...

-cholas alibi habitent, ab ea discedat. Item ex registro Gregorii. **Monachi et monache in nullo simul habitent loco.**

In nullo loco monachos et monachas permittimus in uno monasterio habitare. Sed nec ea que duplicia vocantur; et si quis talem religiosis episcopus mulieres que in suo loco manere studeat, monachos autem aliud monasterium edificare cogat. Si autem plurima sunt talia monasteria, separentur, et in aliis monasteriis monache et in aliis monachi. Res habent autem quas communes secundum iura eis competentia distribuantur. Item ex concilio Agathensi. **A monasterio monachorum longius constituantur monasteria puellarum.**

Monasteria puellarum longius a monasterio monachorum aut propter insidias diaboli aut propter oblocutionem hominum collocentur. Item ex concilio Hispalensi. **Puellarum monasteria monachorum presidio et ministratione regantur.**

Vt in decima actione concilii sui communi decrevimus, ut monasteria virginum in provincia Bethaica monachorum administratione ac presidio gubernentur. Tunc enim Christo salubria dicatis virginibus providemus, quando eis patres spirituales eligimus, quorum non solum gubernaculis tueri, sed et doctrinis edificari possint. Ea tamen circa monachos cautela servata, ut remoti ab earum familiaritate nec usque ad vestibulum habeant accedendi familiaritatem permissum. Sed neque abbatem vel eum qui preficitur extra eam que preest virginibus aliquid loqui ad institutionem earum pertinens licebit, nec cum ea sola que preest frequenter eos loqui oportet, sed sub testimonio duarum vel trium sororum, ita ut rara sit accessio et brevis omnino locutio.

Prohibentur et sanctimoniales privata receptacula habere. Unde Innocentius papa II. **Sanctimonialibus receptacula seu domicilia privata habere non licet.**

S. xii. q. i. c. iii.

Perniciosam et detestabilem consuetudinem quarundam mulierum, que licet neque secundum regulam sancti Benedicti neque Basilii aut Augustini vivant, sanctimoniales tamen vulgo censeri desiderant, aboleri decernimus. Cum enim iuxta regulam degentes in cenobiis tam in ecclesia quam in refectorio atque dormitorio communiter esse debeant, proprias edificant receptacula et privata domicilia, in quibus sub hospitalitatis velamine passim hospites minus religiosos contra sacros canones et bonos mores suscipere nullatenus erubescunt. Quia igitur omnis qui male agit odit lucem, ac per hoc ipse absconditus in iustorum tabernaculo opinantur se posse latere oculos iudicis cuncta conspicientis, hoc tam inhonestum detestandumque flagitium ne ulterius fiat, modis omnibus prohibemus, et sub pena anathematis interdicimus. Simili modo prohibemus ne sanctimoniales simul cum canonicis et monachis in ecclesia in uno choro conveniant ad canendum.

Et te sunt aliqui qui sibi pergravantes salutem ipsarum animarum negligunt, quibuslibet occasionibus bona monasteriorum distrahere cupiunt. Tales erant clerici quidam Ravennatis ecclesie, qui simulata religione monasteriis cupiebant preffici, non tamen se vivere ad monachicum habitum, neque renuntiantes ecclesiastice militie. De quibus Gregorius scribit Iohanni Ravennati archiepiscopo. **Monasteria clericorum vel laicorum habitacula fieri non debere.**

Pervenit ad me quod in ecclesiis fraternitatis tue aliquibus caducum monasteriis consecrata nunc habitacula clericorum atque laicorum facta sunt. Dumque hi qui sunt in ecclesiis fingunt se religiose vivere, monasteriis preponi appetunt, et per eorum vitam monasteria destruuntur. Nemo enim potest et ecclesiasticis obsequiis et ... Et tamen fraternitas tua si hoc quibuslibet in loco factum est, emendare festinet, quia ego nullo modo patiar, ut loca sacra per clericorum habitudinem destruantur. Item de Martiniano episcopo Ravenne. — In c. pr. ... semel — S. xvi. q. i. c. ii.

Qui in sacerdotali sunt ordine constituti a monasteriis nullam habent potestatem.

Sudum ad nos multorum relatione pervenerat monasteria in Ravennatum partibus constituta omnino clericorum vestrorum dominio pergravari, ita ut occasione regiminis ea quodammodo dicere quasi in propria tempera possideant, quibus non modicum contradicentes predecessori vestro litteras in hunc modum dare debuissemus. Sed quoniam vite eius termino occupatus, ne hi bonis monasteriis remaneat, fraternitati vestre eadem nos scripsisse recolimus. Et quia comperimus in hac re ac tenus correctione cessatum esse, hec a vobis iterum per huiusmodi scripta dirigentes hortamur quatenus omni mora omnique excusatione submota, ita monasteria ipsa ab huiusmodi studeatis gravamine relevare

quoniam nullam deinceps in eis circuitionem quam sacerdotes fuerint ordine constituti. Ob alimoniam vero habent non orandi licentiam, tamen nec accedendi ad eas, nisi forte ad percipienda sacramenta, si fuerint invitati, ministraturi. Sed neque sepulturae monachi a abbatis promotione etc. Et infra.

S. xvi. q. i. Pro.
Ne pro meis libera.

Nonnulli cultius habent potestatem aliquatenus monasteria huius occasionis velamine tanta, quae prohibemus, sustinere honera compellantur. Itaque omnia vigilanti cura emendare te admonemus, ut eo moderamine fraternitas vestra non differat, ne si postea negligentes vos esse cognoverimus, non quidem fratribus iam aliter monasteriorum quieti prospicere compellamur. Nam notum vobis sit, quia tanta necessitate fratrum de congregatione subiacere non patimur.

In Lomb. de epis. etc. Siner

Item. Gratia visitandi et exortandi monasterium episcopus adire potest.

Visitandi exortandique gratia ad monasterium quotiens placuerit ab antistite civitatis accedatur. Sed si necessitatis officium ibi impleat episcopus, vel gravamen aliquod monasterium non incurrat.

Item ex concilio Aurelianensi. Frequenter episcopi monasteria visitent, et quae corrigenda sunt corrigant.
Non semel set septies in anno episcopi visitent monasteria monachorum, et si quid corrigendum fuerit corrigatur.

Cap. Pro talibus, qui animarum curam non habentes bona tamen monasteriorum in suos usus convertere cupiebant, statutum est ut monasteria cum rebus suis penitus sint libera a potestate et dominio episcoporum. Quod autem nullis canonicis iuribus dicuntur monasteria esse subiecta, non ita intelligendum est, quin ipsi episcopo aliquid nomine eulogie, vel in die dedicationis, vel in natale sanctorum, quorum nomine ipsum monasterium dedicatum est, debeat offerri. Unde Gelasius papa ait.

Non debet episcopus aliquid monasterio exigere preter oblationes.

Eleutheri, qui se dedicationis constituerit, frater et coepiscopus noster queritur quod, matre eius in casa que castellum dicitur oratorium construxisse ac dedicavisse, et in eodem monachos constituerit. Ex quibus unus est presbyter. Hoc autem tempore dedicationis inter episcopum Cardelum, cuius ipsa diocesis est, et matrem absit convenisse, ut quicquid dedicationis vel natali martirum die, quorum in eodem monasterio reliquie sunt, pro fidelium oblationibus mererentur, medietatem quidem ipsum monasterium habeat, medietas autem episcopo offerat. Contra quam conventionem mater presbyter sui sciente episcopo suo nescientibus monachis ipsis, vel presbytero qui ex eis est, venisse dicitur, et frequentes molestias generare ita ut memoratum presbyterum procedit, et missam eum facere nullo modo permittat dicens. Ut quamvis pensionis nomine aliquid statuere debeat. Hoc igitur omnia diligenter te examinare iubemus, et si aperte eiusdem ratione constiterit quia tempore quo dedicatum est ipsum monasterium conditiones ipsi fratri positae convenerint, suscitas. Extra auctoritatem precipimus nec aliquid amplius exinde ab aliquo exigatur. Si vero nihil tale constiterit, medietatem tantummodo de quo ipsi episcopo nomine eulogie offerri debeat inter ipsos monachos et presbyterum volumus diffiniri. Salvo tamen eo ut presbyter gaudium qui et monachis missas in monasterio suo sicut consuetum facere a nullo debeat ulterius prohiberi. Item Urbanus II.

Consueta sinuata episcopi monasteria exhibeant.
S. i. Q. i. C. pent.
B. viii. Epl. n.

Servitium quod monasteria a ecclesie nostre archiepiscopis Gregorius septimum usque ad hoc tempus fecerunt, et nos concedimus.

Canonica quoque iura quibus monasteria subiectane sinodales exactiones intelliguntur. Non enim cognitus est abbas sicut muturonico statuente concilio, ad sinodum ire nisi aliqua rationabilis causa existat. Set et quamvis servitutis officia vel angarie operum cuiuslibet receptiones, annue exactiones, mulctationes peccantium a quibus omnibus monasteria fiunt libera.

S. e. q. e. gg. q. fit.

Item. xviii. causa dedicacionis agitur qui religionis propositum appetunt, quibus, quia meliorem vitam sequi cupiunt, liberos ab episcopo in monasterius largiri oportet ingressus. Ostenditur ibidem quod episcopo invito clericum cum nullus debet suscipere, nisi ad propositum melioris vite transire voluerit. Liberum est enim quilibet et episcopo contradicente monasterium ingredi de canonicis quidem regularibus, ibidem agitur qui ad monasterium transire cupiunt, quibus sine pastoris sui licentia religionis vestem nullus induere permittitur. Agitur ibidem de monasteriis que episcoporum consilio seniorum sunt dedicata, utrum postea fiunt transire in clericorum vel secularium habitacula. De his etiam qui ad conversionem veniunt, quo tempore debeant tonsorari, nec non de his qui monasterium ingrediuntur, an relinquentes eis ultra testandi licentia.



ad monasterium transire volunt. Uterque licentiam ab episcopo suo petiit. Unus relicta ecclesia propria eo invito.

alter dimissa regulari canonica cenobio se contulit. Modo primum queritur, si episcopus debeat permittere, ut relicta parrochiali ecclesia clericus monasterium ingrediatur. Secundo, quia si episcopus licentiam dare noluerit, an eo inuito monasterium possit adire. Tertio, si contigit ipsos regulares canonicos fuisse, utrum concedendus esset eis monasterii ingressus. Quod episcopus clericis licentiam adeundi monasterium dare debeat, in Toletano concilio perscribitur, in quo ita statutum legitur:

Q. I

J. ca. xx. q. iiii. Cap. i.

Non debet negari ingressus clericis qui monachorum propositum appetunt.

Clerici qui monachorum propositum appetunt, quia meliorem uitam sequi cupiunt, liberos eis ab episcopo in monasteriis largiri oportet ingressus. C. Inuito uero episcopo clericum eius nullo modo esse suscipiendum, Leo episcopus testatur scribens Rustico Narbonensi episcopo.

Q. II

Inuito episcopo eius clericum nemo suscipiat.

J. xxi. q. ii. c. i.
S. di. iiii. c. i.

Alienum clericum inuito episcopo ipsius nemo suscipiat. C. Sed subaudiendum est, nisi ad propositum melioris uite transire uoluerit. Tunc enim liberum est illi, et episcopo contradicente, monasterium ingredi. Unde Urbanus papa in capitulo sancti Rufi.

Qui monachorum propositum appetit et inuito episcopo recipiendus est.

S. p. i. di. lxxi. In o. Valiena.
S. p. i. di. lxxi. Nicena. Si quis.
S. p. i. di. lxxi. Clericos.
J. xxi. q. ii. Cap. i.
J. xx. c. ult.
J. xxiii. q. i. Inuitum
S. xi. q. iii. Eu

Due sunt inquit leges: una publica, altera priuata. Publica lex est que a sanctis patribus scriptis est confirmata, ut est lex canonum, que quidem propter transgressiones est tradita. Verbi gratia: Decretum est in canonibus clericum non debere a suo episcopatu ad alium transire nisi commendaticiis litteris sui episcopi. Quod propter criminosos constitutum est, ne uidelicet infames ab aliquo episcopo suscipiantur. Solebant enim officia sua, cum non poterant in suo episcopatu, in alio celebrare. Quod uidelicet preceptis et scriptis detestatum est. Lex uero priuata est que instinctu Sancti Spiritus in corde scribitur. Sicut de quibusdam dicit Apostolus: Qui habent legem Dei scriptam in cordibus suis. Et alibi: Cum gentes que legem non habent, naturaliter que legis sunt faciunt, ipsi sibi sunt lex. Si quis horum qui priuata lege ducitur, spiritu sancto afflatus proprium quod sub episcopo retinet dimittere et in monasterio se saluare uoluerit, quoniam priuata lege ducitur, per legem publicam non tenetur. Dignior est enim priuata lex quam publica. Spiritus quidem Dei lex est, et qui spiritu Dei aguntur, lege Dei ducuntur. Et quis est qui possit spiritui sancto digne resistere? Quisquis ergo hac lege ducitur, et episcopo suo contradicente, eat liber nostra auctoritate. Iusto enim lex non est posita, sed ubi spiritus Dei, ibi libertas. Et si spiritu Dei ducimini, non estis sub lege.

S. vii. q. i. Scimus. cc.

J. xxiii. q. vi. c. iii.

C. Canonicos autem regulares ad monasterium transire multis auctoritatibus prohibetur. Unde in eodem concilio sub Gregorio VII. legitur:

Q. III.

Regulares canonici monachi fieri non debent.

Nullus abbas uel monachus canonicos regulares a proposito professionis canonice reuocare, atque ad monachicum habitum inducere presumat, ut monachi fiant. Quod si qui ordinis sui etiam immemores inuenti fuerint, in qua canonice uiuendo deuouerunt, et animam suam saluare possent, si qui temerario ausu id agere temptauerint, anathematis uinculo subdantur. Item Urbanus papa II. Andream et uniuersis sancti Michaelis canonicis. De eodem.

J. extra. Q. iii. Professus.

Mandamus ne quis canonicus regularis post professionem, nisi quod absit publice lapsus fuerit, monachus efficiatur. Quod si secus contra nostrum interdictum presumens agere temptauerit, ad ordinem canonicum perpetuo redeat, et deinceps memoriale cucullam deferat, et ultimus in choro maneat. C. Subaudiendum est: nisi cum patris sui licentia religionis propositum induerit. Unde Urbanus II. scribit abbati sancti Rufi.

Patris sui concessione regulares canonici monachi fieri possunt.

Statuimus ne professionis canonice quisquis, postquam Dei preeunte gratia super caput suum hominem imposuerit, alicuius leuitatis instinctu uel districtioris religionis obtentu ex eodem claustro audeat sine prepositi totiusque congregationis permissione discedere. Discedentem uero nullus abbatum uel episcoporum, et nullus monachorum sine communium litterarum cautione suscipiat. C. Queritur si monasteria que semel dedicata sunt possint transire in cellas clericorum uel secularium habitacula. Quod in Calcedonensi concilio omnimodis prohibetur capitulo XXIIII.

Que semel sunt dedicata semper in monasteria perseuerent.

S. extra. Si non admi. J. Lomb. de episc. c. e. ut loca. B. n. ut loca.

Que semel sunt dedicata monasteria consilio episcoporum maneant perpetuo monasteria, et res que ad ea pertinent monasteriis reseruentur, nec possint ultra fieri secularia habitacula. Qui uero permiserint hec fieri, subiaceant

bus condempnationibus, que per canones constitute sunt. Item in sinodo .vii. cap. xiii. **Qui loca sacra communia diversoria fecerit clericus deponatur laicus excommunicetur.**

S. xii. Q. ii. c. iii. et iiii. — Quoniam quibusdam iuris quidam immutabile esse domini subripuerunt, tam videlicet episcopia quam monasteria, et facta sunt communia diversoria. Si quidem voluerint hec qui retinent reddere ea, ut secundum antiquitatem restaurentur, bene erit et optime. Alioquin si de sacerdotali catalogo fuerint, hos deponi precipimus. Si vero laici vel monachi, excommunicentur, quippe condempnatos esse a patre et filio et spiritu sancto. deputentur ubi vermis eorum non morietur et ignis non extinguetur, quia dominice voci adversantur, qui dicit: Nolite facere domum patris mei domum negotiationis.

Queritur de his qui ad conversionem veniunt, quo tempore debeant tonsorari. De his ita scribit Gregorius papa Fortunato episcopo Neapolitano. **Ante quam biennium in conversione compleverit aliquis tonsorari non debet.**

S. xvii. Q. i. c. l. c. vlt. — Monasteriis omnibus fraternitas vestra districtius interdicat, ut eos quos ad conversionem susceperint, priusquam biennium in conversione compleverint, nullo modo audeant tonsorare.

S. di. liii. lege — Sed hoc spatio vita moresque eorum sollicite probentur, ne quis eorum aut non sit contentus quod voluit, aut ratum non habeat quod elegit. Nam dum grave sit inexpertos hominum obsequiis sociari, quis possit dicere quanto sit gravius in dei servitium improbos applicare? Milites vero si converti voluerint, priusquam nobis renuntietur, nullus eum sine nostro consensu quolibet presumat ratione suscipere.

Queritur si post ingressum monasterium ultra relinquatur licentia testandi. Hoc Gregorius probat ita scribens Ianuario episcopo Caralitano. **Post monasterii ingressum nulli relinquitur licentia testandi.**

Quia ingredientibus monasterium di[.] convertendi gratia ultimus nulla sit testandi licentia, sed res eorum eiusdem monasterii fiunt, aperta legis diffinitione decretum est. Item Gregorius Cipriano diacono. **Post ingressum monasterii eiusdem monasterio omnia sunt conferenda.**

Perlatum est ad nos petitulam nostre de provincia Lucania pergentem ad exortationem Angelli episcopi fuisse conversam, res vero suas omnes quas habere potuit, licet ut res potuisse competere, tamen eidem monasterio in quo ingressa est specialiter donationis titulo contulisse.

E contra Paulus primus heremita in testamento colobium suum Athanasio Alexandrino episcopo reliquit, tunicam beato Antonio. Sed aliud est de his qui monasterium ingressi sunt et sua tradiderunt, aliud de his qui solitariam vitam ducentes, se nulli ecclesie subdiderunt. Illis enim tradita, nullius sunt propria. Isti nulli obligati libere testari valent. Constitutio nova.

Si qua mulier aut vir monasticam elegerit vitam, et intraverit in monasterium liberis non extantibus, monasterio in quod ingreditur res eius competere iubemus. Sed si persona liberos habens, antequam de rebus eius inter eos disponat, monasterium intraverit, liceat ei postea inter eos dividere, legitima nulli diminuta, et quod eis non dederit monasterio competat. Sed si hoc eum subaminter filios dividere voluerit, sua persona filiis connumerata partem sibi retineat, que monasterio competere debeat. Sed si post ingressum moriatur antequam inter eos dividat, filii legitimam percipiant, reliqua substantia monasterio competente. — I. aut. d. sac. e. Siq.

Nunc autem cum monachis constitutione .v. in collatione facta est, hoc tempore res suas omnes optulisse videatur, si prius testatus non sit. Ex eius iudicio ei cessante lege disponitur. Ut filii de hac quos aut nichil aut minimum legitima portione quod quidem donante titulo contulit. Ceteri sub monasterio destinate [illegible] nequaquam contingat ... liberos inquinum. Item ex novella. — I. aut. de monach. Illud


Non liceat parentibus liberos vel liberis parentes ab hereditate sua repellere monachos factos, quamvis dum laici fuerant in causam ingratitudinis inciderunt. Item. — I. pe. de. ii. puella


Non liceant parentibus liberos suos a solitaria vita transeuntes abstrahere de monasterio.

In .xx.ma causa de his agitur qui in tempore pueritie a parentibus monasterio traduntur. Deinde queritur quod parentum devotione eo tempore afflictos, ut cum ad annos pubertatis pervenerint in seculare militiam eis redire non liceat. Quod si post voluntatem parentum tonsuram vel religionis vestem aliquis in pueritia accepit, potestas erat pa

Intelligendum est quod illud quod fit de prima querimonia quod alibi dicitur de anno de eadem querimonia quod alibi de tribus, quod huic est accipiendum quod fit de remotissimis provinciis.

rentibus mox uisa filius deserto q(ui) sup(er) annum dissimulaverit in eo q(uod) cepit cogitur filius permanere. Si autem parentes non habuerint quorum consensu eorum uota firmentur, tunc est firma eorum professio cum etas eorum cepit esse adulta. Unde et in ea de uirginibus quibus diebus quo tempore sacris uirginibus imponatur uelamen: a quibus et sint uelande. De uiduis quoque ut in uiduitatis professionem faciant et uestem sue professioni conuenientem accipiant. Ibidem etiam ostenditur quod post decimum annum cuique liberum est uel religionis propositum assumere uel uoluntati parentum in hoc contraire. Quod si preter uoluntatem suam religionis propositum susceperint non sunt cogendi ad inuitam propositi obseruationem. Unde et ibidem decepisti uel attonitis quidam temporibus lucris inhiantes qui sub hominis circumuenimento uotum dant et res eorum tali persuasione subripuerunt. Ibidem etiam ostenditur quod liberum est monachis ab uno monasterio causa melioris districtionis ad aliud monasterium transire.





DVO P V ERI TIE

annos egressi a parentibus monasterio traditi sunt, unus inuitus alter spontaneus cucullam induit. Ad annos pubertatis uenientes inuitus ad secularem militiam redit, spontaneus monasterium districtius petit. Nunc primum quaeritur si in puerilibus annis traditi cogantur religionis propositum tenere? Secundo si preter uoluntatem parentum tonsuram uel religionis uestem quam in pueritia acceperint an possit deponi infra annum? Tercio quibus preter parentum uoluntatem cucullam induuntur an cogantur eam retinere annum?

Quarto si ab uno monasterio in aliud districtius (*minus districto*) liceat alicui transire. Quod infra annos pueritie traditi cum adulti fuerint liberum habeant arbitrium manendi uel discedendi comprobatur auctoritate none synodi in qua sic statutum est.

Q. I.

Uirginitatis professio quo tempore firma esse incipit.

Firma autem tunc professio uirginitatis erit, ex quo etas adulta iam esse cepit et que solet apta nuptiis deputari ac perfecta.

C. Si uirginitatis professio tunc incipit esse firma cum etas cepit esse adulta, et religionis professio tunc demum debet esse firma cum adultam etatem peruenta fuit. Sed hoc de professione illa accipitur quam in annis puerilibus proprio arbitrio quis offertur. Quam non confirmat parentum consensus. Ceterum qui a parentibus quis offertur professionem inuiolatam seruari oportet. Unde Gregorius scribit ad Augustinum Anglorum episcopum. Non licet de monasterio egredi quem pater uel mater infra annos infantie fecit ordinare.

Addidisti adhuc quod si pater uel mater filium filiamue intra septa monasterii infantie annis sub regulari tradiderint disciplina, utrum liceat eis postquam ad pubertatis inoleuerint annos egredi et matrimonio copulari. Hoc omnino deuitamus. Quia nefas est ut oblatis a parentibus deo filiis uoluptatis frena laxentur. — S. xiii. C. i. / S. xvi. Q. i. Plenum.

Item ex concilio .iiii. Aut paterna professio aut propria monachum facit. Monachum aut paterna deuotio aut propria professio facit. Quicquid horum fuerit alligatum tenebit. Proinde his ad mundum reuertendi intercludimus aditum, et omnes ad seculum interdicimus regressus. — In pueris paterna deuotio, in adultis propria professio. / J. e. Q. c. Illud. ē

Item ex Isidoro. In monasterio perpetuo maneat qui a parentibus traditus fuerit. Quicumque a parentibus propriis in monasterio fuerit delegatus, nouerit se ibi perpetuo mansurum. Nam Anna Samuhel puerum suum natum et ablactatum deo pietate obtulit. Qui et ministerio templi quo a matre fuerat deputatus permansit, et ubi constitutus est deseruiuit. Item ex Toletano. — J. e. Q. iii. Presens c. / S. i. Q. i. In princip.

Quem progenitoribus monasterio traditur est de eo egredi non ualet.

Quemcumque progenitores in monasterium tradiderint, et in ecclesia cepit canere, et legere, nec uxorem ducere — B. viii. Clic.

Item marcellus pp. de eodem. Illud statuendum esse censemus ut si in minori etate filii in monasterio oblati fuerint, et sacram tonsuram et uelamina susceperint, dignum quod domini … xv. anno etatis eorum a platis monasterii … uel … uerum in ipso habitu permanere cupiant. an non. Si non permanere professi fuerint, ulterius petendi locum minime amplecti possint. Si in autem ad secularem habitum redeundi a domino licentia prestetur.

nec monasterium deserere poterit. Si uero discesserit reducatur. Si tonsuram dimisit rursum tondeatur. Uxorem si usurpauit, dimittere compellatur.

Ex his auctoritatibus colligitur: quod paterna professio pueros tenet obligatos: nec licebit eis propositum discedere: quod paterna deuotione in puerilibus annis susceperunt. Sed obicitur illud leonis pp. Non licet puellis nuptias eligere que spontanea uoluntate uirginitati susceperunt propositum.

Puelle que non parentum coacte imperio sed spontaneo iudicio uirginitatis propositum atque habitum susceperunt: si postea nuptias elegerint: preuaricantur. et si non dum eis consecratio accesserit. Cuius utique non fraudarentur munere: si in proposito permanerent. Ambiguum non potest esse crimen magnum admitti: ubi et propositum deseritur et consecratio uiolatur. Nam si humana facta non possunt impune calcari: quid de his manebit qui corruperint federa diuini sacramenti?

Cum ergo in principio huius capituli dicatur: puelle que non coacte imperio parentum. datur intelligi quod si coacte uirginitatis habitum susceperint: sine preuaricatione ipsum deserere possunt. Sed puella hic nubilis intelligitur: sicut in sequentibus monstratur: post decimum annum uel duodecimum arbitrium. nec in electione propositi cogitur sequi parentum imperium. Sic et illud intelligendum est quod statutum in sinodo habita ab eugenio pp. Extra uoluntatem parentum recepti in monasteriis non teneantur.

Sicut qui monasteria elegerunt a monasteriis egredi non permittuntur: ita hii qui inuiti sine iuste offensionis causa sunt intromissi: non inuoluntarie teneantur. quia quod non petunt non obseruant. Ideoque tales considerandi sunt maxime peccata committere quam plangere. Sicut in decreto sanctissime leonis pp manifestissime continetur. lib. vii. marcellus. Illud autem

Uelamen autem uirginibus imponi non licet: non certis diebus. Unde gelasius omnibus episcopis. Non nisi certis diebus uelamen imponatur uirginibus;

Deuotis uirginibus; nisi aut in epyphanie die aut in albis paschalibus aut in apostolorum natalibus sacrum uelamen minime imponatur: nisi forsitan sicut de baptismo dictum est grauilanguore correptis. Ne autem sine hoc munere de seculo exeant: implorantibus non negetur. Uiduas autem uelare pontificum nullus attemptet.

Ipsis quoque consecrationis etas similiter obseruetur. Unde gregorius in registro. Ante quadragesimum etatis sue annum uirgines non consecrentur.

Iuuenculas fieri abbatissas uehementissime prohibemus. Nullam igitur fraternitas uestra nisi sexagenariam uirginem cuius uita atque mores hoc exegerint: uelare permittat. Item ex concilio cartaginensi. Sanctimonialem ante annum xl non uelemus. Item ex concilio affricano. iii

De eodem.

Placuit ut ante xxv. Ante xxv annum uirgines non consecrentur annos etatis: nec diacones ordinentur neque uirgines consecrentur. ut lectores populum non salutent.

Quamuis autem uidue uelari prohibeantur: uiduitatis tamen professio in scriptis ab eis est facienda. Uestis quoque professioni conueniens ecclesiastica tradenda quibus utantur. Unde in tolletano concilio x. Professionem uiduitatis faciant et habitum religionis suscipiant. que castitatem seruare proponunt.

Uidua que secte religionis optinere propositum uoluerit: sacerdoti uel ministro ad quem aut ipsa uenerit: aut quem ad se uenire contigerit: scriptis professionem faciat ad se: aut signo aut subscriptione notata tradet se: et religionis propositum uelle: et hoc perhenniter inuiolata seruare. Tunc accepta a sacerdote uel ministro: apta religionis et professionis ueste: seu lectulo quiescens. siue in quocumque loco consistens: constanter utatur. non diuersi coloris, aut diuerse partis. eadem sit notabilis uestis: sed religiosa tamen suspecta.

De his uero qui preter uoluntatem parentum tonsuram uel religiosam uestem susceperint. sic diffinitur in x. tol. concilio. Tonsura uel religiosa uestis in minori etate suscepta a parentibus

Si in qualibet minori etate: uel ab inuita fieri potest uel religionis tonsuram: uel religionis debitam uestem. in utroque sexu filiis: aut unus aut ambo parentes dederint: forte aut nolentibus uel nescientibus se susceptam. non mox uisam in filiis abdicauerint: sed uel coram se uel coram ecclesia palamque mansit in eisdem filiis talia habere permiserint: ad secularem reditum habitum ipsis filiis quoquo tempore non licebit, sed conuicti quod tonsuram aut religiosam uestem aliquando habuerint. mox ad religionis cultum habitumque reuocentur, et sub strema districtione huiusce obseruantie inseruire cogantur. Parentibus sane filios suos religioni contradere non amplius quam usque ad x etatis eorum annum licentia poterit esse. Postea uero an cum uoluntate parentum. an sine deuotionis sit solitarium uotum: erit filiis licitum religionis assumere cultum. Quisquis autem uel abolitione tonsure uel secularis uestis assumptione detectus fuerit attigisse transgressionem: et excommunicationis censuram accipiat: et religioni semper inheat. Item ex concilio tiburien. …

Q. II.

Ĩ. xxvii. Q. ii. Desponsatã
Ĩ. xxii. Q. v. puer.
S. xx. c. vlt
B. viii. Sed annos

Usq; ad annos xii. patrĩe uoluntati puelli sub iacẽat arbitrio.

Puella siam̃ duodecim annos etatis: sponte sua sacrũ uelamẽ sibi assumpsit: possunt statim parentes eius uł tutores: id factum irritũ facẽ si uoluerĩt. At si annum et diem dissimulando consenserint: ulterius nec ipsi nec ipsa mutare poterĩt. Si uero in fortiori etate adulescentula uł adolescens seruire deo elegit: nõ potestas parentibus phibendi.

Nulla abbatissa uł scimonialis uiduã uł puellã uirginẽ uelare p̃sumat.

C. Uelamẽ autẽ nulli scimonialiũ aliũ imponẽ licet. Unde in concilio ticinensi papa urbanus. Statuimus ut si abbatissa: aut quelibet scimonialis: p̃ hanc diffinitionẽ uiduã aut puellã uirginẽ uelare p̃sumat: iudicio canonico usq; ad satisfactionẽ subdatur. C. Hac auctoritate et patrũ professione docetur astringi quilibet in puerilibus annis: et p̃t uoluntatẽ eorũ proposito suscepto p̃hibetur teneri: si tonsurã uł religiosã uestẽ parentes mox uisam abdicauerĩt. Paruuli uero dũ offeruntur: nõ nisi sub multorũ testimonio suscipiendi sunt: Unde in viiii. sinodo legitur.

In fantes oblati a parentib; sub plurimorum testimonio suscipiantur.

Oportet infantes cũ uoluntate et consensu parentũ: immo ab ipsis parentibus oblatos: sub testimonio plurimorũ suscipientur: ut omnis occasio maledicendi gratia excludatur hominũ pessimorũ. C. Quod autẽ qui inuitus p̃positũ religionis suscepit: nõ sit cogendus ad inuiti p̃positi obseruationẽ: testatur leo papa dicens. Non pot deseri p̃positum monachi uoluntate susceptũ.

Q. III.

S. di. lxxi vii. c. vlt

Propositũ monachi p̃prio arbitrio et uoluntate susceptũ: deseri nõ pt̃ absq; peccato. Quod enim quis uouet deo debet et reddere. Unde qui relicta singularitatis p̃fessione: ad militiam uł ad nuptias deuolutus est: p̃ penitentie satisfactione purgandus est. Quia et si innocens militia: et honestum p̃t esse coniugiũ electionẽ tamẽ meliorũ deseruisse transgressio est. Item ex concilio tol. vii.

Qui religiosum habitum spontanee susceptum deserere uoluerit ad ipsum redire cogatur.

S. xviii. Q. i.
Ĩ. xxvii. Q. i. Virginẽ. Sic

Proclíuius autẽ est cursus ad uoluptatẽ: et imitatrix natura uitiorum. Quamobrẽ quisquis uirorũ uł mulierũ habitũ semel induerit spontanee religiosũ: aut si uir decimus ecclesie uł femina fuerit delegata puellarũ monasterio: inuitus uterq; sexu p̃uaricator: inuitus reuerti cogatur: ut uir detondeatur: et puella ad monasteriũ regrediatur. Si autẽ quolibet patrocinio desertorẽ p̃manere uoluerint sacerdotali sententia a xp̃ianorũ cetu habentur extorres ut nec locus eis ullus sit communionis. Unde quoq; sicut iam dudũ uniuersalis statuit synodus. p̃fessionũ uł habitus sui desertores. superiori sententia condempnentur. Item ex calcedonensi.

Semel in clero taxati uł monasteriis deputati ad militiã nõ redeant.

Ĩ. xxiii. Q. viii. Et cumq; ex

Eos qui semel in clero taxati fuerint. siue in monasterio deputati: decreuimus neq; ad militiã neq; ad honores seculares uenire. Eos autẽ qui hoc ausi fuerint facẽ. et non eius rei penitentẽ maluerint. ut ad hoc idem reuertantur quod ante p̃pter deum sibi p̃posuerunt: conuenit anathematizari. C. Cum dicatur p̃positum monachi p̃prio arbitrio et uoluntate susceptũ: intelligitur quoq; si sine uoluntate susceptũ nõ fuerit obseruari nõ cogitur. Unde nicholaus papa scribit omnib; ep̃is in regno lodoici.

Monasticis disciplinis nullus umq̃ subiciatur inuitus.

S. c. Q. ii. c. i.

Presens clericus nomine lambertus una cũ patre suo nomine acto: quondam uidelicet comite. nunc autẽ clerico: ad limina ap̃lorũ p̃perans: adiit p̃sentiam nostram asserens qualiter idem pater eius in laica adhuc ordine in p̃chiis p̃p̃iis edificasset duo monasteria: uoluntate gerens ut p̃ suum decessum p̃sens filius eius lambertus in locum eius succederet. quem infra teneram etatẽ inter viii. et x. annum constitutũ: memoratus pater p̃prio arbitrio absq; regulari institutione: ex omnem illius uoluntatẽ cucullam induit. Igitur p̃ quodam ipius temporis spatium ut ipse dicit: salomon ep̃s cum quibusdam aliis absq; patris oblatione. uł abbatis p̃cepta bñdictione: eundẽ lambertũ monasticũ induere fecit habitũ ut ferunt inuitũ. Et sub hac occasione paterna seu materna hereditate a fratribus suis priuatum esse: atq; eo omnẽ ut dicitur est uoluntatẽ suã quasi regularẽ illũ monachũ p̃manẽ uolunt. Super qua re diligentiori cura inuestigantes: et sub adiuratione patrẽ ipius sciscitantes inquisiuimus. Si idem clericus acto p̃fessus se talem habuisse et bone uoluntatẽ: ut filius suus uerus fieret monachus. et in locum eius succederet. Sub testificatione autẽ iurando firmauit. quoniam p̃ primitus ei cucullã induit: uel abbatis semp restitit. et nũquã se fieri monachũ consensit. Sed demũ ab insequentib; monachico habitu uiolenter est indutus: asserens quia nũquam regulã aliquam p̃misit. neq; ego pater eius pallam altaris indutũ illũ optuli: neq; quocumq; sacerdote uł abbate ut mos poscit: bñdictione p̃cepta.

regule umquam se monachum subiectum futurum promisit. Super his omnibus protestatus se prefatus clericus Atto: quia si eo tempore tam dure observantie monasticam intellexisset regulam, numquam eum de filium suum Lambertum coegisset portare cucullam. Quapropter consulte psalmographi verba recolentes, quibus voluntarie se deo sacrificare promittit, et voluntaria oris sui beneplacita fieri in conspectu dei obsecrat, presentem ut dictum est clericum nomine Lambertum minime debere existimavimus sub tali violentia fieri monachum. Quod enim quis non eligit nec optat, profecto non diligit. Quod autem non diligit: facile contempnit. Nullius igitur boni nisi voluntarium. Ideo decrevimus non ferendam minime iugum quam violentia ulli inferatur precepto. Quapropter consultius agitur, si per suasionibus contemptum mundi et amorem dei predicando quam violentia inferendo, ad celestem amorem illum accenditis. Unde omnium vestrum caritati hanc nostri apostolatus mandare decrevimus sententiam, monentes atque precipientes: quatinus sicut a veris est iusto iudicatum, nullus episcopus vel abbas seu monachorum religiosorum conventus monasticis illum regulis invitum subiacere compellat. Neque illum omnes fratres eius per hanc occasionem licentiam habeant paterna seu materna illum hereditate privari. Si vero quandoque divina inspiratione compunctus propria voluntate regule se subdat, liceat eum a mundanis et laicalibus remotum vagationibus vel negotiis inter religiosos et ecclesiasticos viros in canonica degere vita. Non enim putamus quod absit religiosos canonicos a sanctorum monachorum consortio seiunctos: quia unusquisque secundum apostolum propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.

Si vero episcopi vel abbatis permissionibus illecti aliqui tonsuram vel religionis vestem susceperint: ipsi quidem ideo quod ceperint permaneant. Res vero eorum heredibus suis restituantur. Unde in Maguntiensi.

Restituantur heredibus res eorum qui ab episcopis vel abbatibus decepti comam deposuerint.

Constituit sane sancta ista universitas, ut episcopi seu abbates: **fuerint** qui non in fructu animarum, sed in avaritia et turpe lucrum inhiantes: quoslibet homines decipiendo totonderint: et res eorum tali persuasione subripuerint: penitentie canonice vel potestati turpis lucri sectatores subiaceant: huiusmodi vero qui illic comam deposuerint, in eo quod ceperunt perseverare cogantur. Res vero eorum heredibus reddantur.

Quod vero ab uno monasterio in aliud districtius transire monachis sit liberum, ex Triburiensi habetur, in quo sic statutum est. **Non sunt prohibende virgines sacre que causa religionis adire desiderant aliud monasterium.**

Virgines sacre si pro lucro anime sue propter districtiorem vitam ad aliud monasterium pergere disposuerint, ibidemque commanere decreverint, sinodus concedit. Si vero fuga discipline aliud locum quesierint, redire cogantur.

Quod autem de virginibus sacris hoc capitulo statuitur: de monachis consequenter intelligitur, et de quolibet clerico. Sed obicitur illud Basilii. **Vota monachi sine consensu abbatis sui irrita sunt.**

Monacho non licet votum vovere sine consensu abbatis sui. Si autem voverit, frangendum erit. Item illud Agath. c. lvi. **Monachum nullus suscipiat ad ordinem sine consensu abbatis sui.**

Monachum autem nisi abbatis sui permissu aut voluntate ad alterum monasterium commigrantem: nullus abbas suscipere aut retinere presumat. Sed ubicumque fuerit abbati suo auctoritate canonum revocetur. Item. Clericis sine commendaticiis litteris episcopi sui licentia non pateat evagandi. In monachis quoque presentis sententie forma servetur. Quos si verborum increpatione non emendaverit: etiam verberibus statuimus coherceri. Servandum quoque de monachis: ne eis ad solitarias cellulas liceat a congregatione discedere, nisi forte probatis post emeritos labores: aut propter infirmitatis necessitatem asperior abbatis regula remittatur. Quod ita demum fiet ut intra eadem monasterii septa manentes: tamen sub abbatis potestate separatas habere cellulas permittantur. Abbati quoque singulas diversas cellulas habere: aut plura monasteria non liceat, nisi tantum propter incursum hostilitatis intra muros receptacula collocare.

Verum hoc intelligendum est de monachis religiose viventibus, quibus vota spiritualis abstinentie vel alicuius districtionis quam generalem consuetudinem suorum fratrum excedat, sine abbatis consensu vovere non licet, ne super eo fratres scandalizentur. Capitulum vero illorum statutum est, qui regularem disciplinam subterfugientes peregrinationis vota assumunt. Quod vero monacho non alicui clerico licet, ne hac occasione ad secularem conversationem redeat.

Q. IIII.

N. xx. I. causa agitur

I ... de clericis quidam duabus ecclesiis preesse cupiunt. De quibus constituitur ut nec in duabus connumerentur ecclesiis: nec duabus presideant, nisi forte necessitate cogente, unam quidem titulatam, alteram vero sub commendatione teneant. Sic quibusdam ecclesiis suo pastore destitutis visitationem earum vicinis pontificibus beatus Gregorius, Gelasius, et nulli aliorum pontificum Romane [ecclesie] ... frequenter commisisse leguntur. Ibidem et ... quod non numquam utrique tamquam titulate preesse: sed visitare specialiter non iure commendati. In eadem quoque ... quinte sectas ad alios currunt episcopos, vagantes preter episcopo in alienis constituuntur ecclesiis. Ostendit et ibidem

Marginal notes:

S. eodem c. i. (?)

C(?) cognitis ... non coacto sed sponte ut manet ad voluntarium.

S. p. i. di. lxx. i. Ex ene ... ; S. vii. Q. i. ff; S. xviii. Q. ii. c. Duc

S. xii. Q. ii. Videntes; S. i. Q. ii. Pastor; Clericos. Sic ff

Religiosos canonicos a sanctorum monachorum consortio non separandos.

In Lomb. de eo q. m. t. f. in sacramento mulieris (?)

I. pre. Q. i. Unum (?)

134

quod sicut duabus ecclesiis unus preponi non debet
ita nec una ecclesia inter plures dividi valet. Tertio
clericus secularium negotiorum procurator esse non debet.
Et quod omnis iactantia et corporalis ornatus
alienare a sacro ordine: nec summi sacerdotali or
natu extra domos sacerdotes apparere convenit.
In ea quoque agitur de his qui a suis episcopis condempnati
eos relinquunt, ab officio discedunt, atque
ad seculares iudices confugiunt, ut ab eis defen
sentur. quibus si eos defensare presumpserint que
pena sit imponenda, ibidem exponitur.

QUIDAM ARCHI PBR

cuiusdam ecclesie prepositurā
altius accepit: nec priorem vult relinquere.
Secularium quoque negotiorum procurator efficitur: claris
et fulgidis vestibus se exornans: ab episcopo suo cor
rigitur. relicto suo officio ad secularem iudicem
hic confugium. Queritur an clericus in duabus
ecclesiis possit conscribi. Secundo si unam voluerit re
linquere, an liceat ei ad aliam transire. Tertio
an procurationes secularium negotiorum clericis liceat
suscipere. Quarto an claris et fulgidis vestibus
eis ornari expediat. Quinto: an ab episcopo correctus
suum officium relinquere et ad secularem iudicem con
fugere valeant. In duabus ecclesiis aliquem connu
merari non posse septima synodus prohibet dicens.

Q. I.

In duabus ecclesiis clericus conscribi nullo modo debet.

Clericus ab instanti tempore non connumeretur in duabus
ecclesiis. Negotiationis enim est hoc et turpis lucri com
modum, et ab ecclesiastica consuetudine penitus a
lienum. Audivimus enim ex ipsa dominica voce quia ne
mo potest duobus dominis servire. Aut enim unum odiet
et alterum diliget, aut unum sustinebit et alterum contempnet.
Unusquisque enim secundum apostolicam vocem in quo vocatus est
in hoc debet manere, et in una locari ecclesia. Que enim propter
lucrum in ecclesiasticis rebus efficiuntur: aliena constituit
a deo. Ad vite vero huius necessitatem studia sunt diversa.

Ex eis ergo qui voluerit: acquirat corpori oportuna.
Ait enim apostolus: Ad ea que mihi opus erant: et his qui me
cum sunt ministraverunt manus iste. Et hec
quidem in hac servanda urbe. Ceterum in villis
que foris sunt: propter inopiam hominum indulge
atur. Sed due ecclesie intelliguntur
ecclesie duarum civitatum, in quibus nullus debet
conscribi. Unde in Calcedonensi statutum est. De eodem.

Clericus in duarum civitatum ecclesiis conscribi non oportet.

Sed ecce non numquam episcopus unius civitatis effi
citur archiepiscopus ~~unius civitatis~~ alterius: nec tamen
priorem ecclesiam deserit. Sed prior ecclesia quasi commen
data relinquitur: Secunda quasi titulata habetur.
Unde Leo quartus scribit. In una ecclesia titulatus alteri sit
Qui plures ecclesias retinet unam quidem commendatam presbiter
titulata: aliam vero sub commendatione tenere debet.
Sicut illud Agathensis concilii intelligendum:
Duobus monasteriis unus abbas preesse non potest.
Unum abbatem duobus monasteriis presidere interdicimus.
Potest autem utrique tamquam titulatus preesse. sicut
spirituali non commune. Unde Gregorius. Unus episcopus duabus ecclesiis
Relatio cleri simul et plebis Tracinegensium preficitur.
Relatio nos valde letificat, que bonum de vita fraternitatis
bona testatur. Et quia defuncto pontifice
suo petunt sibi cardinalem postularunt te constitui sa
cerdotem, eorum desideria necessario cognovimus providendum.
Totaque mentis intentione talium lucrum animarum
domino nostro facere festinato, ut dignam te mercedes
ante conspectum eius in die retributionis in
venias. Quicquid vero de predicte rebus ecclesie: tam
patrimonio seu clericorum ordinatione promotione eius
et omnibus generaliter ad eum pertinentibus sollerter atque ca
nonice ordinare facereque procures. Urbanam habebis
quippe ut sacerdos proprius modis omnibus facultatem.
Illud quoque fraternitatem tuam scire necesse est, quia nunc sic te pre
dicte Tracmensis ecclesie cardinalem esse constituimus
sacerdotem, ut Fundensis ecclesie pontifex esse non desinas.
ficaturam gubernationemque eius prestas. Quia ita fraterni
tatem tue sepedicte Tracmensis ecclesie curam in iun
gimus, ut Fundensis ecclesie tua potestatis velut
locum subtraham. Non enim prohibetur utrique presidere tamquam
titulato. sicut tamquam commendato. Abbatem vero tamquam
titulato preesse valet. Qui vero relicta sua ecclesia ad aliam
transire voluerit, nequaquam sine dimissoriis litteris sui
episcopi suscipiatur. Unde in VIII. sinodo legitur. Sine
dimissoriis litteris in aliena ecclesia clericus non ordinetur.

Q. II.

Quoniam diversarum ecclesiarum clerici suas in quibus ordinati sunt
ecclesias relinquentes: ad alios currunt episcopos. et ignorante

pro episcopo in alienis constituuntur ecclesiis, ubi contingit eos sine sui examinatione permanere. Precipimus autem modo, ut nullus omnino clericorum in quocumque gradu sit, licentiam habeat sine dimissoriis litteris sui episcopi in alia constitui ecclesia. Qui vero hoc minime observaverit, ad obprobrium eius qui ordinavit eum deponatur, tamen et ipse qui eum sine ratione susceperit. Item ex Spalensi. Ad aliam ecclesiam transire clerico non licet si proprii ministris sua fuerit destituta.

Placuit ut si quis clericus ministris ecclesie pre destitutis ad aliam transitum fecerit, compellente ad quem fugerit sacerdote, ad ecclesiam quam prius incoluerat revocatur. Qui vero eum susceperit, nisi statim sine ullo nisu exceptionis ad propriam ecclesiam remittendum elegerit, quamdiu eum non restituerit communione se privatum cognoscat. Desertorem autem clericum cingulo honoris sui atque ordinis exutum, aliquo tempore monasterio relegari convenit: sicque postea in ministerio ecclesiastici ordinis revocari. Nam non poterit in talibus propaginis oboriri licentia, nisi fuerit in eis per correctionem discipline subsecuta correctio.

Obicitur autem illud Calcedonensis concilii. Nichil commune

Si quis iam transtulit habeat cum priori qui a prima ecclesia in aliam translatus est a prima ecclesia in aliam, nichil habeat commune cum priori, sive sub ecclesia constitutis martyribus, sive in ptochiis vel xenodochiis aut eorum negotiis. Eos vero qui ausi fuerint post ordinationem huius magne universalis synodi agere que prohibita sunt, statuit sancta synodus cadere de proprio gradu. Sed aliud est transferri, atque aliud pariter in utraque transire. Illud apostolica auctoritate fieri licet, hoc vero omnimodis prohibetur. Sicut autem duabus ecclesiis unus sponsus non debet, ita nec una ecclesia inter plures dividi valet. Unde in registro legitur:

Una ecclesia duobus sacerdotibus dividi non potest.

Sicut in unaquaque unus presbyter debet esse, ita papa quam sponsa vel uxor eiusdem non potest dividi inter plures presbiteros, sed unum tantummodo habebit sacerdotem, qui eam caste et sinceriter regat. Unde mandamus ut nullus presumat ecclesiam inter duos sive plures dividere, quia ecclesia Christi uxor et sponsa debet esse, non scortum. Sicut papa Calixtus testatur. A conducticiis quoque presbiteris ecclesia committi non debet. Unde Innocentius II. Conducticiis presbiteris ecclesia non committatur.

Precipimus etiam ne conducticiis presbiteris ecclesie committantur, et unaqueque ecclesia cui facultas suppetit proprium habeat sacerdotem. Quod autem clerici secularium negotiorum procuratores esse non valeant, auctoritate Cartaginensis concilii primum probatur, in quo Nicholaus episcopus Culistanus dixisse legitur.

Q. III.

Quod clerico ad nexus secularium possessionum procuratores esse non liceat.

Credo placere suggestionem meam sanctitati vestre, et displicere vobis, ut qui serviunt deo et adnexi sunt clero accedant ad actiones seu administrationes vel ad patrocinia domorum. Gratus episcopus dixit: Apostolorum statuta sunt que dicunt: Nemo militans deo implicat se negotiis secularibus. Propterea autem clerici sint et sine actionibus domorum, aut actores sint officio clericorum. Universi dixerunt: Hoc observemus. Item ex Cartaginensi IIII. De eodem.

Placuit ut episcopi, presbiteri, diaconi vel quicumque clerici non sint conductores aut procuratores, neque ullo turpiori vel inhonesto negotio victum querant, quia respicere debent scriptum esse: Nemo militans deo implicat se negotiis secularibus. Item ex epistola Cipriani ad presbiteros et diacones et plebem Furnensem. Secularium negotiorum procurationem clericus non suscipiat.

Ciprianus presbiteris et diaconibus plebi Furnensi consistentibus salutem. Iam pridem concilio episcoporum statutum est, ne quis de clericis et dei ministris tutorem vel curatorem testamento suo nominaverit, quando singuli divino sacerdotio honorati et in clericorum ministerio constituti, non nisi altari et sacrificiis deservire, et precibus atque orationibus vacare debeant. Scriptum est enim: Nemo militans deo implicat se negotiis secularibus, ut possit placere ei cui se probavit. Quod episcopi et antecessores nostri religiose considerantes et salubriter providentes censuerunt, ne quis frater excedens ad tutelam vel curam clericum nominaret; ac si quis hoc fecisset, non offerretur pro eo, nec sacrificium pro dormitione eius celebraretur. Item ex eadem. Non licet clericis mollibus et secularibus rebus obligari.

Mollitiis et secularibus rebus la quisque obligari non debet, qui divinis rebus et spiritualibus occupatus fuerit, nec ad terrenos et seculares actus vacare. Item ex eodem. Secularibus negotiis clerici non alligentur.

Hi qui in ecclesia domini ad ordinationem clericorum promoventur, in nullo ab administratione divina avocentur, ne molestiis et negotiis secularibus alligentur, nec ab altaris et sacrificiis recedant, sed die ac nocte celestibus rebus et spiritualibus serviant. Item. De eodem.

Sacerdotium religiose sanctum et necessarie factum servetur a nobis, simul et ceteris fratribus detur exemplum, ne quis sacerdotes et ministros dei altari et ecclesie vacantes ad seculares molestias devocet. Observari decreto poterit ne quis ulterius hoc faciat circa personam clericorum, si quod factum est fuerit vindicatum.

Q. IIII.

Quod vero fulgidis vel claris vestibus eis non liceat ornari, in VII sinodo iubetur, in qua sic statutum est.

Corripiantur clerici qui unguentis et claris vestibus et fulgidis lasciviunt.

ī d. co. c. ult. — S. di. lxi. parti

Omnis iactantia et ornatura corporalis aliena est a sacro ordine. Eos ergo episcopos vel clericos qui se fulgidis et claris vestibus ornant emendari oportet. Quod si in his permanserint epithimio tradantur. Similiter et eos qui unguentis unguntur. Quoniam vero radice amaritudinis exorta, contaminatio facta est in ecclesia catholica christianos calumpniantium hereticorum, hi qui hanc receperunt non solum imaginarias picturas abhominati sunt, sed et omnem reverentiam repulerunt. Eos qui religiose ac pie vivunt offendentes: ac per hoc completur in eis quod scriptum est: Abhominatio est peccatoris dei cultus. Igitur si inventi fuerint deridentes eos qui vilibus et religiosis vestimentis amicti sunt, per epithimium corrigantur. Prioribus enim temporibus omnis sacratus vir cum mediocri ac vili veste conversabatur. Omne quippe quod non propter necessitatem suam, sed propter venustatem accipitur, elationis habet calumpniam, quemadmodum magnus ait Basilius. Sed neque ex sericis textis vestem quis variatam induebat, neque apponebant variorum colorum ornamenta in summitate vestimentorum. Audierant enim quia qui mollibus vestibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Item ex VII sinodo. Clerici suis in itinere ambulantes suis alibi degentes congruis vestibus sibi utantur.

S. xviii. c. Clerici

Nullus eorum qui connumerantur in clero indecens habeat vestimentum, sive in civitate degens, sive in itinere ambulans: sed stolis utatur que concessa sunt clericis. Si vero quis tale quid fecerit, per unam ebdomadam suspendatur. Item Zacharias papa. Non secularibus vestibus, sed ordini suo convenientibus clerici utantur.

Episcopi, presbyteri, diaconi secularibus indumentis non utantur, nisi convenienti tunica sacerdotali. Sed neque dum ambulaverint in civitate aut in via aut in plateis sine operimento presumant ambulare. Presertim quando in itinere longo ambulaverint. Quia sicut mulier orans in ecclesiis non velato capite deturpat caput suum, iuxta apostolicam vocem, ita sacerdos sine operimento deturpat sacerdotium suum. Quod si temere presumpserit contra statuta agere, communione privetur, donec ea que statuta sunt adimplere maturet. Item Leo papa. Extra domos suas sine ornatu sacerdotali sacerdotes non appareant.

ī xxxiii. Q. v. ... ymago

Sine ornatu sacerdotali sacerdotes non appareant. Extra domos sacerdotes apparere nullomodo conveniat, ne vel aliquas secularium iniurias patiantur. Clericus denique qui indutus aut desinat aut [illegible] ecclesiastice subiaceat discipline. Item Innocentius II. Careat beneficiis ecclesiasticis qui correctus ab episcopis contempserit.

S. p. i. di. xli. capite.

Precipimus ut tam episcopi quam clerici in statu mentis, in habitu corporis deo et hominibus placere studeant: et nec in superfluitate scissura aut colore vestium, nec in tonsura intuentium, quorum forma et exemplum esse debent, offendant aspectum. Sed potius quod eorum decet sanctitatem. Quod si moniti ab episcopis emendare noluerint, ecclesiasticis careant beneficiis.

Si vero episcopum relinquere, vel ab officio suo discedere, atque ad secularem iudicem confugere nulli licet. Unde in Magantino legitur. De eodem. Q. V.

Placuit ut clericus si relicto officio suo propter districtionem ad secularem iudicem fortasse confugerit, et ibi ad quem recurrit solatium ei defensionis impenderit: cum eodem de ecclesie communione pellatur. Item ex Antioceno. Presbyter vel diaconus ab episcopo depositus imperatorem non adeat.

Si quis a proprio episcopo depositus presbyter vel diaconus, aut etiam si a sinodo quilibet episcopus fuerit exauctoratus: molestiam imperialibus auribus inferre non presumat, sed ad maiorem episcoporum sinodum sese convertat, et que se putat habere iusta, meliorum consilio alleget, atque ab his de se excipiat quod fuerit deprompta sententia. Quod si deficiens pusillanimitate hoc noluerit facere, sed importunus fuerit imperatori, huiusmodi decernimus nullam veniam habere, neque locum ullius assertionis sue, nec spem recipiendi gradus habeat in futurum. Item ex Cartag. V. Non defensetur ab aliquo qui episcoporum iudicio dampnatur. — ī xxiii. Q. viii. Sic episcopi — S. xi. Q. i. placuit

Si quis cuiuslibet honoris clericus iudicio episcoporum quocumque crimine fuerit dampnatus: non liceat eum sive ab ecclesiis quibus prefuit, sive a quolibet homine defensari: interposita pena dampni pecunie atque honoris: quo nec etatem nec sexum excusandum esse precipimus. Item ex concilio Arelatensi III. Communione privetur qui ecclesiastice discipline regulas fugientem defensare presumit.

Si forte aliquis clericorum regulam discipline ecclesiastice subterfugiens fuerit evagatus: quicumque eum susceperit, et illum pontifici suo non reconciliaverit, sed magis defensare presumpserit, ecclesie communione privetur. Item ex concilio Martini papae. Spe reconciliationis careat qui episcopus depositus imperatorem adierit.

Si quis episcopus, presbyter aut diaconus excommunicatus in concilio iuste sequentem contempnat, ad maiorem episcoporum concilium revertatur, vel eorum inquisitionem et iudicium expectans. Si quas se iustas putat habere causas, illis exponat. Si autem contempserit, importunans se palatio, aures principum inquietare voluerit: hic ad nullam veniam poterit pervenire, neque spem future reconciliationis habebit. Item Gregorius Constantino Auguste. Episcoporum cause coram principibus examinari non debent. — ī. ca. xxiii. q. viii. Si quis eps. — S. xvi. Q. iii. ... — S. ii. Q. vi. ... — B. ii. Si quis ...

Si episcoporum cause mihi commissorum apud piissimos dominos aliorum patrocinio disponuntur, infelix ego in ecclesia ista quid facio? Sed ut episcopi mei me despiciant, et contra me refugium ad seculares iudices habeant, omnipotenti deo gratias ago, peccatis meis deputo. Hoc tamen breviter suggero, quia aliquantulum expecto, et si ad me venire distulerint, contra eos districtionem canonicam nullomodo cessabo. — S. xi. Q. i. ... — S. iii. Q. vi. ...


c..........e..........s.....s.....a........b......o.....

¶ Nichil deficit.

IN . XX . SECUNDA causa

de iuramentis agitur utrum sint prestanda an non.
et ostenditur in evangelio esse prohibita. non quia ma
la sint licet a malo procedant . id est a penali infir
mitate eorum a quibus iurare cogitur. sed quia non est
appetenda iuratio tamquam bonum ne assiduitate iu
randi labamur in periurium. prohibemur etiam iura
re per creaturas. ne aut creaturis credatur numen di
uinitatis inesse. sicut illi credebant de quibus apostolus ait.
Qui seruierunt creature potius quam creatori. et
ne creaturas contempnendo. auctorem earum contempnere uideamur.
et in huiusmodi assertionibus simpliciter quoque fa
cile decipemus. Unde dominus in evangelio inquit.
Nolite iurare penitus. neque per celum. quia tronus dei est. neque per
terram quia scabellum pedum eius est. neque per iero
solimam quia civitas regis magni est. Neque per caput
tuum quia non potes unum capillum eius album facere
aut nigrum. id est prohibemur etiam per capillum dicere uel per caput
uel per aliquid aliud huiusmodi. ne aut cum anime po
morsitas credamus deum huiusmodi iuramentis
esse distinctum atque compactum. aut instantiam esse sci
entes. in huiusmodi iuramentis alios decipiemus.
Ostenditur ibidem quod nimius tenetur qui per deum iurat. quam qui
super evangelia iurat. cum deus non propter evangelia sanctus sit. sed euan
gelia sunt sancta propter deum. et quod sic iurare non est pec
catum. ita et iurationem accipere non est prohibitum.
Multorum etiam exemplis ibidem probatur quod non sit pec
catum uti fide eius qui per demonia iurat. et quod non pec
cat ille qui per falsos deos iurare sibi facit. quamuis
peccet ille qui colit falsos deos per quos iurat.
Ibidem etiam ostenditur quod periurii pena grauissima est. quam si quis
timens ad confessionem uenire noluerit.
a fidelium consortio est abiciendus. et quod fal
sum iurare sit deierare. Ubi etiam distinguitur
quando homines iurant falsum et deierant. uel quando
iurant uerum et similiter periuri sunt. Ostenditur ibidem
quod non mentitur nisi ille qui loquitur cum
uoluntate fallendi. et quod extra reatum uaria cauilla
tione quamquam minus delinquit ille qui fallit
quam ille qui fallitur. licet hic ex uoluntate.
illud ex infirmitate procedat. Inter quoque agitur
de diuersis generibus mendacii. et que sunt grauiora siue culpe
que leuiora. Ostenditur etiam quod humilitatis causa
non est mentiendum. quia quomodolibet quis
mentitur occidit animam. Ibidem quoque
ostenditur quod nec pro temporali uita alterius alicui
mentiri licet. quamuis sine peccato uerum ta
cere possit. et quod exemplo ioseph qui ait
fratribus suis. nesciebatis quia non est in augurio
homo qualis ego. uel exemplo obstetricum
que dixerunt pharaoni. non sunt ebree muli
eres sicut egyptie. et cetera. nullorum mendacia de
fenduntur. abraam quoque ibidem a mendacio ex
cusatur. quamuis immolaturus filium ait
pueris suis. sedete hic cum asina: ego et
puer illuc usque properantes cum adorauerimus re
uertemur ad uos. Nec etiam deus mentitus esse probatur:
licet iussisset immolari filium quem a patre
nolebat occidi. nec dolosus erat licet iubendo
aliud se ostenderet uelle quam uellet. Osten
ditur etiam ibidem quod simulatio utilis est et in
tempore assumenda. exemplo dauid qui mutauit
uultum suum coram achis. et exemplo ieu
regis israel qui non potuisset interficere sacerdotes
baal: nisi finxisset uelle se ydolum colere. Ibidem
etiam agitur de habraam qui saram apud pharaonem
sororem suam dixit. et de iacob qui patri suo
ysaac esau se esse mentitus est. exemplo quoque sa
ulis qui in bello philistinorum iurauit se in
terfecturum quicumque ante solis occasum comederet.
nec tamen filium suum ionathan interfecit.
Ibidem probatur quod non omnis qui aliter
facturus est quam iurauerit periurii reatum incur
rit. Agitur etiam inter de illicitis iuramentis que
laudabiliter soluuntur. si propterea deseruntur
ut ad bonum redeant. non ut in aliud malum
transeant. quo casu dampnabiliter seruantur.
sed dampnabilius contempnuntur. Exemplo quoque
iosue qui contra preceptum domini gabaonitas
uiuere seruauit. quia seniores israel licet decep
ti iuramento cum eis pacem firmauerant.
Ibidem ostenditur quod non esse illicita

tu iuramtu solui necesse e. Ubi e distin
guitur quot modis dicantur illicita
iuramta et que sint soluenda et q s uanda.
In ea etiam agitur de his qui alios ad degeran
dum cogunt scienter l ignoranter. de his q iurant
iurant in manu epi l in cruce consecrata
l n consecrata. Item de his qui coacti pro ui
ta redimenda uel pro qualibet alia necessita
te periurant. De his quoque qui ad falsa
testimonia alios adducunt l qui audiunt
aliquem falsu iurare arbitrantur et tacent.
Ibidem e agitur de his qui arte uerborum iu
rant l qui super lapidem falsu iurant. cum
super euangelia iurare putentur. l qui de
ceptus ab eo cui iurat aliter intelligit quam ad recipientem
aliud iurat quam se iurare arbitratur. Ubi e
o. quomodo iuramenta iudicentur a primo, secundum intentionem
recipientis quomodo secundum intentionem prestantis. De etate quoque
iurantium ibidem agitur. ne ante quattuordeci
annos aliquid iurare cogantur. et ut non
n ieiunis iuramenta prestentur. Quibus e
temporibus iurare prohibemur. que sit for
ma fidelitatis quid fidelis debeat dno suo.
l econuerso et quod alicui laico. iuramtu di
cus prestare n debet de iuramento calumpnie.



QUIDAM IURAUIT
falsum quod putabat uerum. Quo comperto
archidiaconus eius. iurauit se numquam
prestaturum ei obedientiam. Compellitur ar
chidiaconus ab epo ad exibendam s consuetam
reuerentiam. Accusatur eps de dupplici
periurio. et de eo quod falsu iurauit. et quia
archidiaconum ad periurandum compellit.
Primum queritur an iuramentum sit prestandum l n.
Secundo si sit periurus qui iurat falsum quod putat
uerum. Tertio si liceat archidiacono de
negare epo consuetam obedientiam. Quar
to: si constitit ee illicitum quod iurauit ar
chidiaconus an sit seruandum. Quinto:
si constitit illud e seruandum. an eps sit reus
periurii. qui contra iuramentum archidiaco
num suum compellit. Quod iuramentum prestandum
n sit. auctoritate probatur canonice scripture.
Ait enim xps in euangelio aplis suis. Sit
sermo uester. est est. non non. Quod autem amplius e. a
malo e. Item iacobus in epla. Ante omnia frs
mei nolite iurare omnino. Utroque auctori
tate iuramentum prohibemur prestare. Sed aliud
e ad iurandum sponte accedere. aliud
l ad asserendam innocentiam suam. l ad federa pa
cis firmanda. l ad persuadendum auditoribus
qui pigri sunt credere quod eis e utile. iuramentum
offerre. Primum prohibetur. Secundum conce
ditur. Non enim iurare omnino peccatum e.
Unde in toletano concilio viii legitur. Iuramentum per se
Omne quod in pacis de pacis est faciendum.
federa uenit. tunc solidius subsistit cum
iuramentum hec interpositio roborat. Sed omne
quod amicorum animos conciliat. tunc fide
lius durat. cum eos sacramenti uincula
ligant. Omne enim quod testis adstipulatur
uerius constat. cum id adiectio iura
tionis affirmat. quod et si testis deficiat
innocentis fidem sola uis iurandi ta
xatio manifestat. Item aug super epla ad galat.
Iuratio non e prohibenda nec tamquam bonum
impleretur quod paulo post in eodem rege figuratum est, cum conversus adorandum Deum verum decrevit in regno suo, ut quicumque blasphemaret Deum Sidrac, Misac et Abdenago penis debitis subiaceret. Prius ergo tempus illius regis significabat priora tempora regum infidelium, quos patiebantur christiani pro impiis. Posterius autem tempus eiusdem regis tempora regum fidelium, quos patiuntur impii pro christianis. Sed plane in eis qui sub nomine christiano errant seducti a perversis, ne forte oves Christi sint errantes, ideo ad gregem alienum revocande sit temperata severitas et magis mansuetudo servatur, ut cohertione exiliorum atque dampnatorum ammoneantur considerare quid et quare patiantur, et discant preponere rumoribus et calumpniis hominum scripturas quas legunt. Quis enim nostrum, quis vestrum non laudat leges ab imperatoribus datas adversus sacrificia paganorum? Et certe longe ibi pena severior constituta est. Illius quippe impietatis capitale supplicium constitutum est. De vobis autem corripiendis atque cohibendis habita ratio est, qua potius ammoneremini ab errore discedere, quam pro scelere puniremini.

S. di. viii. c. i. — C. et sacrificiis paganorum. — et templum l. i.

Item eiusdem ad Bonifacium comitem. Malos ecclesia iuste persequitur.

Si ecclesia vera ipsa est que persecutionem patitur, non que facit, querant ab apostolo quam ecclesiam significabat Sara, quando persecutionem faciebat ancille. Liberam quippe matrem nostram celestem Ierusalem, id est veram Dei ecclesiam, in illa muliere dicit figuratam, que affligebat ancillam. Si autem melius discutiamus, magis illa persequebatur Saram superbiendo, quam Sara illam coercendo. Illa enim domine faciebat iniuriam, ista imponebat superbe disciplinam. Deinde quero si boni et sancti nemini faciunt persecutionem, sed tantummodo patiuntur, cuius putant in psalmo vocem esse, ubi legitur: Persequar inimicos meos et comprehendam illos, et non convertar donec deficiant? Ergo si verum dicere vel agnoscere volumus, est persecutio iniusta, quam faciunt impii ecclesie Christi, et est iusta persecutio, quam faciunt impiis ecclesie Christi. Ista namque beata est que persecutionem patitur propter iustitiam. Illi vero miseri, qui persecutionem patiuntur propter iniustitiam. Porro ista persequitur diligendo, illi seviendo. Ista ut corrigat, illi ut evertant. Ista ut revocet ab errore, illi ut precipitent in errorem. Quod autem dicunt quod contra suas impietates legem iustam institui noluerunt, non petisse a regibus terre apostolos talia, non considerant aliud fuisse tunc tempus, et omnia suis temporibus agi. Quis enim tunc in Christum credebat imperator? Quis ei pro pietate contra impietatem leges ferendo serviret? Tunc adhuc illud propheticum complebatur: Quare fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terre adversus Dominum et adversus Christum eius. Nondum enim agebatur quod paulo post in eodem psalmo dicitur: Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. Servite Domino in timore et exultate ei cum tremore. Quomodo ergo reges Domino serviunt in timore, nisi ea que contra iussa Domini fiunt religiosa severitate prohibendo atque plectendo? Aliter enim servit quia homo est, aliter quia rex est. Quia homo est, servit vivendo fideliter; quia rex est, servit leges iusta precipientes et contraria prohibentes convenienti vigore sanciendo. Idem. Ex epistola.

S. di. iii. c. ult.

Quis nos potest amplius amare quam Christus? Mali sunt ad bonum cogendi. qui animam suam posuit pro ovibus suis, et cum Petrum et alios apostolos vocasset solo verbo, Paulum, ecclesie sue prius magnum hedificatorem, sed horrendum eius vastatorem, non solum voce compescuit, verum etiam potestate prostravit, atque ut infidelitatis tenebris sevientem ad desiderandum lumen cordis ut surgeret, prius cecitate corporis percussit. Si pena illa non esset, non ab ea postmodum sanaretur. Et cum apertis oculis nichil videret, si eos salvos haberet, non ad impositionem manus Ananie eorum operiretur intuitus, tanquam squamas quibus clausi fuerant inde cecidisse scriptura narraret. Ubi est quod isti clamare consueverunt: Liberum est credere vel non credere? Cui vim Christus intulit? quem coegit? Ecce habent Paulum; agnoscant in eo prius cogentem Christum et postea docentem, prius ferientem et postea consolantem. Mirum est autem quomodo ille, qui corporis pena ad evangelium coactus intravit, plus illis omnibus qui solo verbo vocati sunt in evangelio laboravit. Et quem maior timor compulit ad caritatem, eius perfecta caritas foras mittit timorem. Cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios ut redirent? Item contra Faustum. Non crudelitate sed dilectione Moyses populum flagellavit.

Quid crudele Moyses mandavit aut fecit, cum commissum sibi populum sancte zelans, et uni vero Deo subditum cupiens, prius quam cognovit ad fabricandum et colendum ydolum defluxisse, mentemque impudicam prostituisse demonibus, in paucos eorum vindicans gladio, quos Deus ipse, quem offenderant, alto et secreto iudicio feriendos voluisset, mox feriri, et in presentia salubriter terruit, et disciplinam in posterum sanxit. Nam eum nulla crudelitate sed magna dilectione fecisse quod fecit, quis non in verbis eius agnoscat orantis pro peccatis eorum et dicentis: Si dimittis illis pec

catum dimittere. sin autem delenimento delibutio.
Sic plane et apostolus non crudeliter sed amabiliter tra-
didit hominem sathane in interitum carnis ut spiritus
saluus sit in die domini ihesu. Tradidit et alios
ut discerent non blasphemare. Item innocentius.
Non imputatur fidelibus qui ex officio aut tormenta
Questum est super his exercent aut capitalem sententiam ferunt.
qui post baptismum administrauerunt et aut tormen-
ta sola exercuerunt aut sententiam capitalem protulerunt.
nichil de his legimus a maioribus diffinitum. Me-
minerant enim a deo potestates has fuisse permis-
sum. et dei ministrationem esse datum in huiusmodi iudices.
Quod quia reprehenderint factum quod auctore domino ui-
detur esse concessum. De his ergo ut actenus seruatum est
sic habeamus ne aut disciplinam euertere aut contra auctorita-
tem domini uenire uideamur. Ipsis autem in ratione redden-
da gesta sua omnia seruabuntur. Idem ad tolesanum
episcopum. Inmunis est dictator a culpa cuius legum
Illud etiam sciscitari uoluisti auctoritas in reos exercetur.
an principibus dictantibus liberius cedatur utrum
post baptismum regenerationem a principibus posci
mortem alicuius uel sanguinem de reatu. Quare
principes numquam sine cognitione concedunt. sed
ad iudices commissa ipsa crimina semper remit-
tunt ut causa cognita iudicet. Qui cum questioni
fuerint delegata aut absolutio aut dampnatio pro
negotii qualitate profertur. Et dum legum auc-
toritas in improbos exercetur erit dictator inmunis.
Item gregorius brunigilde regine francorum. In correcti-
Siquos quoque uiolentos. one malorum deus operis placatur.
siquos adulteros. siquos fures. uel aliis prauis actibus
studere cognoscitis. deum de eorum correctione
placare festinate. ut per uos flagellum perfidarum
gentium quod quantum uidemus ad multarum nationum
uindictam excitatum est non inducat. Ne si quod non
credimus diuine ultionis iracundia scelerorum
fuerit actione commota. belli pestis interimat quos
delinquentes a rectitudinis uia dei precepta non
reuocant. Idem genadio patricio et exarcho
affrice. Ecclesiastice religionis inimici et bellis
Sic excellentiam uestram sunt coercendi.
hostilibus bellis in hac uita dominus uictoriarum fe-
cit luce fulgere. ita oportet et inimicis ecclesie eius
omni uiuacitate mentis et corporis obuiare quatenus
eius ex utroque triumpho magis ac magis enitescat opi-
nio. Cum et forinsecus bellis aduersariis catholice
ecclesie pro christiano populo uehementer obsistitis et ecclesiastica
prelia sicut bellatores domini fortiter dimicatis.

Notum enim est hereticae religionis uiros si fieri quod ab-
sit suppetit nocendi licentiam contra catholicam fidem
uehementer insurgere quatenus heresis sue uene-
na ad tabem faciendam si ualuerint christiani corporis
membra transfundant. Cognouimus enim eos contra catholi-
cam ecclesiam domino ei aduersante colla subrigere
et fidem uelle christiani nominis inclinare. Sed — S. p. i. di. lx. Capitulo ...
eminentia uestra conatus eorum comprimat et subdas
eorum ceruices iugo rectitudinis premat. concilium uero
catholicorum episcoporum ammonendi precipite. Ut prima-
tem non ex ordine loci ponitis uero meritis faciant.
quoniam apud deum non gradus eleganter sed uite
melioris actio comprobatur. Ipse uero primas non passim — S. ii. Q. viii. Quamquam
sicut moris est per uillas sed in una iuxta eorum e- — S. di. lxxxi. C. i.
lectionem ciuitatem resideat. quatenus adepte dig- — S. di. lxx...
tatis meliori ingenio resistendi donatistis
possibilitas disponatur. Ex his ergo unum in die
siqui de sedibus apostolicam sedem uenire permit-
tite. et si quibuslibet eorum uiis contradicere putauerint
obuiate. Magna profecto excellentia uestra
apud creatorem gloria proficit. si per eam dispersarum ecclesiarum
potuerit societas restaurari. Cum enim largi-
ta munera ad nostris suis respice gloria reuocantur.
tanto largiora tribuit quanto per eam religionis
sue dignitatem uiderit ampliari. Soluentes
pietati patrie caritatis affectum domnum petimus
quod benedictum nostrum a comprimendo hoste forte effi-
ciat mente eius fidei zelo uelud mucrone gladii
uibrantis exacuat. Idem ad eundem.
Merito fidei bellorum paratur uictoria.
Si non ex fidei merito et christiane religionis gratia
tanta excellentie uestre bellicorum actuum
prosperitas eueniret. non miranda fuerat cum sci-
amus hec et antiquitus bellorum ducibus fuisse con-
cessa. Sed cum futuras deo largiente uic-
torias non carnali prudentia sed magis orationibus
preuenitis. ubi hic in stuporem ueniat quod gloria
uestra non terreno consilio sed deo desuper largiente
descendat. Ubi hec meritorum uestrorum loquax
non discurrit opinio. quod bella uos frequenter
appetere non desiderio fundendi sanguinis
sed dilatande causa rei publice in qua deum coli conspi-
cimus. ut christi nomen per subditas gentes
fidei predicatione non desidio circumquaque discur-
reret. Sic enim exteriora uos uiriliter opera e-
minentes in hac uita constituunt. ita et interna
morum conamina excordis mundo procedenti-
a in futuram uitam celestium gaudiorum

participatione glorificantur. Prima enim pro pascendis ovibus beato Petro apostolorum principis vilitatibus excellentiam vitam prestitisse dicimus, ita non parva loca patrimonii eius pro nudata cultoribus largitas dati laborum habitatoribus restaurasse. Quecumque igitur christianissima mente confertis bonorum retributionem presentem in futuro iudicio sustinetis.

Breviter monstratum est quod boni iuste laudabiliter persecuntur malos, et mali dampnabiliter persequuntur bonos. Illud autem apostoli: Tu autem quis es qui iudicas alienum servum, de occultis alienorum cordis intelligendum est. Quod vindicta inferri possit monstratum est. Nunc restat ostendere quod debeat inferri, et quod magis diligunt illi qui puniunt, quam qui inpunita relinquunt. Quod utrumque multorum auctoritate probatur. Ait enim Augustinus. Ad iram Deus provocatur, cum peccata punire differuntur.

Sicut ad eos quibus vehementer Deus offenditur si insequi vel ulcisci differimus, ad irascendum utique divinitatis patientiam provocamus. Nonne Achar filius Zare preterit mandatum Domini et super omnem populum Israhel ira Dei incubuit? Et ille erat unus homo, atque utinam solus perisset in scelere suo. Item Augustinus de sermone Domini in monte l. i. Vindicta que ad correctionem valet non est prohibenda.

Ea vindicta non prohibetur, que valet ad correctionem, que est ad misericordiam pertinens. Nec impedit illud propositum, quo quisque paratus est ab eo, quem correctum esse vult, plura perferre. Sed huic vindicte inferende non est idoneus, nisi qui odium quo flagrare soliti qui se vindicare desiderant dilectionis mansuetudine superavit. Non enim metuendum est ne odisse parvulum filium parentes videantur, cum ab eis vapulat peccans ne peccet ulterius. Et certe perfectio dilectionis ipsius Dei patris imitanda nobis proponitur, cum in sequentibus dicitur: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, et orate pro his qui vos persecuntur. Et tamen de ipso dicitur per prophetam: Quem enim diligit Dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit. Dicit et Dominus: Servus qui nescit voluntatem domini sui, et facit non digna plagis, vapulabit paucis. Servus autem qui scit voluntatem domini sui, et non facit digna plagis, vapulabit multis. Non igitur nisi ut vindicet cui rerum ordine potestas est data, et ea voluntate vindicet qua pater filium parvulum flagellat, quem per etatem non potest odisse. Hinc enim aptissimum exemplum datur, quo satis appareat posse peccatum amore potius vindicari, quam inpunitum relinqui, ut illum quem vindicat non pena miserum, sed correctione beatum esse velit, paratus tamen sit, si opus est, equo animo plura tollerare ab eo illicita, quem vult esse correctum, sive in eum habeat potestatem cohercendi, sive non habeat. Magni autem et sancti viri, qui iam optime sciant mortem istam, que animam dissolvit a corpore, formidandam non esse, secundum eorum tamen animum qui illam timerent, nonnulla peccata morte puniere. Quo et viventibus utilis metus incuteretur, et illis qui morte puniebantur non ipsa mors noceret, sed peccatum, quod augeri posset si viverent, diminueretur. Non temere illi iudicabant, quibus tale iudicium Deus donaverat. Inde est quod Helias multos morte affecit (ut sacerdotes baal), tam propria manu, quam igne divinitus impetrato (vel quinquagenarios). Quod et alii multi magni et divini viri eodem spiritu consulendo rebus humanis non temere fecerunt. De quibus cum exemplum dedissent discipuli, memorantes quid ab eo factum sit, ut et ipsis daret potestatem petendi de celo ignem ad consumendum eos qui sibi hospitium non prebuerant, reprehendit in eis Dominus non exemplum prophete sancti, sed ignorantiam vindicandi, que adhuc erat in rudibus, animadvertens eos non amore correctionis, sed odio desiderare vindictam. Itaque postquam eos docuit quid esset diligere proximum tamquam se ipsum, infuso etiam Spiritu sancto, quem .x. diebus completis post ascensionem suam desuper, ut promiserat, misit, non defuerunt tales vindicte, quamvis multo rarius quam in veteri testamento. Ibi enim ex maiori parte servientes timore premebantur, hic autem maxime dilectione liberi nutriebantur. Nam et verbis apostoli Petri Ananias et uxor eius, sicut in actibus apostolorum legimus, exanimes ceciderunt, nec resuscitati, sed sepulti. Item Augustinus contra Cresconium grammaticum l. i. Que veritati contraria sunt christianus persequi debet.

Quisquis christianus iniquum persequitur, christianus est inimicus. Verum dicis, si non hominem illum persequitur, quod christianus est inimicus. Neque enim Dominus in se ipso, pater in filio, martires in coniuge, cum sint utique christiani. Non debent persequi vitia christiane contraria veritati? Animi sunt qui persequuntur, non rei negligentie multo tenebuntur. Item Augustinus ad Macedonium. Quemadmodum homo debet diligere proximum sicut se ipsum.

Debet homo diligere proximum tamquam se ipsum, ut quem potuerit hominem beneficentie consolatione vel informatione doctrine vel discipline coher

S. di. xlv. Ecce

restat

S. c. Q. e. q. discipulos

Hic ostendit quosdam de apostolis malo zelo vindictam exercere velle.

J. xxxiii. Q. iii. C. viii.

J. c. Q. e. Duo ista nota

J. c. Q. viii. Petrus

tione adducat ad colendum deum. Ex his colligitur quod vindicta est inferenda non amore ipsius vindicte, sed zelo iustitie, ut non odium exerceat, sed pravitas corrigatur. Sed cum vindicta aliquando inferatur dampnis rerum, aliquando flagellis, aliquando etiam morte, queritur an sit peccatum iudici vel ministro reos morti tradere. C. a. v. Quod autem nulli liceat aliquem occidere, illo precepto probatur quo dominus in lege homicidium prohibuit dicens: Non occides. Item in euangelio: Omnis qui gladium acceperit gladio peribit. Item Augustinus ad Marcellinum comitem. De donatistis captis. Mali non sunt interficiendi sed flagellis emendandi. Circumcelliones illos et clericos partis donati, quos de yponensi ad iudicium pro factis eorum publice discipline cause deduxerat, a tua nobilitate comperi auditos, et plurimos eorum de homicidio quod in restitutum catholicum presbiterum commiserunt, et de cede innocentii alterius catholici presbiteri, atque de oculo eius effuso et digito preciso confessos fuisse. Unde mihi sollicitudo maxima incussa est, ne forte sublimitas tua censeat eos tanta legum severitate plectendos, ut qualia fecerunt talia patiantur. Ideoque his litteris obtestor fidem tuam quam habes in Christo, per ipsius domini nostri misericordiam, ut hoc nec facias nec omnino fieri permittas. Quamvis enim ab illorum interitu dissimulare possimus, qui non accusantibus nostris, sed illorum notoriis, ad quos tuende publice pacis vigilantia pertinebat, presentati videantur examini, nolumus tamen passiones servorum dei quasi vice talionis paribus suppliciis vindicari. Non quod scelestis hominibus licentiam facinorum prohibeamus auferri, sed hoc magis sufficere volumus, ut vivi et nulla parte corporis truncati, vel ab inquietudine insana ad sanitatis otium legum coercitione dirigantur, vel a malignis operibus alicui utili operi deputentur. Vocatur quidem et ista dampnatio. Sed quis non intelligat magis beneficium quam supplicium nuncupandum, ubi nec sevienti relaxatur audacia, nec penitendi medicina salutaris subtrahitur? Imple, christiane iudex, pii patris officium; sic succense iniquitati ut memineris humanitatis, ut non in peccatorum atrocitatibus exerceas ulciscendi libidinem, sed peccatorum vulneribus curandi adhibeas voluntatem. Noli perdere paternam diligentiam quam in ipsa

inquisitione servasti, quando tantorum scelerum confessionem non extendente eculeo, non sulcantibus ungulis, non urentibus flammis, sed virgarum verberibus eruisti. Qui modus coercitionis et a magistris artium liberalium et ab ipsis parentibus adhibetur, et sepe etiam in iudiciis solet ab episcopis haberi. Noli ergo atrocius vindicare quod lenius invenisti. Inquirendi quam puniendi maior necessitas est: ad hoc enim et mitissimi homines facinus admissum diligentius atque instantius examinare debent, ut quibus parcant inveniant. Idem Marcelliano. Preter supplicium mortis rei sunt puniendi. Pena illorum, quamvis de tantis sceleribus confessorum, rogo te ut preter supplicium mortis sit, et propter conscientiam nostram et propter catholicam mansuetudinem commendandam. Ipse enim fructus ad nos pervenit confessionis illorum, quia invenit catholica ecclesia ubi quod erga atrocissimos inimicos suos atque exhibeat lenitatem. In tanta quippe crudelitate quecumque preter sanguinem vindicta processerit, magna lenitas apparebit. Quod et si nostris quibusdam illa atrocitate commotis videtur indignum, et quasi dissolutionis et negligentie simile est, transactis tamen motibus animorum quietioribus facillime solet turbulentis excitatis egregie luculenta bonitas apparebit. Item de donato. Mali sunt prohibendi a malo et cogendi ad bonum. Unum solum est quod in tua iustitia pertimescimus, ne forte quoniam quecumque mala contra christianam societatem ab hominibus impiis ingratisque committuntur, profecto graviora sunt et atrociora quam si in alios committantur, tu quoque pro immanitate facinorum ac non potius pro lenitatis christiane consideratione censeas coercendum, quod te per ipsum Christum ne facias obsecramus. Et post pauca. Ex occasione terribilium iudicum et legum, ne eterni iudicii penas luant, corrigi eos cupimus, non necari. Nec disciplinam circa eos negligi volumus, nec suppliciis quibus digni sunt coherceri. Sic ergo eorum peccata compesce, ut sint quos peniteat peccasse. Et paulo post. Propterea si occidendos in his viros putatis, deterrebitis nos ne per operam nostram ad iudicium vestrum tale aliquid perveniat. Quo comperto in nostram perniciem licentiore audacia exardescent necessitate nobis pacata, ut etiam occidi ab eis eligamus quam eos occidendos vestris iudiciis inferamus. Idem. Quies ecclesie principum severitate iuvatur. Prodest severitas vestra cuius ministerio quies adiuvatur et nostra. Prodest intercessio nostra cuius ministerio severitas temperatur vestra. Non vobis displiceat quod rogamini a bonis, quia nec nobis quod timemini a malis. Nam hominum iniquitates et apostolus paulus non tantum iudicio futuro verum

Subaudiendum est: non habens potestatem ordinariam vel non fuit ei preceptum a vel habente iurisdictionem.

Infra. q. iii. Illud est

Confessionem scelerum verberibus extorquendam esse virgarum.

S. di. xlv. Cum beatus

q. S. filius mulieris israhelite et egyptii qui iurgatus in castris cum uiro israhelita blasphemauit nomen domini et maledixit ei. Qui adductus ad Moysen et in carcere prius reclusus, tandem domino iubente est lapidatus.

presidentibus, uiris scilicet sublimibus potestatibus tribuit asserens: et principes ad dispensationem diuine prouidentie pertinere. Omnis enim anima potestatibus sublimioribus subdita sit etc. Hec uerba apostoli utilitatem uere seueritatis ostendunt, quia sicut dilectionem insistentibus debemus quietem(?), ita dilectionem insistentibus debemus querere. Nichil nocendi cupiditate fiat, sed omnia consulendi caritate. Et nichil fiat inmaniter, nichil inhumaniter. Ita formidetur ultio cognitoris, ut non intercessoris religio contempnatur. Quia et plectendo et ignoscendo hoc solum bene agitur, ut uita hominum corrigatur. Quod si tanta est peruersitas et impietas, ut ad eam corrigendam nec discipline nec uenie remedia suffragantur, ab omnium intentione atque conscientia quamdiu uiuit(?) siue seueritate siue lenitate non nisi officium dilectionis impletur.

Item Ieronimus in Naum. **Non nulli puniuntur in presentiarum, ne in eternum flagellentur.**

Quid ergo atrocius dominum cogitamus? Ipse qui creauit mundum, et consumationem eius faciet. Quod dicitur(?) sibi ob(?) uidetur crudelis et rigidus et cruentus, quia in diluuio genus humanum deleuit, super Sodomam et Gomorram igne et sulphure pluit, Egiptios submersit fluctibus, Israelitarum cadauera prostrauit in heremo, scitote eum ad presens ideo reddidisse supplicia, ne in eternum puniret. Certe aut uera sunt que prophete locuntur, aut falsa. Si uera sunt, quod de seueritate eius uidetur dicere, ipsi dixerunt: Non iudicabit Deus bis in idipsum in tribulatione. Si autem falsa sunt, et falsum est hoc quod dicitur: Non consurget duplex tribulatio, falsa est ergo et credulitas que in lege scripta est. Quod si uerum esse negare non poterit, dicente propheta: Non iudicabit Deus bis in idipsum in tribulatione, ergo qui puniti sunt, postea non punientur. Si autem postea punientur, scriptura mentitur, quod dicere nefas est. Receperunt ergo et qui in diluuio perierant, et Sodomite, et Egiptii, et Israelite in solitudine mala sua in uita sua. Queratur aliquis, si fidelis deprehensus in adulterio decolletur, quid de eo postea fiat. Aut enim punietur, et falsum est hoc quod dicitur: Non iudicabit Deus bis in idipsum in tribulatione, aut non punietur, et optandum est adulteris, ut in presentiarum breui et cita pena crucientur, ut effugiant eternos. Ad quod respondebimus: Deum ut omnium rerum ita suppliciorum quoque scire mensuras, et non preueniri sententia iudicis, nec illi in peccatorem exercende deinceps pene auferri potestatem, et magnum peccatum magnis diuturnisque luere cruciatibus. Si quis autem punitus sit, ut ille in lege qui Israelitis maledixit, et qui sabbato

ligna collegerat, tales non puniri postea: quia culpa leuis presenti supplicio conpensata sit. Item Gregorius.

Quare rei sunt sanguinis ab ecclesia debent defendi.

Reos sanguinis defendat ecclesia, ne effusione sanguinis particeps fiat.

Hinc apparet quod mali sunt cohercendi flagellis, non membrorum truncatione uel corporali morte plectendi. Sed obicitur quod constat ad Moysen: Maleficos non patieris uiuere. Item: Qui coierit cum iumento, morte moriatur. Adulterium uero et blasphemie crimine notatum misericorditer lapidari iubetur. Item Moyses qui legem acceperat, cultores idoli morte puniuit. Samuhel Agag pinguissimum in frusta concidit. Fineesque Iudeum cum Madianita coeuntem gladio transfixit, quod ei reputatum est ad iustitiam. Similiter non nullum(?) utique inueniuntur malos trucidasse, non transgressores legis sed defensores appellantur. Prohibetur ergo illo precepto quisque sua auctoritate in necem alicuius armari, non legis imperio reos mortificare. Qui enim potestate functus ipsius legis imperio malos perimit, nec illius precepti transgressor nec a celesti patria alienus habetur. Unde Augustinus ad Publicolam.

De occidendis hominibus. **Ex officio non peccatum est homines occidere.** ne ab eis quisque occidatur, non mihi placet consilium, nisi forte sit miles, aut publica functione teneatur, ut non pro se hoc faciat, sed pro aliis uel pro ciuitate, ubi etiam ipse est, accepta legitima potestate, si eius congruit persone. Qui uero repelluntur aliquo terrore ne male faciant, et ipsis fortasse aliquid prestatur. Hinc autem dictum est: Non resistamus malo, ne nos iniuria delectet que alieno malo animum pascit, non ut correctionem hominum negligamus. Unde nec rei sunt mortis aliene, qui cum sue possessioni murorum ambitum circumduxit, aliquis ex ipsorum usu percussus interit. Neque enim reus est christianus, si bos eius aliquem feriendo, uel equus calce iaciendo aliquem occidit. Alioquin non debent christianorum boues cornua habere, aut equi ungulas, aut dentes canes. An uero quoniam apostolus Paulus satis egit ut in tribuni notitiam perferretur insidias sibi a quibusdam perditis paratas, et ob hoc deductores acceperit armatos, si in illos scelerati homines incidissent, Paulus in effusione sanguinis eorum suum crimen agnosceret? Absit ut ea que propter bonum ac licitum facimus aut dabimus, si quid per hoc preter nostram uoluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputetur. Alioquin nec ferramenta domestica aut agrestia sunt habenda, neque quis ex eis se uel alium interimat, nec arbores plantande

B. uiii. c. Utrumque aliud in tua(?)
Q. xiiii. q. v. hu(?) ... mali(?)

Postquam plenarie iudicat aliquem pro peccato non iterum iudicabit eum pro eodem, si penituerit et uoluntarie sufferet penam ipsam.
D. xxv. Car. uiii. c. Auctoritas. [illegible]

separantur(?)

Ga rege uel a preposito. rege concedente, concede(?) uel tacite dicitur cum non contradicit.

In lomb. de pauperie c.

E qui iurauerant quod non comederent neque biberent nisi prius eum interficerent.

Cum filii israel in solitudine inuenissent quendam colligentem ligna in sabbato, obtulerunt eum Moysi, et ex precepto domini est lapidatus.

C. xvi. q. i. Illa cauenda

ne quis ex eis se in se puniendo non sinendo facienda ne per hanc sequi quisquam perpetret. Et quid plura commemorem? Quid est in usu hominum bono ac liberto ubi non possit penitentie inrogari?

Se ipsum autem perimere nulla legis auctoritate alicui permittitur. Unde Augustinus libro I. de civitate Dei.

Qui Deo auctore bella gesserunt preceptum non occidendi nequaquam transgressi sunt.

Si non licet alicui privata potestate hominem occidere vel innocentem, cui occidendi licentiam lex nulla concedit, profecto etiam qui se ipsum occidit homicida est, et tanto fit nocentior cum se occiderit, quanto innocentior in ea causa fuit, qua se occidendum putavit. Nam si Iude factum merito detestamur, eumque veritas iudicat cum se laqueo suspendit, scelerate illius traditionis auxisse potius quam expiasse commissum, quoniam Dei misericordiam desperando exitiabiliter penitens nullum sibi salubris penitentie locum relinquit, quanto magis a sua nece se abstinere debet, qui tali supplicio quod in se puniat non habet? Iudas enim cum se occidit sceleratum hominem occidit, et tamen non solum Christi, verum etiam sue mortis reus finivit hanc vitam, quia licet propter scelus suum, alio tamen suo scelere occisus est. Cur autem homo qui nichil mali fecit sibi male faciat, et se interficiendo hominem interficiat innocentem, ne alium patiatur nocentem, atque in se perpetret peccatum proprium, ne in eo perpetretur alienum? Item. In sanctis canonicisque libris nobis nusquam divinitus preceptum permissumve reperiri potest, ut vel ipsius adipiscende immortalitatis vel ullius carendi cavendive mali causa nobis metipsis necem inferamus. Nam et prohibitos nos esse intelligendum est, ubi lex ait: Non occides, presertim quia non addidit proximum tuum, sicut falsum testimonium cum vetaret: Falsum, inquit, testimonium non dices adversus proximum tuum. Nec ideo tamen si adversus se ipsum quisque falsum testimonium dixerit, ab hoc putaverit se crimine alienum, quoniam regulam diligendi proximum a se ipso accepit qui diligit, quandoquidem scriptum est: Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Porro si falsi testimonii non minus reus est qui de se ipso falsum fatetur, quam si adversus proximum hoc faceret, cum in eo precepto quo falsum testimonium prohibetur adversus proximum prohibeatur, possitque non recte intelligentibus videri non esse prohibitum ut adversus se ipsum quisque falsus testis assistat, quanto magis intelligendum est non licere homini se ipsum occidere, cum in eo quod scriptum est: Non occides, nichil deinde addito, nec ipse utique cui precipitur intelligatur exceptus. Iterum. Non occides nec te nec alterum. Neque enim qui se occidit aliud quam hominem occidit. Quasdam vero exceptiones eadem ipsa divina fecit auctoritas. Sed his exceptis quos Deus occidi iubet sive data lege, sive ad personam pro tempore expressa iussione, non autem ipse occidit, qui ministerium debet iubenti, sicut adminiculum gladius utenti, et ideo nequaquam contra hoc preceptum fecerunt quo dictum est, Non occides, qui Deo auctore bella gesserunt, aut personam gerentes publice potestatis secundum eius leges, hoc est iustissime rationis imperium, sceleratos morte punierunt. Et Abraham non solum non est culpatus crimine crudelitatis, verum etiam laudatus est nomine pietatis, quod voluit filium nequaquam sceleratus, sed obediens occidere. Et merito queritur utrum pro iussu Dei sit habendum, quod Iepte filiam que patri occurrit occidit, cum id se immolaturum vovisset, quod ei victori redeunti de prelio primitus occurrisset. Nec Samson aliter excusatur, quod se ipsum cum hostibus ruina domus oppressit, nisi quia Spiritus latenter hoc iusserat, qui per illum miracula faciebat. His igitur exceptis quos vel lex iusta generaliter vel ipse fons iustitie Deus specialiter occidi iubet, quisquis hominem vel se ipsum vel quemlibet occiderit, homicidii crimine innectitur. Item de civitate Dei. Hoc asserimus, hoc modis omnibus approbamus, neminem spontaneam mortem sibi inferre debere, velut fugiendo molestias temporales, ne incidat in perpetuas. Neminem propter aliena peccata, ne hoc ipso incipiat habere gravissimum proprium. Neminem propter sua preterita peccata, quibus magis in hac vita opus est, ut possint penitendo sanari. Neminem velut desiderio melioris vite, que post mortem speratur, quia reos sue mortis melior post mortem vita non suscipit. Item contra Petilianum. Nemini licet sibi manum inicere.

Tu dixisti, Laqueo traditor periit. Itaque cum talibus reliquit hanc non odio non puniri. Neque enim venerari nomine martyrum eos quis collum ligaverit. Item Ieronimus in Ionam prophetam.

Non est nostrum mortem arripere, sed illatam De eodem. ab aliis libenter accipere. Unde et in persecutionibus non licet propria perire manu, absque eo ubi castitas periclitatur, sed percutienti colla submittere. Item ex concilio Bracarensi. Nulla fiat oratio pro illis qui se ipsos interficiunt.

Placuit ut hi qui sibi ipsis voluntarie aut per ferrum aut per venenum aut per precipitium aut per suspendium vel quolibet modo inferunt mortem, nulla illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadavera

immortalitatis ipsius cavendi

nisi quia

deducantur. Multi enim sibi per ignorantiam usurpant. Similiter de his placuit fieri qui pro suis sceleribus moriuntur. C. Si imperatores fuerint subaudiatur. Unde Augustinus in libro de civitate Dei ait. Non est reus homicidii miles

Miles cum obediens potestati sub qua legitime constitutus est hominem occidit, nulla civitatis sue lege reus est homicidii, immo nisi fecerit reus est imperii deserti atque contempti. Quod si sua sponte voluntate atque auctoritate fecisset, crimen effusi humani sanguinis incidisset. Itaque unde punitur si fecisset iniussus, inde punietur nisi fecerit iussus. Item Ieronimus in questionibus Exodi. Homicida est qui sponte occidit.

Cum minister iudicis occidit eum quem iudex iussit occidi, quem iudex iussit occidi pro affectu suo sponte facit homicida est. Et si eum occidat quem sciat a iudice debuisse occidi. Item. Sicut in milite laudatur obedientia, ita reprehenditur quod sibi non concessa usurpat.

Lex etiam tamen medio quodam loco posuit. pater. aliquando vim in eis usurpandis merito reprehenditur audacia, in exequendis vero laudatur obedientia: Abraham si spontaneus in occidendo filio motus fuisset, execrabilis haberetur; at ubi iussu Dei obsecundans famulatur. Idem in questionibus super Matheum. Bono animo officia vindicte possunt impleri.

Officia vindicte possunt impleri bono animo quo iudex quo lex. Idem ad Macedonium. Iniquus non est serviens qui etiam persequitur ut homo

Non est iniquitatis sed potius humanitatis nemini libet. tatis societate devincitur quippe qui peccati est criminis persecutor, ut sit hominis liberator. Item. Quare sit instituta regia potestas.

Non frustra enim sit instituta regia potestas, ius cognitoris, ungule carnificis, arma militis, disciplina dominantis, severitas etiam boni patris. Habent ista omnia modos suos, causas, rationes, utilitates. Hec cum timentur, et mali coercentur, et boni quietius inter malos vivunt. Item. Nunquid potius peccat qui causa mortis

Cum homo ab homine occiditur. pro eo quam ille qui occidit. Interest distat utrum fiat nocendi cupiditate vel temeritate aliquid auferendi, sicut fit ab inimico, sicut a latrone, an ulciscendi vel obediendi ordine, sicut a iudice, sicut a carnifice, vel evadendi vel subveniendi necessitate, sicut interimitur latro a viatore, hostis a milite. Et aliquando qui causa mortis fuit potius in culpa est quam ille qui occidit; velut si quispiam decipiat fideiussorem

suum atque ille pro isto supplicium [legitimum] luat. Non tamen omnis qui causa alicuius mortis est reus est; velut si stuprum quispiam petat seseque si non impetraverit interimat. Quod si filius timens patris plagas verbera precipitio perierit? Quid si alius homine liberato vel ne alius liberetur sibi ipsi mortem inferat? Num propter istas alienas mortes causas a sceleribus consentiendum est, an vindicta peccati que non fit nocendi sed corrigendi studio, et paterna tollenda, an opera misericordie cohibenda sunt? Hec cum acciderint debemus eis humanum dolorem, non propulsare ne accidant recte factorum reprimamus voluntatem. Item Ysidorus.

Quod sacerdotes efficere sermone non valent, discipline terror potestatis extorqueat.

Principes seculi nonnunquam intra ecclesiam potestatis adepte culmina tenent, ut per eandem potestatem ecclesiasticam disciplinam muniant. Ceterum intra ecclesiam potestates necessarie non essent, nisi ut quod non prevalet sacerdotes efficere per doctrine sermonem, potestas hoc impleat per discipline terrorem. Sepe per regnum terrenum celeste regnum proficit, ut qui intra ecclesiam positi contra fidem et disciplinam agunt, rigore principum conterantur. Ipsamque disciplinam quam ecclesie utilitas exercere non prevalet, cervicibus superborum potestas principalis imponat, et ut venerationem mereatur, virtute potestatis impertiat. Cognoscant principes seculi deo se debere esse reddituros rationem propter ecclesiam quam a Christo tuendam accipiunt. Nam sive augeatur pax et disciplina ecclesie per fideles principes, sive solvatur, ille ab eis rationem exigit, qui eorum potestati suam ecclesiam credidit. Item Leo papa. Et regia et sacerdotalis defendat auctoritas quod ad divinam confessionem

Res omnes auctoritate esse non possunt nisi que ad divinam pertinent confessionem, et regia et sacerdotalis defendit auctoritas. Item ex Turonensi. Sacerdotalis admonitio quos corrigere non valet incestuosi secularis potentia corrigat.

Incestuosi, parricide, homicide multi apud nos reperiuntur, sed aliqui exultant sacerdotum noluerint admonitionibus aurem accommodare, volentes in pristinis perdurare criminibus, quos oportet per secularis potentie disciplinam a tam prava consuetudine coherceri, qui per salutifera sacerdotum monita noluerint revocari. Item Ieronimus super Ieremiam. Malos comprimere et bonos sublevare regum officium est.

Regum officium est proprium facere iudicium atque iustitiam, et liberare de manu calumniantium vi oppressos, et peregrino pupilloque et vidue, qui facilius opprimuntur a potentibus, prebere auxilium, et

Ex utroque capitale crimen ... ille de fide ... q fide iubeat pro eo quod ille ... sit probaturus. ille vero fugiat, et fideiussor puniatur.

S. di. xcv.
S. di. x. Q...
S. xi. Q. i. ...
J. Lomb. ...
et comites ...
S. di. x. ...

J. xxxv. Q. vii.
C. ...
S. di. xxviii.

ut curam eius preceptorum dei maiorem inciperet. intulit. nolite contristare uiri solliciti pratis: sine patiamini quod uiduarum uerentia cucurrat eos ab aliis contristari. et sanguinem innocentem non effundatis in loco isto. Homicidas et sacrilegos et cetera. Et pauca. Sunt quidem hec fecimus o reges iuda tenebitis pristinam potestatem. C. Ipsis autem principibus et potestatibus fidem et reuerentiam seruari oportet. quam quidem exhibuisse apud dominum primitia inuenire non potuit. Unde ieronimus.

Eterna fraudatur mercede qui fidem et reuerentiam potestatibus seruare contempnit.

J. e. c. Jer. homicida

C. qui impr. int. In lomb. de off. Supra xi. Q. i. Si tributum. Supra e. Q. iiii. Ab imperatore. J. e. Q. e. homicida

Si uero carnales dominos in minoribus fideles fuerint. incipientes apud dominum maiora committi. ornat autem domini doctrinam quia eam quae dictionis sue aptas facit. uel e diuerso confundit eam quando est subiectus moribus. quam condicio sua displicet quasi dicitur. quam fraudator fidem bonam ostendit in nullo. Quomodo enim potest fidelis esse in substantia dei qui carnali domino fidem exhibere non potuit. Item ambrosius in libro de patriarchis. uar.

Dicat aliquis *Militaris disciplina regi omnia seruari iubet* cum ipse uicerit quod dicit abraam a rege sodomorum nichil sumam abs te. cum preda utique in potestate uictoris fuit. docet militarem disciplinam ut regi seruentur omnia. Sane his qui secum fuissent in adiutorium fortasse societatis partem emolumenti tribuendam asserit. tanquam mercedem laboris. Ideoque quoniam mercedem ab homine non quesiuit. a deo accepit. sic legimus scriptum. quia post hec uerba factum est uerbum domini ad habraam in uisu dicens. Noli timere abraam ego protegam te. et merces tua erit magna ualde.

C. Preterea sic principibus et potestatibus fidem et reuerentiam exhibere cogimur. ut secularium dignitatum aministratoribus defensionem ecclesiarum necessitas incumbit. quam si facere contempserint ab omni communione sunt repellendi. Unde iohannes viii. *Querimonias ecclesiarum qui in dignitatibus*

S. di. xcvi. C. ut. S. di. lxxxvii. C. i. et ii. S. e. Q. iiii. Ab imperatore.

Administratores plane secularium *agunt attenti debent audire.* dignitatum qui ad ecclesiarum tuitionem pupillorum ac uiduarum protectionem rapaciumque refrenationem constituti esse procul dubio debent. quotiens ab episcopis et ecclesiasticis uiris conuenti fuerint eorum querimonias attentius audiant. et secundum quod necessitas expetierit absque negligentia examinent. et diligenti studio corrigant. Quod si diuinum timorem postposuerint non bene negligentes post secularia tenentia am-

monitione muniti fuerint. omnes se nouerint communione usque ad condignam satisfactionem priuatos. Item ieronimus super iohel. *Contrarie fortitudines non solum homines sed etiam ultrices ire dicuntur.*

Non solum homines ministri sunt et ultores ire dei his qui malum operantur. unde non sine causa gladium portant. sed et contrarie fortitudines que appellantur furor et ira dei. Item ieronimus super ysaiam. *Qui crudeles iugulat non est crudelis sed potius patientibus ut*

Non est crudelis qui crudeles iugulat. sed *deterior* crudelis patientibus esse uidetur. Nam latro suspensus patibulo crudelem iudicem putat. Item ieronimus super ezechielem libro ii. *Minister est domini qui malos percutit*

Qui malos percutit in eo quod mali sunt. *in eo quod mali sunt.* et habet uasa interfectionis ut occidat pessimos. minister est domini. Item ieronimus super epistolam ad galatas libro ii. J. e. c. pentr.

Non scelus admittit qui homine uincit iudex

Iudex non est auctor sceleris homines uinciendo. Item ieronimus super ieremiam. *Non sanguinem fundit qui homicidas*

Homicidas et sacrilegos et *uenenarios punit.* uenenarios punire non est effusio sanguinis sed legum ministerium. Item ciprianus. *Principes seculi persecutoribus*

Si audieris in una ex *diis parcere non debent.* ciuitatibus quas dominus deus tuus dabit tibi inhabitare illos dicentes. eamus et seruiamus diis alienis quos non nostis. interficiens necabis omnes qui sunt in ciuitate cede gladii succendens ciuitatem igni. et erit sine habitatione in eternum. non reedificabitur. ut auertatur dominus ab indignatione ire sue. et dabit misericordiam tibi et miserebitur tui. et multiplicabit te si exaudieris uocem domini dei tui. et obseruaueris precepta eius. Cuius precepti et uigoris memor mathathias interfecit eum qui ad aram sacrificaturus accesserat. Quod si ante aduentum christi ea dominum colendi et ydola spernenda hec precepta seruata sunt. quanto magis post aduentum christi seruandas. quando ille ueniens non solum uerbis ortatus sit nos. sed et factis. Item augustinus contra petilianum. *Tribulationum flagellis aliquando perfidia castigatur.*

Ad fidem nullus est cogendus inuitus. sed per seueritatem immo et per misericordiam dei tribulationum flagellis solet perfidia castigari. Numquid quia mores optimi libertate uoluntatis eliguntur. ideo mores pessimi non legis integritate puniuntur? Sed tamen male uiuendi ultrix disciplina posita est. non cura precedens bene uiuendi doctrinam pretendat. Sicque qui aduersus leges

construxit sunt. non eis bn̄facē cogimini

sed male facere phibemini. Nam bn̄facē nemo

p̄ n elegit n amauit. q̄ ē in libera uoluntate.

Cū aliquid ad uos leges constituunt. ad

moniti uos ccdere. ū cogitetis q̄r ista patia

mini. Si pro iusticia. recta illi psecutores uñ

sunt. uos aūt beati qui psecutionē passi pro

iusticia quia possidebitis regnū celorum. Si aūt

pro iniquitate scismatis uñ. illi quid ē cor

rectores uri sunt. uos aūt sicut ceti diūsorum sce

lerū rei. qui penas legibus pendunt. pfecto

infelices 7 in hoc et in futuro sc̄lo. Itē.

Iniuria sacerdotum x a regibus ē iudicanda.

Si pp̄ea psecutor n fuit nabuchodonosor q̄

scel' in scōm danihelē cōmissū uindicauit

iustissime. quō uindicandū ē a regibus q̄x

sacerdota exsufflantur super membra quia impi

culū missas. sicut uindicari meruerunt. Itē.

Dilectissimi rectores s̄ qui malos s ū amat'.

Si uos ecclām x alteram effugati psecuntur:

crexisse 7 x amita unitate q toto orbe dif

funditur. sacrilego scismate separatoē ē 7 x cor

pori q. ē eccā toto orbe diffusa rebaptiza

do 7 blasfemādo 7 q̄ntū potestis oppugnando. x suasionis scā 7 c.

scpta ā iunat. uos impu atq; sacrilegi estis. illi aūt qui uo

pro tanto scelere tā leuiter dāpno x admonitionibus

l' locorū l' bonorū l' pecunie puatione d̄t̄m̄o

7 cohibendos decernit. Ut cogitantes q̄r ista

patiamini sacrilegiū urm cognitū faciatis

7 ab eterna dāpnatione liberemini. Diligitis

sunt rectores 7 piissimi consultores deputant.

Itē s Ier eplam iobis. N amat filius l' seruus

Non putes te amare seruū tuū. cū n corripit.

q̄n eū n cedis. aut tunc amare filiū tuū. q̄n

n das disciplinā. aut tunc amare uicinū tuū

q̄n n corrigis eū. Non ē ista caritas sed langor.

Ferueat caritas ad emendandū ad corrigendū.

sis boni mores delectent. sis mali emendent.

Itē s inter de ciuitate dī. Innocentis officiū est

nulli nocere 7 peccata punire.

Non ē innocentie. parcendo sinere ut in maliū

grauius incidat. Pertinet g ad innocentis offm

n solū in nemini malū inferre. uerum 7 cohi

bere peccm l' punire peccm. ut ad ipse q pro odio

babet corrigatur exemplo aut alii terreantur exē

plo. Itē s alecanū. N ē misericors qui uitiis nu

triendis parcit tendis parcit.

Q uiuitiis nutriendis parcit 7 fauit. ne contristet peccantiū uoluntatē. tā

n ē misericors quā qui n uult cultrū rapē

puero ne audiat plorantē. 7 n timet ne uul

neratū doleat l' extinctū. Itē Ieronimus sup eplā

ad romanos. Enormia flagitia p seclū iudices

Sunt q̄dā enormia flagitia q̄ potius corripiant.

p mundi iudices quā p antistites 7 rectores

ecclarum uindicantur. Sicut ē cū quis infidelis

pontificē. aplicū. epm. presbrm suū diacon.

hmoi reos. reges 7 principes mundi. dāp

nāt. Q̄ n sine cā gladium portant q̄ talia sce

lera diiudicant. Sunt enī maxime constituti

pro homicidas. raptores. ut illos dāp

nent. 7 alios suo timore cōpescant. Itē

ciprian in nouo gñe abusionis. Furta 7 c

crimina a lege sunt cohibenda.

Iudex debet furta cohibere. adulteria punire. 7

impios de terra pdere. parricidas 7 periuros

n sinere uiuere. filios suos n sinere impie

agere. Itē aug de libero arbitrio. l. i. N peccat ex offō

Si homicidiū ē hominē q nocentē interficit.

occidere p occidit aliqñ sine peccō. Nā 7 miles

hostē. 7 iudex l' minister eius nocentē 7 an forte

inuito atq; imprudenti telū manu fugit n mihi

uidentur peccare. cū hominē occidunt. Sed

n 7 homicide appellari solent ista. Itē in q̄onibus

leuitici. Dū homo iuste occiditur lex eū

occidit n tu. Itē pelagi pp. Non qui a dbo

num sed qui ad malū cogit psequitur.

Non uos bominum uaniloquia retardent dicentium.

quia psecutionē eccā faciat. dum l' ea q̄ cōmit

tuntur reprimit l' animarum salutē requirit. Er

rant hmoi rumoris fabulatores. N psequitur

n qui ad malū cogit. Qui uo malū l' factū iā

punit l' phibet ne fiat n psequitur iste sed diligit.

Nā si ut illi putant nemo n repetendus a malo.

n retrahendus ad bonum ē. humanas ac diuinas

leges necesse ē euacuari. q̄ 7 malis penā 7 bonis

p̄mia tributa suadente constituunt. Malū aūt scis

ma esse 7 per exteras potestates hmoi opprimi de

bere homines 7 canonice scripture auctoritas. 7 patrum

nrorum nos regularum ueritas docet. Quisquis g

ab aplicis diuisus ē sedibus: in scismate eū ee n

dubiū ē 7 contra uniūsalē eccā altare conatur e

rigere. Sed quod de talibus in s̄ cū calcedonensi

sinodo canon statuat. gl̄a uestra consideret ut p

alia sic dicit. Qui contra comune fidem spn̄dit

7 collectā facit. 7 altare constituit. 7 noluit uo

canti epō consentire. 7 noluit eius acquiescere

S. xxvi. Q. iiii. § sub. i. xxv. c. ult.

S. v. Q. v. Noo osculat

S. p. i. di. xxx. Siquis exe.

neque obedire, et post tercio uocatum. Hunc
omnino damnari, nec umquam uel orationem mereri
nec recipere eum posse honorem. Si enim permanserit
turbas faciens et sediciones ecclesie, per exteriorem
potestatem tamquam sediciosum comprimi. Et Augustinus
de talibus dicit. Multa tamen cum quadam benignia
quadam asperitate plectendis agenda sunt, quorum potius
utilitati consulendum est quam uoluntati.
Nam in corripiendo filium quamuis aspere numquam
amor paternus amittitur. Fit tamen quod nolit et doleat,
qui etiam inuitus uidetur dolore sanandus. Ecce ui-
detis quemadmodum tanta testimonio patris
non persequebatur cohibendo talia, sed diligat emen-
dandosque tales semper ecclesia. Facite ergo uos qui
scientes institutionem christianitatis uestre frequenter
hortamini, et date operam ut talia fieri uestre non licet
ut. Sic ergo uobis facillimum esse non dubito, huiusque
talia presumpserunt ad piissimum principem sub
digna custodia dirigantur. Recolere enim de-
bet celsitudo uestra quid pro uos deus fecit tempore illo
quo et Ystria et Venetias tiranno totila possiden-
te, Francis etiam cuncta uastantibus, non ante tamen
mediolanensem episcopum fieri permisistis, nisi clemen-
tissimo principi ex cum retulissetis et quid
fieri debuisset eius tamen scriptis recognouissetis
et inter utrasque ferientes hostes. Rauennam tamen
qui ordinabatur et qui ordinaturus erat, prout
diuina clementia uestri deducti sunt. Idem Narse
patricio. Scismaticos et hereticos seculi potestates
De Liguribus atque Veneticis et Ystriis episcopis coherceant.
quod dicam quos idonea est excellentia uestra et de et
potestate reprimere, et dimittatis eos irrite apostoli-
carum sedium de sua rusticitate gloriari. Cum si quos
eos de iudicio uniuersalis synodi que Constan-
tinopoli per primam nuper elapsam indictionem
actum est. Forte mouebat ad sedem apostolicam
quod semper factum est. Electis aliquibus de suis
qui dare et accipere rationem possint, dirigere debuerunt.
Et non clausis oculis corpus Christi domini nostri hoc est sanctam
ecclesiam lacerare. Nolite ergo dubitare huiusmodi
homines principali [uel iudiciali] auctoritate comprimere, quos regule
patrum hoc spiritualiter constituerunt, ut si quis ecclesiastica of-
ficia per causam subiectus est restiterit uel seorsum col-
legerit aut aliud altare erexerit, seu scisma fecerit,
iste excommunicetur atque dampnetur. Quod si forte et hoc
contempserit et permanserit diuisiones et scismata
faciendo per potestatem exteriorem [eas] opprimatur. Ecce
quod animus uester forte timidus est, ne persequendam

ris de patrum uobis auctoritate habui dirigen-
da curaui. Cum multa et alia exempla et constitu-
tiones sint, quibus euidenter agnoscatur ut facientes
scissuras in sancta ecclesia non solum exilio sed et prescrip-
tione rerum et dura custodia per publicas potestates debe-
ant cohiberi. Idem. Ab ecclesie unitate diuisi secula-
Quam nos de gloria ribus potestatibus coherceantur.
ab apostolica communione secludi in hac etate persistens
dampnationem. defunctus est. absolutionem quam superstes
non quesiuit omnino non meruit. mortuus iam non potest impetrare. Si
quidem ipsis apostolis christi uoce delegatum est. Que ligaueris
super terram et cetera. Ceterum de eo qui in diuino est iudicio
constitutus nobis fas non est aliud decernere. preter id in quo eum
dies supremus inuenit. Atque ideo non ei nomen refuta
to cunctisque consortibus hec erroris cum illo parti fecerunt par
ticipare debetis in se omnino puritate quam maiores
nostri semper abbreuiata magno opere seruauerunt polliu
tionem discretam. Item leo papa. Dampna
tionis sententiam quicumque meruerit excepto. siue in suo
consensu uoluerit permanere. nullus potuit relaxare.
His auctoritatibus probatur. quod uiuentes non mor

Q. II.

S. xi. q. iii. gest. greg.

S. xi. q. iii. Sane q.

Incorrigibil' dapnationis sententia relaxari non pot.

S. xi. q. iii. q

vivos solvere possumus vel ligare. Verum hoc non de omni crimine intelligendum est. Sunt enim crimina de quibus et post mortem accusari possunt quilibet vel dampnari, veluti heresis. Unde in prima actione quinte synodi legitur: Heretici et post mortem sunt excommunicandi.

C. de maleficis et hereticis. Manich.

Sane profertur a quibusdam qui dicunt oportere post mortem hereticos anathematizari, et sequitur in hoc doctrinam sanctorum patrum. Qui non solum viventes hereticos condempnaverunt, sed et in mortuos sicut eos qui iniuste condempnatis revocaverunt post mortem. Tamen sacris dictis semper servatur quod factum est in Iohanne et Flaviano religioso memorie episcopis Constantinopolitanis. Item in actione V. Augustinus ait: Si forte iste liber ista designat traditorem suum sicut Dominus designavit Iudam, legatur eis non ausum eum expressisse vel Cecilianum vel ordinatores eorum de libro fuisse traditores, tamen eos anathematizavit quos ipse eum videri certum credidisse. Que ipsum recitata sunt Augustini sancte memorie, consulunt statui, et enim ab initio in ecclesia. Impium enim iam dogma in culpa tum est condempnatum, et eos qui tali dogmati obnoxii sunt anathematizari vult ecclesie traditio, licet in mortui extiterint. Et ipse sancte memorie Augustinus dicit: Si in ipsum inventum esset Ceciliani de his que inferunt ei, et post mortem eius illum anathematizo. Presente multi episcopi congregati, et quedam de ecclesiasticis causis ad ecclesiasticum statum pertinentibus disponentes, de ipsis statuerunt defunctis qui suas facultates hereticis relinquunt, ut et post mortem anathemati subiciantur. Sunt autem et Augustini sancte memorie epistole dicentes, quod si qui in vita sua non recte sapuerint, licet non condempnati fuissent adhuc viventes, tamen demonstrato peccato et isti post mortem anathemati subiciantur. Item similiter que Ceciliano obiecta sunt, et nobis aliquando possint monstrari, ipsum mortuum anathematizemus. Item Dicis licere mihi et de mortuis iudicare, qui dicunt non tantum de vivis, sed et de mortuis fieri solet. Item Rabula sancte memorie episcopus Edissene civitatis, qui in sacerdotibus resplenduit, Theodorum Mopsuestenum post mortem in ecclesia anathematizavit. Item Romanorum in ecclesia ante paucos annos Dioscorum, qui fuit papa eiusdem ecclesie, et post mortem anathematizavit, cum non in fide peccasset. Et nos scivimus hic qui degimus Rome, et maxime qui de regionibus existunt, quod in eadem Dioscoro communicatores permanserunt usque ad eius mortem. Item Si ad tempora Theophili sancte memorie vel superius aliquis recurrerit, et Origenem post mortem inveniet anathematizatum. Quod et in isto fecit vestra sanctitas, et Vigilius religiosissimus papa fuit antiquioris Rome. Item sancta synodus dixit: Sufficiunt que dicta et relata sunt ecclesiasticam traditionem demonstrare, quod oportet hereticos et post mortem anathematizari. Item in actione IIII. sancta synodus dixit: Augustini sancte memorie qui inter episcopos Africanos splenduit diverse epistole recitate sunt, significantes quod oportet hereticos et post mortem anathematizari. Talem autem ecclesiasticam traditionem et alii Africani reverentissimi episcopi servaverunt. Sed et Romana sancta ecclesia quosdam episcopos et post mortem anathematizavit, licet pro fide in vita sua non essent accusati, et utrumque apud nos habita gesta significant.

Origenes post mortem anathematizatus est.

Q. III.

[C] Quod autem pro peccato alicuius tota familia excommunicanda sit, multorum exemplis probatur. Pro peccato namque Sodomitarum parvuli eorum, qui beneficio etatis paterna flagitia nesciebant, celesti igne consumpti. Item pro peccato Amalechitarum non solum parvuli eorum, sed et bruta animalia usque ad mingentem in pariete iussa sunt a Domino deleri. Item Dathan et Abiron auctores scismatis fuerunt contra Moysen et Aaron, nec tamen ipsi soli, sed et omnis substantia eorum cum parvulis descendit in infernum. In novo etiam testamento non numquam peccatis exigentibus generis pestilentia desevisse legitur, que illos etiam involvit qui peccati conscientiam non habebant. Si ergo tam sevissime pro peccatis parentum inveniuntur parvuli puniti, nulli dubium est quin pro peccatis eorundem sententia excommunicationis parvuli feriri valeant. His ita respondetur: pro peccatis parentum parvulos corporaliter flagellari, ex verbis evangelii apparet, ubi discipuli de ceco nato interrogasse Dominum: Rabbi, quis peccavit, hic aut parentes eius, ut cecus nasceretur? In quibus etiam illud comprobatur, quod Dominus ait ad Moysen: Ego sum Deus zelotes, visitans peccata patrum in filios usque in tertiam et quartam generationem. Spiritualiter autem peccatis parentum parvuli non tenentur, ex quo per sacramentum regenerationis ab originali peccato fuerint emundati. Unde per Ezechielem Dominus dicit: Anima que peccaverit, ipsa morietur. Filius non portabit iniquitatem patris, et pater non portabit iniquitatem filii. Iustitia iusti super eum erit, et impietas impii erit super eum. Que

S. xxiii. Q. iii. C. Ex his

S. i. Q. iiii. ec

S. i. Q. iiii. Iud

aig(?) et pecca parentes

cuique in peccati parentes commiserunt ex quo filius plur ab eis separatus fuerit, ei non imputatur ad penam. Unde peccato Ade ideo omnes posteri tenentur, dicuntur, quia nondum aliquis ex illo in natura vel fuerat propagatus(?) seminatus. Qui autem apud deum non sententia sacerdotum, sed vita reorum queritur, patet quod non est notandus sententia quem peccati macula non inficit. Hinc etiam Paulus Corinthiis scribens ait: Si quis frater nominatur fornicator aut avarus aut idolis serviens, cum eiusmodi nec cibum sumere debetis. Ex quibus verbis datur intelligi, quod nisi prius aliquis fuerit notatus de crimine, id est vel coram iudice accusatus et convictus, vel in iudicio ipse de se fuerit confessus, quod nec sententia est feriendus, nec ab eius communione est abstinendum. Non ergo pro alicuius peccato tota familia excommunicanda est. Unde Augustinus scribit ad Auxilium episcopum.

Pro peccato patris non est filius anathematizandus.

Si habes de hac re sententiam certis rationibus vel scripturarum testimoniis exploratam, nos docere digneris quomodo recte anathematizetur pro patris peccato filius, aut pro mariti uxor, aut pro domini servus, aut quisquam in domo etiam nondum natus. Si eo tempore quo universa domus est anathemate obligata nascatur, nec ei possit per lavacrum regenerationis in mortis periculo subveniri. Neque enim hec fuit corporalis pena, qua legimus quosdam contemptores dei cum suis omnibus, qui eiusdem impietatis participes fuerunt, pariter interfectos. Tunc quippe ad terrorem viventium mortalia corpora perimebantur quandoque utique moritura. Spiritualis autem pena qua fit quod scriptum est: Que ligaveritis super terram erunt ligata et in celo, animas obligat, de quibus dictum est: Ut anima patris ita anima filii mea est. Anima que peccaverit ipsa morietur. Audisti fortassis aliquos magni nominis sacerdotes cum domo sua quempiam anathematizasse peccantem. Sed forte si essent interrogati, repperirentur idonei inde reddere rationem. Ego autem si quis a me querat utrum id recte fiat, quid ei respondeam non invenio. Numquam hoc facere ausus sum, de quorundam facinoribus immanissimis in ecclesia perpetratis non gravissime commoverer. Sed si tibi quomodo iuste fiat dominus revelavit, nequaquam iuvenilem etatem tuam et honoris ecclesiastici rudimenta contempno. Senex ecce a iuvene et episcopus tot annorum a collega necdum anniculo paratus sum doceri, quomodo possim vel deo vel hominibus iustam reddere rationem, si animam innocentem pro scelere alieno, quod non trahit ex Adam in quo omnes peccaverunt, spirituali supplicio puniamus. Et enim Clasiciani filius et si traxit ex parte noxam primi hominis sacro fonte baptismatis expiandam, tamen quicquid postquam eum genuit peccati pater eius admisit, ubi particeps ipse non fuit, cur cum eo puniatur quis ambigit? Quid dicam de coniuge? Quid de tot animabus universe familie? Unde si una anima per istam severitatem qua tota domus ista anathematizata est, sine baptismate de corpore exeundo perierit, innumerabilium mors corporum, si de ecclesia homines innocentes violenter abstrahantur et interficiantur, huic dampno non potest comparari. Si igitur de hac re potes reddere rationem, utinam et nobis rescribendo prestes, ut possimus et nos. Si autem non potes, quid tibi est inconsulta commotione animi facere, unde si fueris interrogatus rationem rectam non vales invenire? Hec autem dixi, ut si filius meus Classicianus aliquid admisit quod tibi anathemate plectendum iustissime videtur.

Ut ergo ex hac auctoritate evidentissime monstratur, illicite excommunicatur quis pro peccato alterius, neque ratione nititur qui pro peccato unius in totam familiam sententiam fert excommunicationis. Illicita autem excommunicatione notatum non ledit sic excommunicantem. Unde Gregorius scribit Magno episcopo Mediolanensi.

Illicite aliquem excommunicans semetipsum non illum dampnat.

Contra opinionem quidem Laurentii quondam fratris et coepiscopi nostri, nullis te culpis extantibus, communione privatus es. Ideoque hac precepti nostri auctoritate munitus officium tuum securus perage, ideo non est sententia aliquid sumere formidine. Item Ieronimus in Levitico.

Qui non corde set ore maledicit labiorum immunditiam ...

Qui negligit oris maledictionem sue cohibere, tu domine reseca. Et si non corde maledicat, tamen immunditiam labiorum suorum sibi vel ubi tamen quamvis ... contra oris incurrit. Item. Iniusta non sententia quelibet ligat vel solvit.

Si quis non recto iudicio eorum qui presunt ecclesie depellatur et foras mittatur, si ipse antea non exiit, hoc est si non ita egit ut mereretur exire, nichil leditur in eo quod non recto iudicio ab hominibus videtur expulsus. Et ita fit ut interdum ille qui foras mittitur intus sit, et ille foris qui intus videtur retineri. Item Rabanus de pressuris ecclesiasticis libro primo. De eodem.

Non in perpetuum dampnamus cum iuste iudicamus.

C. di. xc. c. vlt.

C. di. xxxviii. c. vlt.

C. i. Q. iii. Iudei ...

Quis hic cum tota familia ... non debeo excommunicato sine peccato excommunicare. v. C. xi. Q. iii. Quam multos

Manus dampnum esse sine baptismo unam animam de corpore exire quam innumerabiles innocentes de ecclesia abstrahere ...

... recepisse de altari forcipe carbonem quo purgavit labia ...

Dicente psalmista: Nec damnabit eum cum iudicabitur illi. Multi sacerdotum culpa zelo dei se persequi profitentur: sed dum discrete hoc sacrilegii facinus incurrunt, et dum precipites quasi ad emendandum ruunt, ipsi quoque multo magis deterius cadunt. Item ex concilio Parisiensi tempore Lodoici. Qua pena feriatur qui illicite aliquem excommunicat.

De illicita excommunicatione lex Romana catholicorum imperatorum, quam probat et servat catholica ecclesia, constitutione .c.xxiiii. cap. ccc.l.i. decrevit: Nemo episcopus excommunicet aliquem antequam causa probetur, propter quam ecclesiastici canones hoc fieri iubent. Si quis autem adversus eam aliquem excommunicaverit, ille quidem qui excommunicatus est maioris sacerdotis auctoritate ad gratiam sancte communionis redeat. Is autem qui legitime non excommunicavit, in tantum abstineat a sacra communione tempus quantum maioris sacerdoti visum fuerit, ut quod iniuste fecit, ipse iuste patiatur. Et hinc sanctus Gregorius ad Iohannem episcopum iniuste excommunicantem inter cetera scripsit dicens: Cassatis prius atque ad nichilum redactis prefate sententie tue decretis, ex beati Petri apostolorum principis auctoritate decernimus .xxx. dierum spatio sacra communione privatum ab ipso deo nostro tanti excessus veniam cum summa penitentia ac lacrimis exorare. Quod si hanc sententiam nostram te cognoverimus non implesse, remissius non iam tantum iniustitiam, sed contumaciam fraternitatis tue cognoscas, iuvante domino, severius puniendam. Quia nemo proprie (?) proposite, scilicet non commonitus et convictus est iudicandus. De excommunicatione autem huiusmodi impiorum manifestorum criminum lex dicit: Quicumque tribus auctoritatibus iudicis convictus vel tribus edictis fuerit a iudice provocatus, aut una pro omnibus peremptoria, quod dicitur causam extinguit, fuerit vocatus et presentiam suam apud iudicem cui adquiescendum denuntiatum est exhibere noluerit, adversus eum quasi in contumacem proferatur iudicatum. Quin immo retractari nec per appellationem negotium possit, quoniam qui est in contumacem fuerit iudicatum. Et hanc sententiam de tribus auctoritatibus convictus ex euangelica veritate celestinus ad Nestorium dicens: Et ephesina synodus decreto decernens, et beatus Gregorius ad Iohannem scribens (?) de excepto (?) africanum conventus (?) demonstrans de eisdem, vero si conventus resipiscere destitit suo contemptu et sua contumacia faciente, auctoritate iudiciaria a communione excludatur. Et item beatus Gregorius de sententia in contumacem scribens ad Maximum pro

suptorem (?) Salonitanum episcopum dixit: Hortamur ut ad nos venire omni postposita excusatione festines, quatinus servata iustitia hec quibus accusaris recognoscentes, districte secundum canonicam institutionem Christo revelante possimus. Hoc facto ad veniendum amplius iam moras non ingeras, ne magis in parte absentia obnoxium hec que dominus assignet (?). Et nos iure hereses predicta crimina non solum que purgare subterfugis, sed etiam pro inobedientie culpa durius sentias vel in contumacem cogat ex concilio ferre iudicium. Item Origenes super Iudicum. Quod iniusta sententia ab ecclesia aliquem eicit.

Cum aliquis exit a veritate, a timore, ad eam reducendi, a fide, a caritate, exit de castris ecclesie, etiam si per episcopi vocem minime abiciatur. Sicut econtrario aliquis non recto iudicio foras mittitur, sed si ante non exiit, id est non egit ut mereretur exire, nichil leditur. Interdum enim qui foras mittitur, intus est, et qui foris est, intus videtur retineri. Item Aug. Et qui aperto sacrilegio et quasi publica vita fidelibus non sociatur, ad ecclesiam non pertinere probatur.

De illis quis ab ecclesia segregati non diceret ea que spiritus non percipientes, ne ad scientie perceptionem referretur, sed dictum est spiritum non habentes. Hi utique non dicerentur nisi segregatis ab ecclesia qui dicti sunt spiritum non habentes. Sed nec ille dicendus est esse in ecclesia et ad istam societatem spiritus pertinere, qui ovibus ficto corde miscetur. Sanctus enim spiritus discipline effugiet fictum. Neque enim ad ecclesiam pertinent qui separationis aperto sacrilegio manifesti sunt, sed et illi qui in eius unitate corporaliter mixti, pessima vita separantur. Item ex quinta synodo. A deo separamur.

Certum est quod quicumque impius de quo sic impios demonstramus monstratus est, omnino separatus est a deo. Sic et ille qui anathematizatus est tamquam impius separatur. Nichil enim aliud significat anathema, nisi a deo separationem. Illicita igitur excommunicatio ut ex premissis apparet non ledit eum quem notat, sed eum qui notat. Ac per hoc qui innocentes sunt, excommunicationis carmine condempnari non possunt, sicut ab imprudentibus familie potentum pro peccatis dominorum consueverunt notari. Sed adhuc obicitur quod non solum innocentem, sed nec criminosum sententia maledictionis sit feriendum. Ait enim Christus in evangelio: Orate pro persequentibus et calumniantibus vos. Benefacite his qui oderunt vos. Item apostolus: Benedicite persequentibus vos; benedicite, et nolite maledicere. Item maledici regnum dei non possi

debuit. Item eiusdem in epistola xxiii. Ab omni maledic-
S. di. l. ... Si igitur michaeli to fideles immunes esse oportet.
non fuit ausus diabolo. et certe maledictione
dignissimo. iudicium inferre blasfemie. quan-
to magis nos ab omni maledicto puri esse
debemus. Merebatur diabolus maledictum.
sed per os archangeli blasphemia exire non de-
buit. Relege veteres libros. et vide que tribus in
monte garizim constitute sunt. ut benedi-
cerent populo. et que in monte alio. ut maledicerent.
Ruben qui maculaverat thorum patris
et zabulon novissimus filius lie. et ancilla-
rum ubi in monte ebal ponuntur ut maledi-
cant his qui maledictione digni sunt. Item in
t. iudicii. Quid significet quod ad benedictionem quidam, quidam ad ma-
ledictionem.

Cum ergo in singulis quibusque
fidelium specialis ponitur varietas benedictionum designa-
ri videtur in eo loco. quod dimidii illi qui iux-
ta montem garizim incedunt. illum qui ad bene-
dictionem electus est. istos figuraliter indicant.
qui non metu pene sed benedictionum et repromis-
sionum desiderio veniunt ad salutem. Illum
dimidii qui iuxta montem gebal incedunt.
in quo maledictiones proferuntur. istos alios indicant
qui malorum metu et suppliciorum timore exempla atten-
dentes que in lege scripta sunt pervenerunt in salutem.

Sed quia persecutoribus iussit orare primo pa-
rentes pro transgressione mandati mortis male-
dicto percussit. Cayn quoque qui a prime prevaricationi
fratricidium adiunxit. sententiam maledictionis
a domino reportavit. Abrae quoque dixit dominus. male-
dicam maledicentibus te. et benedicam benedicentibus tibi. In
evangelio etiam cum esuriens venisset ad ficum non inve-
niens fructum in ea. sua maledictione perpe-
tua sterilitate ipsam dampnavit. Item noe cum
verenda sua a cham detecta cognosceret filium eius
chanaan maledixit dicens. Maledictus chana-
an sit servus servorum suorum. Item ysaac cum benedice-
ret filio suo iacob ait. Qui maledixerit tibi.
sit ille maledictus. et qui benedixerit tibi. benedic-
tionibus repleatur. Item sic in libro numerorum legitur
moyses ex precepto domini .xii. tribus filiorum israel.
in duas partes divisit. et sex tribubus iussit
ut iuxta montem garizim incedentes male-
dictionem transgredientium legem vociferarent.
Aliis vero precepit ut iuxta alium montem incedentes.
benedictiones observantium inclamarent.
In novo testamento petrus apostolus symoni legitur male-

dixisse cum ait. Pecunia tua tecum sit in perdi-
tione. Paulus quoque qui dixerat. Benedicite et
nolite maledicere. fornicatorem corinthium
iussit excommunicari. Item in alia epistola ait. Si
quis non fuerit secutus doctrinam domini nostri ihesu christi sit
anathema maranatha. Item galathis. Si an-
gelus de celo veniens aliud vobis evangelizaverit
anathema sit. Distinguendum est igitur inter ma-
ledictum quod prohibetur. et maledictum quod a domino et sanctis
viris rationabiliter profertur. Maledictum quod prohibetur
est illud quod procedit ex voto ultionis. quod dico per-
sequentes non ex amore iustitie. maledictum vero quo
maledicunt sancti est illud quod procedit ex amore iusti-
tie. non ex livore vindicte. Unde gregorius in moralibus
libro iiii. Sancti viri non ex voto ultionis sed ex amore iustitie

Cum sancti viri maledictionis aliquos maledicti
sententiam proferunt. non in hanc ex voto ultionis
sed ex iustitie examine prorumpunt. Intus enim sub-
tile iudicium respiciunt. et mala foris surgen-
tia qua maledictione ferire debeant cognoscunt.
et eo maledicto non peccant. quo ab intimo iudice
non discordant. Item scriptura sacra duobus modis ma-
ledictum memorat. Aliud videlicet quod approbando. ali-
ud quod dampnando. Aliter enim maledictum profertur iu-
dicio iustitie. ut in ipso primo peccante prolatum
cum audivit. Maledicta terra in opere tuo etc. Et
sicut abrae dicitur. Maledicam maledicentibus tibi.
Aliter vero profertur maledictum quod non iudicio iusti-
tie sed livore vindicte promittitur. a quo voce pa-
uli predicantis cessare admonemur qui ait.
Benedicite et nolite maledicere. Item pelagius papa angel-
lio episcopo. Errantes et in errorem mittentes ex-
plicite auctoritatis exemplo condempnantur.

Audivimus errare antiquum et in errore mittentem.
Ipse tradimus esse satane ut blasphemare dedi-
scat. Item anacletus papa. Delinquentes corrigantur

Tam sacerdotes a sacerdotibus: incorrigibiles iuniti excommunicentur.
quam reliqui fideles omnes summam debent habere curam
de his qui pereunt quatinus eorum redargutione
aut corrigantur a peccatis. aut si sunt incorrigibiles
apparuerint. ab ecclesia separentur. Item gregorius. Sed a
l. iii. amotione imposita excommunicationis sententia

De excommunicationis articulo quem tum in presbiterum procedat.
tradimus quod secundo libro tertio. iam vero tradita exne-
cessitate subiecta est beatitudo vestra in mittendo
quia cum paulus apostolus dicat in promptu habentes
ulcisci omnem inobedientiam. Item ieronimus.
Mali ab ecclesia sunt eliminandi.

S. di. l. ...
In evangelio mathei
S. ii. Q. vii. Sententia ...
S. i. C. vi.
S. xi. Q. iii. Si ...
S. ... Q. iii. Certum est
S. v. Q. ii. C. i. ... ii.

et candescit putride carnes, et scabiosa a caulis ovium repellenda, ne tota domus, massa, corpus et pecora ardeat, corrumpatur, putrescat, intereat. Arrius in Alexandria una scintilla fuit, sed quoniam non statim oppressus est, totum eius orbem flamma populata est. Item Augustinus. Pro diversitate culparum subditi a prepositis suis corripiantur.

Corripiantur itaque a prepositis suis subditi correctionibus de caritate venientibus pro culparum diversitate vel minoribus vel amplioribus; quia et ipsa que dampnatio nominatur, quam facit episcopale iudicium, qua pena in ecclesia nulla maior est, potest, si Deus voluerit, in correctionem saluberrimam cedere atque proficere. Neque enim scimus quid contingat sequenti die, aut ante finem huius vite de aliquo desperandum est, aut contradici Deo potest ne respiciat et det penitentiam, et accepto sacrificio spiritus contribulati cordisque contriti a reatu quamvis iuste dampnationis absolvat, dampnatumque ipse non dampnet. Pastoralis tamen necessitas habet, ne per plures serpant dira contagia, separare ab ovibus sanis morbidam, ab illo cui nichil est inpossibile ipsa forsitan separatione sanandam. Nescientes enim quis pertineat ad predestinatorum numerum, quis non pertineat, sic affici debemus caritatis affectu, ut omnes velimus salvos fieri. Item Prosper. Qui corrigi noluerint, excommunicationis ferro debent abscidi.

S. vi. Q. i. Si sacerdos. ce. S. xxiii. Q. iiii. Cum quis. ce

Ecce autem crimina quorumlibet, si ipsis criminosis confiteri nolentibus, unicuique claruerint, que cuique non fuerint patientie lenimedicamento sanata, vel ut igni quodam pie increpationis urendas et curanda. Quod si nec sic quidem egrotantes sustinentis ac pie increpantis medelam perpessi ut mei sint (?), quod divi potestati et salubriter obiurgati corrigi noluerint, tamquam putride corporis partes debent ferro excommunicationis abscidi, ne sicut caro morbo emortua si abscisa non fuerit salutem reliquę carnis sue putredinis contagione corrumpit, ita isti qui emendari despiciunt et in suo morbo persistunt, si in omnibus depravatis in sanctorum societate permanserint, eos exemplo sue perditionis inficiant. Item Nicholaus papa Lothario regi. Excommunicandus est qui duas simul uxores habere presumit.

S. Q. i. c. vlt.

An non districta ultione feriendus es, qui in duabus uxoribus adulterium Lamech et flagitium imitatus esse dinosceris? Quod Dominus noster per has lxx vii generationes (significatione non in) suo salutifero adventu delevit. Cum Cayn fratricidium vii generatione

Peccatum Lamech sive caym fugeat peccatum humani generis.

aliquis abolitum sit cataclismi. Item ex concilio Agathensi. Falsi testes et homicide communione priventur.

Itaque censuimus homicidas et falsos testes a communione ecclesiastica submovendos, nisi penitentie satisfactione crimina admissa diluerint. — S. xxii. Q. v. Sic. ce — S. i. Dno seo meriusq; (?)

Item ex concilio Toletano I. Excommunicetur potens qui clericum pauperem vel religiosum spoliare presumit.

Si quis de potentibus clericum aut quemlibet pauperiorem aut religiosum expoliaverit, et mandaverit eum ad se venire episcopus, et ille contempserit, invicem mox scripta percurrant per omnes provincie episcopos, et quoscumque adire potuerint, ut excommunicatus habeatur et predo, donec obediat et reddat aliena. — S. xvii. Q. iiii. Si quis suadente

Item Calixtus papa. Communione privetur qui Romipetas et peregrinos vel mercatores molestare presumpserit.

Si quis Romipetas et peregrinos apostolorum limina et aliorum sanctorum oratoria visitantes ceperit seu rebus quas ferunt spoliaverit, vel mercatores novis teloneorum et pedaticorum exactionibus molestare voluerit, donec satisfecerit communione careat christiana. — J lomb. de hered. (?) c. ii.

Item Urbanus. Excommunicetur qui oratores ecclesiis bonaque ecclesiarum et personas ibidem servientes infestare presumit.

Patrum nostrorum traditionum exemplis commoniti pastoralis officii debitum persolventes ecclesias cum bonis suis tam personis quam possessionibus, clericos videlicet ac monachos eorumque conversos, oratores quoque cum suis nec non omnium rebus quas ferunt tutos et sine molestia esse statuimus. Si quis autem contra hoc facere presumpserit, et post quam facinus suum recognoverit, infra dierum spatium xxx competenter non emendaverit, a liminibus ecclesie arceatur, et anathematis gladio feriatur. Item Nicholaus papa omnibus episcopis. Qui oratoribus, pauperibus, inermibus, peregrinis, feminis malum obviaverit excommunicetur.

Illi qui peregrinos vel oratores cuiuscumque sancti, sive clericos, sive monachos vel feminas, aut inermes pauperes depredati fuerint, vel bona eorum rapuerint, vel in malum eis obviaverint, anathematis vinculo feriantur, nisi digne emendaverint. Pax vero illa quam treugam Domini dicimus, sic observetur sicut ab archiepiscopis et episcopis unicuique provincie constituta est. Qui autem eam infregerit excommunicationi subdatur. C.

Qui autem de hereticis sermo habetur, videndum est quid intersit inter scisma et heresim, et qui sint heretici, et que sint hereticorum secte. Differentiam autem inter scisma et heresim Ieronimus in epistola ad Galathas assignat dicens. Scismatici et heretici differre dicuntur.

Inter heresim et scisma hoc esse arbitrantur, quod heresis p

[ad]versum dogma habet. Scisma post episcopalem dissensionem ab ecclesia separatur pariter. G. Quod in principio aliqua ex parte intelligi potest diversum. Ceterum nullum scisma non sibi aliquam heresim confingit, ut ab ecclesia recte recessisse videatur. Unde autem heresis dicatur, in prefata eadem Ieronimi diffinitione dicens. Unde heresis dicatur.

Heresis grece ab electione dicitur, quod scilicet eam sibi unusquisque eligat disciplinam quam putat esse meliorem. Quicumque igitur aliter scripturam intelligit quam sensus spiritus sancti flagitat, a quo conscripta est, licet ab ecclesia non recesserit, tamen hereticus appellari potest, et de carnis operibus est eligens que peiora sunt. Qui vero heretici proprie dicantur, Aug. ostendit dicens. Qui proprie dicantur heretici.

Quid sit hereticus.

Hereticus est qui alicuius temporalis commodi et maxime glorie principatusque sui gratia falsas ac novas opiniones vel gignit vel sequitur. Ille autem qui huiusmodi hominibus credit, imaginatione quadam veritatis illusus est. Idem. Non sunt heretici qui non sua audacia sed aliena seducuntur in errorem.

S. iii. q. i. § int.

Dixit apostolus: Hereticum hominem devita post primam et secundam correctionem, quia subversus est huiusmodi et peccat in semetipso dampnatus. Sed qui sententiam suam quamvis falsam atque perversam nulla pertinaci animositate defendunt, presertim quam non audacia sue presumptionis pepererunt, sed a seductis atque in errorem lapsis parentibus acceperunt, querunt autem cauta sollicitudine veritatem, corrigi parati cum invenerint, nequaquam sunt inter hereticos deputandi. Item Leo. Magistri erroris existunt qui veritatis disciplinam contempnunt.

S. di. xxxvii. Rel.

Quid autem iniquius quam impia sapere et sapientioribus doctoribusque non cedere? Sed in hanc insipientiam cadunt qui, cum ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur obscuro, non ad propheticas voces, non ad apostolicas litteras, nec ad evangelicas auctoritates, sed ad semetipsos recurrunt, et ideo magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli non fuerunt. Item Aug. contra Manicheos. Heretici qui proprie sint: qui perverse contumaciter defendunt.

Qui in ecclesia Christi morbidum aliquid pravumque sapiunt, si correcti ut sanum rectumque sapiant resistunt contumaciter, suaque pestifera et mortifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt, heretici sunt. Item Urbanus papa. Errante dampnabilior est qui defendit errorem.

S. xi. q. iii. c. Consentire

Qui alterius defendit errorem detior est eo qui errat.

Qui aliorum errorem defendit, multo est dampnabilior illis qui errant, quia non solum ille errat, sed etiam aliis offendicula erroris preparat et confirmat. Unde quia magister erroris est, non tantum hereticus, sed etiam heresiarcha dicendus est. Item Ieronimus. Qui in mendacio veritatem immutant patrum terminos transferre probantur.

Transferunt terminos quos posuerunt patres eorum, qui immutant in mendacio veritatem, et aliud predicant quam ab apostolis acceperunt. Idem. De hereticis manifestum est, quia sophismatibus suis et arte dialectica sepe opprimant ecclesiasticos. Idem. Veteres scrutans istorias invenire non possum scidisse ecclesiam et de domo Domini populos seduxisse, preter eos qui sacerdotes a Deo positi fuerant et prophete, id est speculatores. Isti ergo vertuntur in laqueum tortuosum in omnibus locis ponentes scandalum. Item Leo papa. Abiciantur qui adversariorum tuentur pravitatem.

Illud sane plurimum non displicet significatio dilectionis tue, cum eos quidam esse dicuntur qui adversariorum conveniant pravitati, et eis sane vasis munde vasa misceantur; quibus investigandis et se veritate convincendis debita diligentia vigilanter insiste, ut his quibus prodesse non potuit correctio, non parcat abscisio. Oportet enim vos evangelici meminisse mandati, quo ab ipsa veritate precipitur, ut si nos oculus aut pes aut dextera scandalizat, avulsum manu a compage corporis auferatur. Quia melius sit his instrumentis carere membris, quam cum ipsis in eterna ire supplicia. Nam si fluo extra ecclesiam positi resistimus, si ab his qui intra nos sunt in eis quos decipiunt vulneramur: abicienda prorsus pestifera hec a sacerdotali rigore patientia est, que sibi ipsi in peccatis aliorum parcendo non parcit. Item ex Cartaginensi iiii. Et sodalitates et convivia hereticorum clerici vitare debent.

S. xx. q. iii. v. Sed forte c. i. ce.

Clericus hereticorum atque scismaticorum tam convivia quam sodalitates evitet. Equitur eorum conventicula non ecclesia sed conciliabula sunt appellanda. Cum eis neque orandum est neque psallendum. Item Gelasius papa. Canonum observatores cum hereticis nullum debent convenire etiam.

Cum quibus erat sinodus ineunda? Catholici pontifices fuerant undique iam depulsi. Soli remanserant socii perfidorum, cum quibus nec iam licebat habere communionem, dicente propheta: Non sedi cum consilio vanitatis, et cum iniqua gerentibus non introibo. Nec ecclesiastici moris est cum his q[ui]

pollutam habuit comunione cum mixta qui cum
perfidis misceri concilium. Recte igitur per calcedo
nensis sinodi formam huiusmodi prevaricatio
repulsa est quam potius ad concilium uocata. quia non
operatur post primam sinodum non cum talibus haberi licebat.
Ideo canonum magistris atque custodibus. nobis
nullum fas est inire certamen cum hominibus communionis
aliene. It. ex epistola urbani pape. Non credimus se potius
Notandum: obedire eug(enium) qui a malo excommunicatur.
Quia quidam dicunt nos euangelicam parabolam nos
facere. ut dum zizaniam non eradicandis domini precep.
cum aliquos excommunicatione dignos excommunicationi su
biecimus. Et aiunt in sermone aug(ustini) hoc dici eo illo
co ubi ait. quia non est precidenda unitas. sed in
dissuasu mali non abiciendi. Quibus hoc primum re
spondendum est. Si heretici et mali homines excom
municandi non sunt. quare ipse pater aug(ustinus) cum legatis sancte ro
mane ecclesie et cum sanctis episcopis suis pelagium et ce
lestinum nouam heresim in sancta dei ecclesia introdu
centes excommunicauit. et ab ecclesia dei separauit.
Quare ipsos doctores ecclesie qui ista et multa his
simulia loquuntur. tam ipse quam omnis ecclesia dei ex
communicatos habuit. Et non prius penitentiis
et per manus impositionem reconciliati essent eis ne
quaquam communicabat. Ideo ipse dominus qui hec parabo
lice hic enarrat. aperte alibi excommunicationem fi
eri iubet dicens. Frater qui corripitur ab ecclesia et
non obedit. sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Unde appa
ret liquido aliud esse excommunicationem et aliud era
dicationem. Qui enim excommunicatur ut apostolus ait. ad hoc excommunicatur
ut spiritus saluus sit in die domini. Disciplina enim est excommunicatio
non eradicatio. non forte contemptu et superbia excom
municati perierint. It. aug(ustinus) (con)t(ra) iulianum. Diuina ma
Deus quibus ma ledictio meritum maledicendi significat.
ledicit meritum designat eius cui maledicit.
et sententiam promit ut potest que non fallit neque
peccati qualitas neque peccantis affectus. homo qui
hoc non potest scire neque potuit intequam alium. alius ui de
agnoscere potest. Ideo contra insiudicantis et sententi
am promitas interuitu proferat maledictum.
non potest esse maledicendi causa. ubi ignorat peccatis
affectus. maxime cum humanum uitium. et sciat
maledicta proferre. cum forte conuitiis aut
iniuriis prouocatur. Quod uitium resecare uo
lens apostolus. ne maledictis maledicta. et
uitiis conuitia prouocemus. mandatum necessarium
ponit ut benedicamus. quod conuitianti uitium rese
cet. non quod iudicandi uitas quam hoc est latius pronu

tiandi auctoritas primatur. Secte
uero hereticorum que sint. et unde nomina acceperint. hy
sidorus. viii. libro ethimologiarum. cap. v.
determinat dicens. Quot sint secte hereticorum.
Quidam autem heretici qui de ecclesia recesserunt ex nomine
suorum auctorum nuncupantur. Quidam uero
ex causis quas eligentes instituerunt.
Simoniaci a simone dicti magice discipli
ne perito. cui petrus in actibus apostolorum maledixit
pro eo quod ab apostolis spiritus sancti gratiam pecunia emere
uoluisset. Hii dicunt creaturam non a deo esse. sed a
uirtute quadam superna creatam. Menandam
a menandro mago discipulo symonis
nuncupati. qui mundum non a deo sed ab an
gelis factum asserit. Basilidiani a basilide ap
pellati. qui inter reliquas blasphemias pas
sum ihesum abnegauit. Nicolaite dicti ab
a nicolao ecclesie ierosolimorum. qui cum
stephano et ceteris constitutus est a petro. qui propter
pulcritudinem relinquens uxorem dixit. ut qui
uellet eam uteretur. uersa est in stuprum talis consue
tudo. ut inuicem coniugia commutarent. quos
iohannes in apocalipsi improbat dicens. Sed hoc habes
quod odisti facta nicolaitarum. Gnostici propter ex
cellentiam scientie se ita appellare uoluerunt. Ani
mam naturam dei esse dicunt bonum et malum
deum suis dogmatibus fingunt. Carpogratiani
a carpocrate quodam uocantur. qui dixit christum hominem
fuisse tantum. et de utroque sexu progenitum. Cerin
tiani a cerintho quodam nuncupati. hii inter
cetera circumcisionem obseruant. mille annos post
resurrectionem in uoluptate carnis futuros
predicant. Unde et grece cilliaste. latine miliaci
asserunt appellati. Nazarei dicti quia
deum christum qui a uico nazareus est appellatus filium
uero dei confitentur. omnia tamen ueteris legis custo
diunt. Ophyte a colubro nominati sunt. Coluber
enim grece ophy dicitur. Colunt enim serpentem di
centes ipsum in paradiso induxisse uirtutis
cognitionem. Valentiniani a ualentino
quodam platonico sectatore uocati. qui eonas
id est secula quedam in origine dei creatoris induxit.
Christum quoque de uirgine nichil corporis assumpsisse
sed per eam quasi per fistulam transisse asserunt. Ap
pellite quorum auctor appelles princeps fu
it qui creatorem angelum nescio quem gloriosum
superioris dei faciens deum legis israel illum ignem
affirmans. qui dixit christum non deum inuitare. sed

S. ii. Q. i. certa
S. xi. Q. iii. Audi

S. di. xv. c. i.

hominem in fantasia apparuisse. Erconciaci a principibus appellantur, qui universitatem quam Deus condidit opera esse archangelorum defendunt. Adamiani vocati quod Adae imitentur nuditatem. Unde et nudi orant, et nudi inter se mares feminaeque conveniunt. Caiani proinde sic appellati quoniam Cain adorant.

Sethiani nomen acceperunt a filio Adae qui vocatus est Seth, dicentes eum esse Christum. Melchisedeciani vocati pro eo quod Melchisedech sacerdotem Dei non hominem fuisse, sed virtutem Dei esse arbitrantur. Anglici vocati quia angelos colunt. Apostolici hoc sibi nomen ideo praesumpserunt, quod nichil possidentes proprium nequaquam recipiant eos qui aliquid in hoc mundo utuntur. Cerdoniani a Cerdone quodam nominati, qui duo contraria principia asserunt. Marcionistae a Marcione Stoico philosopho appellati, qui Cerdonis dogma secutus alterum bonum, alterum iustum Deum asseruit, tamquam duo principia creatoris et bonitatis. Artotiritae ab oblatione vocati; panem enim et caseum offerunt, dicentes a primis hominibus oblationem a fructibus terrae et a fructibus ovium fuisse celebratam.

Aquarii appellati eo quod aquam solam offerunt in calice sacramenti. Severiani a Severo exorti vinum non bibunt, vetus testamentum et resurrectionem non recipiunt. Tatiani a Tatiano vocati, qui et Encratitae dicti, quia carnem abhominantur. Alogii vocantur tamquam sine verbo. Logos enim graece verbum dicitur. Deum enim verbum non credunt, respuentes Iohannis evangelium et apocalypsin. Catafrigas nomen provincia Frigia dedit, quia ibi extiterunt auctores eorum; Montanus, Prisca et Maximilla fuerunt. Hii adventum Spiritus sancti non in apostolis, sed in se traditum asserunt.

Catharoe propter munditiam ita se nominaverunt. Gloriantes enim de suis meritis, negant penitentibus veniam peccatorum. Viduas, si nupserint, tamquam adulteras dampnant. Mundiores se ceteris praedicant, qui nomen suum si cognoscere vellent, mundanos se potius quam mundos vocarent. Pauliani a Paulo Samosateno exorti sunt, qui dixit non semper fuisse Christum, sed a Maria sumpsisse initium. Ermogeniani ab Ermogene quodam vocati, qui materiam non natam inducens Deo non nato eam comparavit, matremque elementorum et deam asseruit; quos apostolus improbat elementa sequentes. Manichei a quodam Persa extiterunt qui vocatus est Manes. Hic duas naturas et substantias introduxit, id est bonam et malam, et animas ex Deo quasi ex aliquo fonte manare asserunt. Testamentum vetus respuunt, novum ex parte recipiunt. Antropomorfitae dicti eo quod simplicitate rustica Deum habere humana membra quae in divinis libris scripta sunt arbitrantur. Antropos enim graece, latine homo interpretatur, ignorantes vocem Domini qui ait: Spiritus est Deus. Incorporeus est enim nec membris distinguitur, nec corporis mole censetur. Eraclitae ab Eraclio auctore exorti monachos tantum recipiunt, coniugia respuunt, regna celorum parvulos habere non credunt.

Novatiani a Novato Romae urbis presbytero exorti, qui adversus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus invadere haeresim instituit, nolens apostatas recipere et rebaptizans baptizatos. Montani haeretici dicti eo quod tempore persecutionis in montibus latuerunt, qua occasione se a catholicae ecclesiae corpore diviserunt. Ebionitae ab Ebione dicti sunt, sive a paupertate. Christum enim pro profectu solum virum iustum putant effectum. Unde et pertinet Ebionitae pro paupertate intelligentiae dicti sunt. Hii enim iudei sunt, et ita evangelium ut legem carnaliter observant. Adversus quos ad Galathas apostolus scribens invenitur. Fotiniani a Fotino Gallograeciae Smirnae episcopo nuncupati, qui Ebionitarum haeresim suscitans asserunt Christum ex Maria per Ioseph nuptiali coitu fuisse conceptum. Aeriani ab Aerio quodam nuncupati sunt. Hii offerre sacrificium pro defunctis spernunt. Eunomiani ab Eunomio quodam dialectico Aetii discipulo, ex cuius nomine magis innotuerunt, dissimilem patri asserentes filium et filio spiritum sanctum dicunt et nullum imputari peccatum in fide manentibus.

Origeniani ab Origene auctore exorti sunt, dicentes quod non possit filius videre patrem, nec spiritus sanctus filium. Animas quoque in mundi principio dicunt peccasse, et pro diversitate peccatorum de caelis usque ad terram diversa corpora quasi vincula meruisse, eaque causa factum esse mundum. Noetiani a quodam Noeto vocati, qui dicebat Christum eundem esse et patrem et spiritum sanctum, ipsamque trinitatem in officiorum nominibus, non in personis accipiunt. Unde et patripassiani vocantur, quia patrem passum dicunt. Sabelliani ab eodem Noeto pullulasse dicuntur, cuius discipulum perhibent fuisse Sa-

S. d.

i. d. eo. di. iiii. l[...]

S. di. xxx. C. iii. [...]

bellum. Ex cuius nomine maxime innotuerunt. Unde et Sabelliani vocati sunt. Hi unam personam patris et filii et spiritus sancti astruunt. Arriani ab Arrio Alexandrino presbitero exorti sunt, qui coeternum patri filium non agnoscens diversas in trinitate substantias asseruit, contra illud quod ait Dominus: Ego et pater unum sumus. Macedoniani a Macedonio episcopo dicti sunt, negantes Deum esse spiritum sanctum. Apollinaristae ab Apollinare vocati sunt, dicentes Christum corpus tantummodo sine anima suscepisse. Antidicomaritae appellati sunt eo quod Mariae virginitati contradicunt, asserentes eam post Christum natum viro suo fuisse commixtam. Tetragnitae nominati, ideo tale nomen acceperunt, quia angelos grece uas dicunt. Asserunt enim sic esse patrem filium tamquam unius in duas matres. Patriciani a quodam Patricio nuncupati sunt, qui substantiam humanae carnis a diabolo conditam dicunt. Colutiani a quodam Coluto nominati, qui dicunt Deum non facere mala, contra illud quod scriptum est: Ego Dominus creans mala. Floriani a Florino, qui contra dicunt Deum creasse mala, contra id quod scriptum est: Fecit Deus omnia bona. Donatistae a Donato quodam Afro nuncupati sunt, qui de Numidia veniens totam pene Africam sua persuasione decepit, asserens minorem patre filium, et minorem filio spiritum sanctum, et rebaptizans catholicos. Bonosiaci a Bonoso quodam episcopo exorti produntur, qui Christum filium Dei adoptivum non proprium asserunt. Circumcelliones dicti eo quod agrestes sint, quos Scotopitas vocant, supradictae hereseos habentes doctrinam. Hi amore martyrii semetipsos perimunt, ut violenter de hac vita discedentes martyres nominentur. Priscillianistae a Priscilliano vocati, qui in Hispania ex errore Gnosticorum et Manicheorum permixtum dogma composuit. Luciferiani a Lucifero Sirmiae episcopo orti, qui episcopos catholicos qui in Constantii persecutione perfidiae Arrianorum consentientes erant, et postea correcti redire in catholicam delegerunt, damnantes quod crediderunt sive quod credidisse dissimulaverunt, quos ecclesia catholica materno recepit sinu tanquam Petrum post fletum negationis, hanc illi maternam caritatem superbe accipientes eos recipere nolentes ab ecclesie communione recesserunt, et cum ipso Lucifero auctore suo qui mane oriebatur cadere meruerunt. Ioviniani a Ioviniano quodam monacho

dicti, asserentes nullam nuptarum et virginum esse distantiam, nullumque inter abstinentes et simpliciter epulantes esse discrimen. Elvidiani ab Elvidio nominati, qui dicunt post natum Christum alios Mariam filios de viro Ioseph peperisse. Paterniani a Paterno quodam exorti, qui inferiores corporis partes a diabolo factas opinantur. Arabici nuncupati eo quod in Arabia exorti sunt, dicentes animam cum corpore mori, atque in novissimo utrumque resurgere. Tertullianistae dicti a Tertulliano presbitero Africanae provinciae civitatis Cartaginensis, animam immortalem esse sed corpoream predicantes, et animas hominum peccatorum post mortem in demones verti putantes. Tesserescedecatitae dicti, quia xiiii luna pascha cum Iudeis observare contendunt. Nam tessara quattuor, deca decem significat. Sictages a somno nuncupati, quod vigilias noctis respuant, superstitionem esse dicentes iura temerari divina, qui noctem ad requiem tribuit. Pelagiani a Pelagio monacho dicti. Hi liberum arbitrium divine gratie anteponunt, dicentes sufficere voluntatem ad implenda iussa divina. Nestoriani a Nestorio Constantinopolitano episcopo nuncupati, qui beatam virginem Mariam non Dei sed hominis tantummodo asseruit genitricem, ut aliam personam carnis aliam faceret deitatis. Nec unum Christum in verbo Dei et carne credidit, sed separatim atque seiunctim alterum filium Dei, alterum filium hominis predicavit. Eutichiani dicti ab Euticete Constantinopolitano abbate, qui Christum post humanam assumptionem negavit existere de duabus naturis, sed solam in eo divinam asseruit esse naturam. Cephalite dicti, id est sine capite. Nullus enim eorum reperitur auctor a quo exorti sint. Hi trium Calcedonensium capitulorum impugnatores, duarum in Christo substantiarum proprietatem negant, et unam in eius persona naturam predicant. Theodosiani et Gaianite appellati a Theodosio et Gaiano, qui temporibus Iustiniani principis in Alexandria populi perversi electione una die sunt ordinati episcopi. Hi errores Euticis et Dioscori sequentes Calcedonense concilium respuunt. Ex duabus unam in Christo naturam asserunt, quam Theodosiani corruptam, Gaianite incorruptam contendunt. Gnoite et Titonite a Theodosianis exorti sunt. Ex quibus Gnoite ab ignorantia dicti, quia perversitati a qua exorti sunt id adiciunt, quod Christi divinitas ignoret futura que sunt scripta de die et hora novissima

nec recordante x pm nesciam loqui die
iudicii in corde meo. Interrogate in uocatu
q sic ts ps in trinitate. ita qt ts asser dos
ee oc illu q scptu e. Audi isrl. dns ds tu
ds un e. Sunt et alie heses. sin auctore
t sin nominib ex quib alie trinu pu
tat ee dm. alie et x diuinitate passi
bile dicut. alie x depat natiuitati in
tpe. initiu tpis dant. Alie liberatione
hoiu ap inferos facta x descensione n c
dut. Alie anima imagine di negant.
Alie conuti aias in demones. t in qcuq
aialia existimat. Alie de mundi statu
dissentiut. alie innuabiles mundos o
pinant. Alie aqua do coetna facuit.
alie nudis pedib ambulat. Alie cu hoib
n manducat. Hec sut hses. aus catho
lica fide exorte. t ab aptis t scis patb. t
cilus dapnate. Que dum inse mltis er
roib diuise inince s dissentiut. coi tn
noe aus eccla di cospirat. Sz t quicuq
aliter scptura scam intellig. qua snus sps
s. flagitat aq scpta e. licet de eccla n rece
sit tn htic appellari p. t aug. Q d
uina puidentia multos errare pmittit.
Do diuina puidentia multos diuisis er
rois hticos ee pmittit. ut cu interrogat
nos ea q nescim. sic discutiam pigitia.
t diuinas scpturas cupiam. Ppea apls
ait. ut pbati manifesti fiat. Hu enim do
pbati sut quib n possut doc e. R. e.

IN. xx. v. ca. ag de puilegiis quib n
nulle minuunt ecle. de quib psimu
qr an ec gnales reglas romana eccla
psit 9cede aliq puilegia. cu decta scor
canonu nemine mag qua aplicu sruare
opt. ubi t. o. inq casu liceat roano po
tifici nouas 9de leges t q. rome sedis
auctoritas ee statuta patru aliq 9cede
t mutare n ualz. Ibid t. o. q sac sca roa
na eccla i canonib auctoritate prat u
tm de gnalib decetis specialib puile
giis ualat derogare. t spali bnficio p
sit 9cede q gnali pibet decto. Neq H
puilegia aliquib 9cedent sipt gnale
lege nulli aliqd indulgent cu puile
gia dicant quasi puata legia eo q pua

ta lege singult generet. Ibid t qr de pui
legiatis ecclis q adusus altam suo gau
deat puilegio. an adusus se inuice co
gant uti iure comuni ubi. o. q antiqui
orib puilegiis subseqntib derogari n p.
cu puilegia eccla t monastior ac sacedo
tiu nulla possint improbitate 9uelli nulla
nouitate mutari. Ibid t. o. q ea ec leges
fuit n solu inutilia sz t impfectus sit bn
da t quid n opt ptulari ea qs dapnosa
fisco t uin certa t q rescpta q ee i eli ciut
ab omib s iudicib refutanda n sit aliqd
q n ledat alterm t q sit petitu t cm supplican
tib indulgeat. Gnalit t ibid ag de scptis
q sui sint annotatioes siu pgmatice
accones expssam debi in se bre 9ditioe:
si pces uitate nitant. t q in dax pcator deb
carere impetratis. t q illi quib scpta diri
gunt sut puniendi si ptaru indati ue
tuerit argui. siu cognitio siu executio
ilt mandet. t q nullu rescptu nulla pg
matica sanctio nulla sac annotatio q
gnali iuri ult p utilitati adusa ee uident:
in disceptatione cuilib litigii deb pfer
ri. Ibid t. o. q autentica rpa t origina
lia rescpta n coru exempla sit insinuan
da t q bnficia plia si sin die 9sule fuunt
depensa. careant auctoritate. t q xii. lib
auri 9dempnatioe plectnd qui puilegia
uenabil ecle uiolat temere t dissimulado
negligit. In ea t demonstrat q mltar eccla
puilegia ca cogitar roana eccla ualz inmi
nuere t penit inmu tare siu plur siue
G. E. N. E. R. A. L. I. T.

SAN
CTA
ROMANA ECCLIA

uaiitudines. Sic demones in aeria affectione sibi notas, nobis ignotas futuras preuident tempestates. Aliquando et hominum dispositiones non solum uoce prolatas, uerum et cogitatione conceptas, cum signa quedam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscunt, atque hinc etiam multa futura prenuntiant, aliis uidelicet mira qui ista disposita non nouerunt. Falluntur et studio fallendi et inuida uoluntate, qua hominum errore letantur. Sed ne apud cultores suos pondus auctoritatis amittant, id agunt, ut interpretibus suis signorumque suorum coniectoribus culpa tribuatur, quando ipsi decepti fuerint uel mentiti. Nonnumquam uero ipsi maligni spiritus et illusores hominum atque inuisores salutis eorum soliti predicere defectum culture sue et idolorum ruinam, quam enim presciunt uideant, quid in singulis regnis aut locis uenturum, et quid aut nisi sue factioni contingere possit. Quod et illi qui gentilium historias legunt non ignorant. Quid ergo mirum si iam imminente templorum et simulacrorum euersione, quam prophete dei summi tanto ante predixerant, Serapis demon alicui cultorum suorum hoc de proximo predixit, ut sua quasi diuinatione recedens uel fugiens commendaret.

C. Quod autem hominum dispositiones conceptas cogitatione per exteriora signa diabolus deprehendat, non firmissima ratione uidetur approbatum. Unde idem Aug. ait in libro secundo retractationum. Quod ex corporeis motibus internas uel cogitationes diabolus comprehendat res occultissima est.

Quodam loco dixi demones aliquando hominum dispositiones non solum uoce prolatas, uerum et cogitatione conceptas, cum signa quedam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscere, rem dixi occultissimam audaciori assertione quam debui. Nam peruenire ista in notitiam demonum per nonnulla etiam experimenta compertum est. Sed utrum signa quedam dentur ex corpore cogitantium illis sensibilia, nobis autem latentia, an alia ui et ea spirituali ista cognoscant, aut difficillime potest ab hominibus aut omnino non potest inueniri.

Q. V.

Quod autem sortilegi et diuini si cessare noluerint excommunicandi sint, ratione et auctoritate probatur. Est enim quoddam genus culture idolorum et demonum consultationibus futura predicere. Sicut autem qui a cultu deo debito animo recesserit, idolorum cultor ab apostolo nominatur, sic illi qui futura que ex dei oraculo non numquam reuelata inueniuntur uel demonum consultatione uel quibuslibet prestigiis inuenire laborant, diuinitatis uitium culturis attribuunt. Futura enim prescire soli deo, qui in sui contemplatione et angelos illa prescire facit. Unde Ysaias ait: Priora et nouissima annuntiate mihi et dicam quod dii estis. Cultores uero idolorum a fidelium communione separandi sunt. Unde apostolus ait in epistola ad Corinthios: Si quis frater nominatur fornicator aut auarus aut idolis seruiens, cum eiusmodi nec cibum sumere. Hinc etiam in decreto Gregorii iunioris legitur: Anathema sit qui ariolos uel incantatores obseruat.

Siquis ariolos, aruspices uel incantatores obseruauerit, aut philacteriis usus fuerit, anathema sit. Item ex Ancirano concilio, cap. xxx.iiii. Quinquennio peniteat qui diuinationes expetit.

Qui diuinationes expetunt et more gentilium subsequuntur, aut in domos suas huiusmodi homines introducunt exquirendi aliquid arte magica aut expiandi causa, sub regula quinquennii iaceant secundum gradus penitentie diffinitos. Item ex Martino papa. Elementa colere, lune stellarum cursus in suis operibus seruare christianis non licet.

Non liceat christianis tenere traditiones gentilium et obseruare uel colere elementa aut lune aut stellarum cursus aut inanem signorum notitiam pro domo facienda uel propter segetes uel arbores plantandas uel coniugia socianda. Scriptum est enim: Omnia quecumque facitis aut in uerbo aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes deo. Nec in collectionibus herbarum que medicinales sunt aliquas obseruationes liceat attendere, nisi tantum cum simbolo diuino aut oratione dominica, ut tantum deus creator omnium et dominus honoretur. Siquis autem paganorum consuetudinem sequens diuinos et sortilegos in domum suam introduxerit, quasi ut malum foras mittant aut maleficia inueniant, uel lustrationes paganorum faciat, v. annis penitentiam agat. Mulieribus quoque christianis non liceat in suis lanificiis uanitatem obseruare, sed deum inuocent adiutorem qui eis sapientiam texendi donauit. Item ex concilio Laudicensi cap. xxx. Sacris officiis dediti magi uel incantatores non fiant.

Non oportet sacris officiis deditos uel clericos magos aut incantatores existere, aut facere philacteria que animarum suarum uincula comprobantur. Hos autem qui talibus utuntur proici ab ecclesia iussimus. Item ex Tol. concilio iiii. cap. xxix. Honore priuetur episcopus uel presbyter qui magos uel aruspices consuluerit.

S. ii. Q. viii. C. ii.

Si quis episcopus aut presbiter, diaconus vel quilibet de ordinibus clericorum, aruspices, aut incantatores, aut ariolos, aut certe augures vel sortilegos, vel qui profitentur artem magicam, aut aliquos eorum similia exercentes consuluisse fuerit deprehensus, ab honore dignitatis sue suspensus, monasterii excipiat curam, ibique perpetue penitentie deditus scelus admissum sacrilegii solvat. Item ex concilio Agathensi cap. xxxviii. Ab his qui auguriis et divinationibus student.

Aliquanti clerici sive laici student auguriis, et sub nomine ficte religionis per eas quas sanctorum patrum sortes vocant divinationis scientiam profitentur, aut quarumcumque scripturarum inspectione futura promittunt. Hoc quicumque clericus vel laicus detectus fuerit vel consulere vel docere, ab ecclesia extraneus habeatur. Item Leo IIII. episcopis Britannie.

Sors nichil aliud quam divinatio et maleficium.

S. p. i. di. xvi. Canones. S. ii. Q.

Sortes quibus vos cuncta vestris esse decernitur, disseminatis, quas patres dampnaverunt, nichil aliud quam divinationes et maleficia esse decernimus. Quamobrem volumus illas omnino dampnare, et ultra inter christianos nolumus nominari, et ne exerceantur anathematis interdictu prohibemus. Item Gregorius Adriano notario. Incantatores et sortilegos velud christiani inimicos insequi oportet.

Pervenit ad nos quod quosdam incantatores atque sortilegos fueris insecutus, et omnino nobis sollicitudinem tuam placuisse, et zelum christianum fuisse cognoscas. Studii enim tui sit sollicite querere, et quoscumque huiusmodi christianos inimicos inveneris, districta ultione corrige. Item ex concilio Aurelianensi. Excommunicetur clericus, monachus, laicus divinationes, auguria vel sortes secutus.

C. de mal. et math. et si

Si quis clericus, monachus vel secularis divinationem vel auguria crediderit observanda, vel sortes, quas mentiuntur esse sanctorum, quibuscumque putaverint intimandas, cum his qui eis crediderint ab ecclesie communione pellantur. Item Gregorius. Contra sortilegos et idolorum cultores.

Contra idolorum cultores vel aruspices atque sortilegos fraternitatem vestram vehementius pastorali hortamur vigilare custodia. Quod si emendare se a talibus nolle reppereris: si servi sunt, verberibus volumus castigari. Si vero liberi, inclusione digna districtaque sint in penitentiam dirigendi. Item ex concilio Carthaginensi cap. xxxvii. Ab ecclesia separentur auguriis et incantationibus servientes.

Auguriis vel incantationibus servientem: similiter et iudaicis superstitionibus vel feriis inherentem a conventu ecclesie separandum precipimus. Item ex concilio Anquirensi cap. i. Sortilegam et magicam artem episcopi modis omnibus eliminare studeant.

C. de malef. et mat. ... | C. de episc. aud. math. | C. de p... l. ... | ... di. ii. ...

Episcopi eorumque ministri omnibus viribus elaborare studeant, ut perniciosam et a zabulo inventam sortilegam et magicam artem ex parrochiis suis penitus eradicent, et si aliquem virum aut mulierem huiuscemodi sceleris sectatorem invenerint, turpiter dehonestatum de parrochiis suis eiciant. Ait enim apostolus: Hereticum hominem post primam et secundam correctionem devita, sciens quia subversus est qui eiusmodi est. Subversi sunt et a diabolo captivi tenentur, qui relicto creatore suo diaboli suffragia querunt. Et ideo a tali peste debet mundari sancta ecclesia. Illud etiam non est omittendum, quod quedam scelerate mulieres retro post Sathanam conversae, demonum illusionibus et fantasmatibus seducte, credunt se et profitentur cum Diana nocturnis horis dea paganorum vel cum Herodiade et innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias, et multa terrarum spatia intempeste noctis silentio pertransire, eiusque iussionibus obedire velud domine, et certis noctibus ad eius servitium evocari. Sed utinam he sole in perfidia sua perissent, et non multos secum in infidelitatis interitum pertraxissent. Nam et innumera multitudo hac falsa opinione decepta hec vera esse credit, et credendo a recta fide deviat, et errore paganorum involvitur, cum aliquid divinitatis aut numinis extra unum Deum arbitratur. Quapropter sacerdotes per ecclesias sibi commissas populo Dei omni instantia predicare debent, ut noverint hoc omnino falsum esse, et non a divino sed a maligno spiritu talia fantasmata mentibus fidelium irrogari. Siquidem ipse Sathanas, qui transfigurat se in angelum lucis, cum mentem cuiuscumque mulierculae ceperit, et hanc per infidelitatem sibi subiugaverit, illico transformat se in diversarum personarum species atque similitudines, et mentem quam captivam tenet in somnis deludens, modo leta, modo tristia, modo cognitas, modo incognitas personas ostendens, per devia quaeque deducit; et cum solus spiritus hoc patitur, infidelis hec non in animo sed in corpore evenire opinatur. Quis enim non in somnis et nocturnis visionibus extra se ipsum educitur, et multa videt dormiendo que vigilando numquam viderat? Quis vero tam stultus et hebes sit, qui hec omnia que in solo spiritu fiunt etiam in corpore accidere arbitretur, cum Ezechiel propheta

uisiones dominum spiritu non in corpore uidit et
audiuit sicut ipse dicit. Statim inquit
fui in spiritu. Et paulus non audet se dicere raptum
in corpore. Omnibus itaque publice annunciandum est
quod qui talia credit et his similia, fidem perdit. Et
qui rectam fidem non habet, hic non est dei, sed illius in quem
credit, id est diaboli. Nam de domino nostro dictum est: Omnia
per ipsum facta sunt. Quisquis ergo credit posse fieri
aliquam creaturam aut in melius aut in deterius in-
mutari aut transformari in aliam speciem uel in aliam
similitudinem, nisi ab ipso creatore qui omnia fecit
et per quem omnia facta sunt, procul dubio infidelis est
et pagano deterior. C. Nonnulli in-
ueniuntur qui inuidie liuore permoti, imp-
nitentem suorum inimicorum altare sacris uestibus
exuunt, et lugubri ueste accingunt, uel
consueta luminariorum obsequia dei ecclesiis
subtrahunt, uel missam pro requie defunctorum
promulgatam pro uiuis celebrant hominibus
quorum omnium maleficia nequissima tolle-
tanum concilium condempnat dicens. Abiciatur sacerdos
Quicumque qui huiusmodi maleficiis opera dederit.
sacerdotum uel ministrorum deinceps in cuiusli-
bet doloris permotus, aut altare uestibus sacris
exuere presumpserit aut qualibet alia lugubri
ueste accingere, seu etiam si consueta lumina-
riorum obsequia de templo dei subtraxerit uel extin-
gui preceperit, sicut ante uere penitudinis coram
metropolitano satisfactione non purgauerit
loci sui dignitati se nouerit et honore priuari.
Illis procul dubio personis ab hac ultione omni
sententia separatis, qui aut contaminatione sacrorum
ordinum uel subuersione sancte fidei metuentes
aut hostilitatem uel obsidionem perferentes, seu in
diuinorum iudiciorum sententiam metuentes
fecisse contingerint. In quorum facto magis plus
humilitas ubi deus placatur quam iniqui liuo-
ris dolositas declaratur. Plerique etiam sacerdotum sa-
uciati inimicitie dolo missam pro requie
defunctorum promulgatam fallaci uoto pro ui-
uis student celebrare hominibus, ut his pro quo ipsum
offertur sacrificium, mortis incurrat periculum.
Propterea nostre elegit humanitatis conuentus ut
si quis deinceps talia perpetrasse fuerit detectus,
a proprio deponatur ordinis gradu. Et tam ipse sacerdos
quam ille qui eum ad talia peragenda incitasse
perpenditur, exilio perpetui ergastulo rele-
gentur. C. Ex premissis auctoritati-

bus colligitur quod arioli, aruspices, incantato-
res, et sortilegi atque ceteri huiusmodi sectatores,
ab ecclesia sunt eliminandi, et nisi resipuerint
perpetuo excommunicandi. Sic quod in anchiranensi capitulo
ultimo ea que fiunt per incantatores non in corpore,
sed in spiritu fieri dicuntur. Augustinus uero decenter di-
uidere uidetur asserere ita dicens. Quod magorum prestigiis
et miraculum magorum fuerint firma sed fantastica esse probatur.
De prestigiis quorum impendere maleficiorum
artes: ut etiam moysi simillimis signis
resisterent. uerterent uirgas in dracones, aquas
in sanguinem. Cum fertur etiam in gentilium li-
bris quod quedam maga circe socios ulixis
mutauit in bestias. Legitur etiam de sacrificio
quod archades deo suo licio immolabant. Ex quo
quicumque sumeret in bestiarum formas conuer-
terentur. Sed hec omnia magicis prestigiis potius
fingebantur quam rerum ueritate complerentur.
ut ergo ipsi errores ignorantibus manifesti
fiant: de eorum proprietate atque nominibus iux-
ta traditionem maiorum primum dicere congruum arbi-
tramur. Magi sunt qui uulgo malefici ob fa-
cinorum magnitudinem nuncupantur. Hii sunt
qui permissu dei elementa concutiunt. turbant
mentes hominum minus confidentium in deo. ac sine
ullo ueneni haustu uiolentia tantum carminis
interimunt. Unde et lucanus. Mens hausti nulla
sanie polluta ueneni incantata perit. De-
monibus enim accitis audent uentilare ut quisque
suos perimat malis artibus inimicos. Hii et
sanguine utuntur et uictimis sepe contingunt
corpora mortuorum. Nigromantici sunt quorum
precantationibus uidentur resuscitati mor-
tui diuinare. et ad interrogata respondere. Nigros
enim grece mortuus. mantia. diuinatio
nuncupatur. Ad quos suscitandos cadaueri san-
guis adicitur. Nam amare sanguinem demo-
nes dicuntur. Ideoque quotiens cumque nigromantia
fit cruor aqua miscetur. ut colore sanguinis
facilius prouocentur. Ydromantici ab aqua dicti.
Est enim ydromantia in aqua rerum inspectione um-
bras demonum euocare. et ymagines ludi-
ficationum eorum uidere. ibique ab eis aliqua au-
dire. ubi adhibito sanguine etiam inferos
perhibentur resuscitare. Et infra. Ad hec
omnia superdicta pertinent ligature execrabilium
remediorum que ars non commendat medicorum seu
in precantationibus seu in caracteribus suspen-

dendis atque ligandis. In quibus omnibus ars demonum est ex quadam pestifera societate hominum et angelorum malorum exorta. Unde cuncta vitanda sunt a christiano, et omnino penitus execratione repudianda atque dampnanda. Auguria autem sunt avium. Hec autem Friges primi invenerunt. Prestigium vero Mercurius dicitur primus invenisse. Dictum est autem prestigium quod prestringat aciem oculorum. Aruspicine artem primum Etruscis tradidisse dicitur. Quidam Tages hic ex animis aruspicinam dictavit et postea non apparuit. Nam fabulose dicitur arante quodam rustico subito ex glebis exiluisse et aruspicinam dictasse, qua die mortuus est. Quos libros Romani ex Etrusca lingua in propriam mutaverunt. His igitur portentis per demonum fallaciam illuditur curiositas humana, quando ea impudenter appetit scire que nulla ratione eis competit investigare. Hec potestas ideo datur immundis spiritibus ut ipsos sibi aptent. Hoc est pravos homines seducant: illos qui spernunt veritatem et credunt mendacio, iuxta Pauli sententiam sanam doctrinam non ferunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus, et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur. Honerati peccatis ducuntur variis desideriis semper discentes, et numquam ad scientiam veritatis pervenientes. Quemadmodum autem Iamnes et Mambres restiterunt Moysi, ita et isti resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem. Sed ultra non proficient. Insipientia eorum manifesta erit omnibus, sicut et illorum fuit. Nec ideo quisquam credere debet quoslibet magicis artibus aliquid facere posse sine permissu Dei, qui omnia que fiunt aut iusto iudicio facit aut permissu suo ea fieri sinit. Quod predicti magi leguntur similia fecisse Moysi, qui virgam suam proiecit et versa est in draconem, proiecerunt et singuli virgas suas que converse sunt in dracones. Sed devoravit virga Aaron virgas eorum. Non enim fuerunt creatores draconum, nec angeli mali, nec magi quibus ministris illi operabantur. Insunt enim rebus corporeis per omnia elementa quedam occulte seminarie rationes quibus cum data fuerit opportunitas temporalis atque causalis, prorumpunt in species debitas suis modis et finibus. Et sic non dicuntur angeli qui ista faciunt animalium creatores, sicut nec agricole segetum vel quorumcumque in terra gignentium creatores dicendi sunt, quamvis noverint prebere quasdam visibiles opportunitates et causas ut illa nascantur. Quod autem isti faciunt visibiliter, hoc illi invisibiliter. Deus vero solus unus creator, qui causas ipsas et seminarias rationes rebus inseruit. Propterea quidam querendum putant quomodo scriptura narret phytonissam Samuelem prophetam suscitasse ad colloquium Saul impiissimi regis, si phytonica divinatio errori magice artis deputanda sit. Quibus ita respondendum est: Indignum omnino facinus esse, si secundum verba hystorie commodetur assensus. Quomodo enim potuit fieri ut arte magica attraheretur vir et nativitate sanctus, et vite operibus iustus? At si non attractus est, consensit, quod utrumque de iusto credere absurdum est. Nullum enim suffragium habet iustitia, si attractus ac voluntarius amisit meritum spirituale, quod positus in carne quesierat. Quod valde absurdum: quia qui hinc iustus recedit, permanet iustus. Porro hoc est prestigium sathane quo ut plurimos fallat, et bonos habere in potestate se fingit. Quod apostolus mirum non esse ostendit dicens: Ipse sathanas transfigurat se in angelum lucis. Ut enim errorem faceret, in quo glorificaretur, in habitu viri iusti et nomine se subornavit, ut nichil proficere spem quam predicabat Dei cultoribus monstraret, quando hinc exeuntes iustos fingeret in sua esse potestate. Sed hoc quodam fallit, quod de morte Saul et filii eius non sit mentitus, quasi magnum sit diabolo ante occasum mortem corporis providere, cum signa quedam soleant apparere morituris. Quippe a quibus Dei protectio amota videtur. Quanto magis diabolo qui est angelica maiestate sublimis, prophetica oracula fuisse testantur. De cuius magnitudine apostolus ait: An ignoratis altitudinem sathane? Quid mirum igitur si imminentem prope mortem potuit providere, cum hoc sit unde fallit, et se in Dei potestate vult adorari? Nam cum tanta hebitudine demens effectus est Saul, ut ad phytonissam confugeret. Deseruerat enim eam propter peccatum, a quo se abstulit, quod dampnaverat. Sed si quis propter hystoriam ea que verbis expressa sunt, putet non pretermittenda, ne ratio hystorie inanis sit, recte facit quidem, si tamen ad veritatis rationem minime rapiat istud. Sed ad sensum et intellectum Saul. Neque enim reprobus factus bonum potuit intellectum habere. Hystorie enim mentem Saul et habitum Samuelis descripsit, ea que dicta et visa sunt exprimens, pretermittens si vera an falsa sint. Quid ait? Audiens in quo habitu esset excitatus, intellexit, inquit, hunc Samuelem esse. Quid intellexisse retulit, et quia bene non intellexit, conscripturam alium

adorauit quasi dm̄. Et putans samuelē:
adorauit diabolum. ut fructū fallacie
sue habet satanas. Hoc enim nitit' ut ado
retur quasi ds̄. Si enim samuel illi uere
apparuisset. n̄ utiq: uir iustus pmisisset
se adorari. qui p̄dicauerat dm̄ solū eē ado
randū. Et quō hō di qui cū habraā in re
frigio erat dicere ad uirū pestilentie. di
gnū ardore gehenne. cras mecū eris. His
duob; uicit' subtilitatē fallacie sue. p uid
in ꝑuid' satanas. quia et adorari se pmisit
sub habitu 7 noīe samuel' cōtra legē. 7 uirū
peccis plenū cū magna distantia peccōrū
7 iustorū sit cū samuele iustissimo futu
rū mentitus ē. Uerū p̄t dici. uerū p̄t uideri. si
de samuel' noīe taceatur. quia saul cū dia
bolo futurus erat. Ad eū enī tn̄ fingit quē
adorauit. sēp g° diabolus sub uelamine
latens pdit se. dū ea cōfingit q̄ beatē p sois
ꝑ quas falle' nititur. Si aūt quilibet oppo
nit ac dicē. quō euenerit illa q̄ illi diuini
p̄dicant futura. aū quō possint egs p̄be me
delam. ā sanis inmittere egritudinē si aliq
ꝑe uirtutis ac potestatis n̄ haberēt. hanc ob
accipiat rn̄sū. Q' idō quisq: n̄ debet eis cre
dē quia aliq̄n eueniunt q̄ p̄dicant. ā sanare
uident languidos. l' lede sanos. quia h' p
missu di fit. ut ipi quib' audiunt l' uidēt. p
bentur 7 appareat quali fide sint. l' deuoti
one erga dm̄. Sic in deutronomio legit'
moyses ex u'bo dm̄ ppo di p̄cepisse tradicēs.
Si surrexerit in medio tui pphes. ā qui som
niū dicat se uidisse. 7 p̄dixerit signū atq: ac
portentū. 7 euenerit q' locut' ē. 7 dixerit t'. eam'
7 seq'm' deos alienos q's ignoras 7 seruiam' eis.
n̄ audies u'ba pphe ā somniatoris quia tēp
tat uos dns ds̄ ur̄ ut palā fiat utrū diliga
tis eū an n̄. In toto corde. 7 in tota aīa ura
dnm̄ dm̄ urm̄ sequimini 7 ipm̄ timete.
7 mandata ei' custodite. 7 audite uocē illi'
ipi seruietis. 7 ipi adherebitis 7c. Ubi sane
intelligi uoluit. 7 illa q̄ adiuinantib;
n̄ s dm̄ dicunt si acciderint q̄ dicunt n̄ accipienda
ut fiant q̄ p̄cipiunt ab eis ā colant quē co
lunt ab eis. Nec p̄t suā potestatē ds̄ ostē
dit eē q' contingunt ista. s; q' si q's quereret cur ea
pmittat causam teptatiōis exposuit ad co
gnoscendā utrū q: eorū dilectionē. Utrū

ea habeant q° dm̄ suū. Cognoscendū ū ab ipis
potius quā ab illo qui scit oīa an̄ quā
fiant. C. Quod aūt ab epō excoī
catus eo inconsulto ab alio recōciliari n̄
possit. n̄ forte p eius metropolitanū l' p
sūmū pontificem rōne 7 auctoritate p
batur. Pbri nāq: ab epis potestatē ex
comunicandi ul' recōciliandi ab epis
acceperunt. n̄ epi a pbris. Atq: idō excoī
catos a sacerdotib; recōciliari ē possunt. ex
coīcatos uō ab epis. sacerdotes recōciliare
n̄ ualent. Recōciliatio nāq: penitentū epal'
ē officiū n̄ sacerdotal'. Unde in. cō cartag. ii. for
tunatus eps dixit. Penitentū recōciliatio
crismatis confectio puellarū cōsecratio a pbris n̄ fiat.

Q. VI.

Si iubet scitas ura suggero. Nam meminim
p̄terito concilio statutū ut crismat' uel recōciliati
o penitentū. nec n̄ 7 puellarū cōsecratio a pbris
n̄ fiat. Si quis aūt emerserit hoc faciens quid
de eo statuendū sit. Aurelius eps dixit.
Audiuit dignatio ura suggestionē fris
7 coepi nri fortunati. Quid ad h' dicitis.
Ab uniuersis epis dictū ē. Crismatis cōfectio
7 puellarū cōsecratio. a pbris n̄ fiat. Recōcili
ari quēquā in pu° missa pbro n̄ liceat. h'
oīb; placet. C. Puellarū cōsec
tio epō cōsulto p pbrm fieri ualet. Un̄ in car
tag. cō. iiii. Pmissione epi uirginē cōsecrare
pbr uel cōsulto epō uirgines pbr ualet.
n̄ cōsecrare. Crisma uō nūquā cōficiat. Item ex cō agt.
Nec diaconus ministrare pn̄te pbro. Nec penitentē in eccl'a
Ministrare dia con' aut cōsecrare bndicere licet pbro.
altare pbr n̄ psumat. Bndictionē q: sr
plebē 7 in eccl'a fundē. a penitentē in eccl'a
bndicere pbro penitus n̄ licebit. C. Ec
ce q' ab epō excoīcat'. p sacerdotē recōciliari
n̄ p. Sz notandū ē q' recōciliatio alia ē p.
alia puata. p recōciliatio ē. qn̄ penitentes
an̄ eccl'e ingressū p repsentant. 7 p inpositi
onē man' epal' eccl'e p recōciliant. h' sacerdo
tib; uidentur ēē phibita. Un̄ circa finē illi'
capituli n̄ simpliciter pibent penitentes
recōciliare s; in p° missa. Puata uō recōcili
atio ē qn̄ de occultis pcis penitentes. l'
in extremis agentes a gratia recōciliationis
accedant. h' recōciliatio p̄t fieri p sacerdotē.
Un̄ uaristus ppa ait. Iussione epi pbri de occultis. p.
Pbri de occultis pcis penitentes recōcili

S. di. lx viii. Quā uis
S. di. xcv. C. i.
Item ex cō. di. iiii. Omi
B. ii. Epat bn
S. di. xciii. Diaconi. puen

iussione episcopi penitentes reconcilietur et sicut supra premisimus infirmantes absoluat et communicet. Item ex concilio Cartaginensi II. *Si episcopus absens fuerit presbiter morientem reconciliet in periculo.*

Aurelius episcopus dixit. Si quisquam in periculo fuerit constitutus, et se reconciliari diuinis altaribus petierit, si episcopus absens fuerit, debet utique presbiter consulere episcopum, et sic periclitantem eius precepto reconciliare. Quam rem debemus salubri consilio roborare. Ab uniuersis episcopis dictum est. Placet quod sanctitas uestra necessario nos instruere dignata est. Item ex concilio Martini pape. *Qui metu mortis reconciliatur conualescens sine communione penitentie tempus impleat.*

Si quis de corpore exiens nouissimum et necessarium communionis uiaticum expetit, non ei denegetur. Quod si iam desperatus post acceptam communionem iterum sanus fuerit factus, tantum orationi particeps sit. Sacramentum uero non accipiat, donec institutum penitentie impleat tempus. Quicumque in exitu mortis sunt et desiderant accipere sacramentum, cum consideratione et probatione episcopi accipere debent. Item ex concilio Arausico. *Sine manus impositione penitentes reconcilientur recedentes.*

Qui recedunt de corpore penitentia accepta, placuit sine reconciliatoria manus impositione eis communicare, quod morientis sufficit reconciliationi secundum diffinitiones patrum, qui huiusmodi communionem uiaticum congruenter nominauerunt. Quod si superuixerint, stent in ordine penitentium, ut ostensis necessariis penitentie fructibus legitimam communionem cum reconciliatoria manus impositione recipiant. Cum eis qui desiderantibus penitentia non est deneganda. Similiter subito obmutescens, prout statutum est, baptizari aut penitentiam accipere potest, si uoluntatis preterite testimonium aliorum uerbis habet, aut presentis in suo nutu. Amentibus quecumque pietatis sunt reconcilianda et conferenda. Item ex concilio Cartaginensi IIII. *Aliorum testimonio mortiturus reconcilietur si obmutuerit uel in frenesim uersus fuerit.*

Is qui in infirmitate penitentiam petit, si casu dum ad eum inuitatus sacerdos uenit, oppressus infirmitate obmutuerit uel in frenesim uersus fuerit, dent testimonium qui eum audierunt, et accipiat penitentiam. Et si continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impositionem, et infundatur ori eius eucharistia. Si superuixerit, admoneatur a supradictis testibus petitioni sue satisfactum, et subdatur statutis penitentie legibus, quamdiu sacerdos qui penitentiam dedit probauerit. Item. Penitentes qui in infirmitate uiaticum eucharistie acceperint, non se credant absolutos sine manus impositione si superuixerint. Item ex concilio Niceno. *Cum consideratione et probatione episcopi debeant morientes reconciliari.*

De his uero qui recedunt ex corpore antiqua legis regula obseruabitur etiam nunc, ita ut si forte quis recedit de corpore, necessario uite sue non defraudetur uiatico. Quod si desperatus aliquis recepta communione superuixerit, sit inter eos qui sola oratione communicant. De omnibus tamen his qui a corpore recedunt in dando eis communionem, cura et probatio sit episcopi. Item Leo episcopus. *Non est deneganda reconciliatio his qui tempore necessitatis eam implorant.*

His qui in tempore necessitatis et in periculi urguentis instantia presidium penitentie et mox reconciliationis implorant, nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda. Quia misericordie Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora diffinire, apud quem nullas patitur uenie moras conuersio, dicente Dei spiritu per prophetam: Cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris. Quod si ita aliqua egritudine aggrauati sunt, ut quod paulo ante poscebant sub presentia significare non ualeant, testimonia eis circumstantium fidelium prodesse debebunt. Sunt tamen et penitentie et reconciliationis beneficium consequantur, seruata tamen regula sanctorum canonum patrum nostrorum circa eorum personas qui in Deum a fide discedendo peccauerunt. Item ex concilio Epaonensi. *Non respuatur eius oblatio qui festinans ad penitentiam sacerdotem inuenire non potuit.*

Si aliquis fuerit mortuus qui iam sit confessus et testimonium habet bonum, et non potuit uenire ad sacerdotem et preoccupauit eum mors in domo aut in uia, faciant pro eo parentes eius oblationem ad altare Dei pro redemptione captiuus.

Gratianus. Ecce quod episcopo precipiente penitentes de occultis peccatis suis in periculo constituti per presbiterum possunt reconciliari. Si ergo sine necessitate mortis peccator urguetur, et episcopus ita remotus est quod presbiter eum consulere non possit, negabitur penitentia morienti, et beneficium reconciliationis non prestabitur penitenti? Quem conuersum Deus recipit, a uenia, iuxta illud: In quacumque hora peccator conuersus fuerit etc. Et item: Conuertimini ad me in toto corde uestro, et ego conuertar ad uos: Ecclesia sacerdos reconciliare negliget? Quem intus Deus susci

In de co. di. iiii. Egrotantes

In de co. di. iiii. Egrotantes

Infirmos presbiteri penitentiam accipere posse

In e. xxxiii. q. iii. multiplex

S. iii. q. iii. [illegible]

tavit ecclesia foris absolvere contempnit? Dam-
nabit absentia episcopi quem gratia divine presentie
illustrat? Per lavacrum regenerationis mortui
succurrantur, et a laicis si presbiter defuerit. Cur ergo
beneficio reconciliationis per presbiterum eis subveni-
ri non poterit, si contingit episcopum deesse? Si secundum
Augustinum quia gentis in extremis constitutus sotiorum
pietudine criminis fit dignus venia ex de-
siderio sacerdotis, cur similiter non fit dignus recon-
ciliationis ex desiderio episcopi, qui sacerdoti non negat
maculam suam reatus? Item. Morientibus peni-
tentiam negare presbiter non debet. Unde Iulius papa ait.
Reus est animarum presbiter qui morientibus penitentiam
Si presbiter penitentiam abnegaverit morientibus, abnegat.
reus erit animarum. Quia dominus dicit: Qua-
cumque die fuerit conversus peccator ad penitentiam,
vita vivet et non morietur. Vera enim confessio
in ultimo tempore potest esse, quia dominus non solum temporis sed et
cordis inspector est. Sicut latro unius momen-
ti penitentia meruit esse in paradiso, in hora
ultime confessionis. Item Celestinus papa.

Penitentia morientibus non est deneganda.

Agnovimus penitentiam morientibus denegari,
nec illorum desideriis annui, qui obitus sui tempore hoc
anime sue cupiunt remedio subveniri.
Horremus, fateor, tante impietatis aliquem
reperiri, ut de dei pietate desperet, quasi non possit
ad se quovis tempore concurrenti succurrere, et peri-
clitantem sub onere peccatorum hominem redi-
mere, quo se velle expediri desiderat et liberari.
Quid hoc, rogo, aliud est quam morienti mortem addere,
eiusque animam sua crudelitate ne absolu-
ta possit esse occidere? Cum deus ad subve-
niendum paratissimus invitat ad penitentiam
sic promittit peccatori: In quacumque hora et cetera.
Et item: Nolo mortem peccatoris. Salutem ergo
homini adimit, quisquis mortis tempore peni-
tentiam denegaverit? desperavit de clementia domini, quam
ei ad subveniendum morienti sufficere vel
in momento posse non credidit. Perdidisset latro in
cruce premium ad Christi dexteram pendens, si illum unius
hore penitentia non iuvisset. Cum esset in pena
penituit, et per unius confessionis sermonis ha-
bitaculum paradisi, ex promittente, promeruit.
Vera ergo ad deum conversio in ultimis positorum mente
potius est estimanda quam tempore, propheta hoc taliter asse-
rente: Cum conversus ingemueris, tunc salvus eris.
Cum ergo dominus sit cordis inspector quovis tempore non est

deneganda penitentia postulanti, cum illi
se obliget iudici cui occulta omnia novit
revelari. C. Quia ait penitentia
non denegatur, neque reconciliatio sibi dene-
ganda est. Inconsulto ergo episcopo penitentem presbiter
reconciliare non debet, nisi ultima cogat ne-
cessitas. Unde in concilio Cartaginensi iiii. legitur.
Inconsulto episcopo penitentem presbiter non reconciliet.
Presbiter inconsulto episcopo, nisi ultima cogat necessitas,
non reconciliet penitentem, nisi absente episcopo ulti-
ma necessitas cogat. Cuiuscumque penitentis
publicum et vulgatissimum crimen est, quod universam
ecclesiam commovit, urbem ante absidam manus ei impo-
natur. C. De tempore vero satisfactionis
an sit imponendum morituris Theodorus Can-
tuariensis archiepiscopus in penitentiali suo ita
diffinit. In periculo constitutis quantitas
penitentie non imponenda, sed innotescenda.
Ab infirmis in periculo mortis positis pura
inquirenda confessio peccatorum, non tamen illis in-
ponenda est penitentie quantitas, sed innote-
scenda, et cum amicorum orationibus et elemosi-
narum studiis pondus penitentie sublevandum,
si forte migraverit, ne obligati, et communi-
one et consortio venie fiant alieni. A quo
periculo si divinitus erepti convaluerint, pe-
nitentie modum a sacerdote sibi impositum diligen-
ter observet. Et ideo secundum auctoritatem canonicam
ne illis ianua pietatis clausa videatur, orationibus
et consolationibus ecclesiasticis sacra unctione olei in-
uncti, secundum statuta sanctorum patrum communione
viatici reficiantur. C. Alius quoque pro qualitate
peccati et pro sacerdotum arbitrio tempora penitentie decer-
nenda sunt. Unde Leo papa. Pro sacerdotum arbitrio
prefigurantur tempora penitudinis.
Tempora penitudinis habita moderatione constituenda sunt tuo
iudicio, prout conversorum animos perspexeris esse devo-
tos, pariter etiam habentes etatis senilis intuitum et peri-
culorum quorumque aut egritudinum respicientem necessi-
tates, in quibus si quis ita graviter urgeatur, ut
dum adhuc penitet de salute ipsius desperetur,
oportet ei per sacerdotalem sollicitudinem communionis
gratia subveniri. Item Nicholaus papa. Ex qualitate criminum
et contritione penitentis in satisfactione imponenda a sacerdote.
De his vero qui pro criminibus penitentiam gerunt et a cingulo
cingulum militie resumunt, contra eorum sacros
regulas agere. Verumque quia crimina non equalia sunt
prohibesque alios hominum pro nimia hebitudine

Laborantibus in extremis non est imponenda quantitas penitentie.

Q. VII.

In marginalibus: i. e. xxxiii. Q. ii. c. ult. S. di. l. penitentes — i. xxxiii. Q. iii. c. v. Debet

cecidisse in desperationem. Alios ob hoc in paga
nos fugisse. Ideo et hoc committimus decernendum:
nimirum qui loci et temporis religionis illius mo
dumque culpe. nec non et penitentiam et gemitum homi
ad confessionem uenientium presens potest inspi
cere uales. Item ex concilio laudicensi. De eodem.

Hii qui diuersorum peccatorum lapsus incurrerint et orationem
confessione ac penitentia malorum suorum perfe
ctam conuersionem demonstrauerint pro qualitate peccati peni
tentie tempus attribuendum est propter misericordiam et bonitatem
dei. Quia quod hominem sunt reuocandi ad communionem
applicandi. Item ex eodem cap. iii. Episcopi arbitrio
pro qualitate peccati penitentie tempora distribuuntur.

S. p. i. di. xc. Alien.

Penitentibus secundum differentiam peccatorum episcopi arbi
trio penitentie tempora decernantur. Item ex eodem cap.
iiii. Sine personarum acceptione implorantibus penitentiam

S. p. i. di. xc. Sigismo.

Sacerdos penitentiam implorantibus absque personarum acceptione
penitentiam secundum leges iniungat.
negligentiores uero penitentes tardius recipi
antur. Omni autem tempore ieiunii manus penitenti
bus a sacerdotibus imponantur. Diebus remissionis
omnes penitentes genua flectant. mortuos
in ecclesiam efferant et sepeliant. Die autem
dominico non ieiunent. Nam quicumque die dominico
studiose ieiunat. non creditur esse catholicus.
penitentes uero qui leges penitentie attente
exequuntur. si casu in itinere uel in mari mortui
fuerint. ubi eis subueniri non possit. memo
riam eorum et orationibus et oblationibus commendet. Unde in
viii. sinodo legitur. Tempus penitentie pro qualitate delicti in pon

S. p. i. di. xxx. Sig. pbr.
J. p. ult. di. iii. Ieiunii.
7. nequis.
S. p. i. di. xxx. Sig. pbr.

Pro qualitate delicti penitentie tempus impendatur. De eo
dem. Tempus et modus delinquentium presidentis inpo
Hoc sit potius in iudicio sacerdotis. natura iudicio.
eorum qui presunt. uel quanto tempore uel quomodo penitere debeant
qui delinquunt. quia etas ad eruditionem
multam habet. facere differentiam pene. Et Quo
affectu penitentem suscipere et impenitentem ab
icere debemus. Ex eadem sinodo euidenter ostenditur

S. p. i. di. xc. Sig. Alienus

dum dicitur. Immo caritatis affectu penitentem debemus su
Penitentes ex corde non oportet suscipi. sicut dominus scripture
ostendit cum dicit. quia conuocauit amicos
meos et uicinos dicens. Congratulamini mihi
quia inueni ouem quam perdideram. Item. Penitentes legem
Affectum illum diligit iniquitatem odio habet.
Amen se recipiat penitentes quem gerebat ille qui
dicebat. Iniquitatem odio habui et abhominatus
sum. Sed ea que scripta sunt in vi. psalmo atque in
aliis quam plurimis uel ea que apostolus dixit ad eos
qui secundum deum contristati sunt quanta operatur in
uobis sollicitudinem. sed excusationem. sed indi
gnationem sed emulationem. sed uindictam in
omnibus exhibuistis uos castos esse negotio:
sed et ipsis in quibus deliquit agens multa certi
sic et Zacheus fecit. In penitentes tamquam ethnica habentur.

Erga eum qui peccata sua non punit. tales esse debe
mus sicut dominus precepit dicens. Sit tibi sicut gentilis
et publicanus. et sicut apostolus docuit dicens. subtrahite uos ab
omni fratre ambulante inordinate. et non secundum
traditionem quam tradidimus uobis. Item ex iohanne crisostomo.
Melius sacerdotem errare in misericordia remittendi

Alligant autem bona quam in seueritate ulciscendi.
quia et inportabilia et cetera. Tales sunt sacerdotes
et nunc qui omnem iustitiam preceptorum mandarunt et ipsi
nec modicam seruant. uidelicet non ut faciendo sint.
sed ut dicendo appareant iusti. tales sunt qui
quicumque pondus uenientibus ad penitentiam
ponunt quia dicunt et non faciunt. et sic dum pena
penitentie presentis fugitur contempnatur pena peccati
futura. Sicut enim si fascem super humeros
adolescentis qui non potest ambulare posueris
necesse est ut aut fascem reiciat aut sub pondere con
teratur. Sic et homo cuicumque pondus peni
tentie inponis. aut penitentiam reiciet. aut
suscipiet dum sufferre non potest. scandalizatus
amplius peccat. Deinde et si erramus modi
cam penitentiam imponentes. nonne melius est
propter misericordiam orationem aut quam propter crudelitatem. Ubi
enim pater familias largus est. dispensator non de
bet esse tenax. Si deus benignus. ut quid sacer
dos eius austerus uult apparere. Unde martinus papa.

Non licet kalendarum obseruationes agere nec licet
iniquas cogitationes agere kalendarum et uocas ua
care. neque lauro aut uiriditate arborum
cingere domos. Omnis enim hec obseruatio pa
ganorum est. Item zacharias papa. Anathematizat qui

Si quis kalendas ritu paganorum calendas obseruat.
ianuarii ritu paganorum colere uel aliquid plus
noui facere propter nouum annum. aut mensas cum lampa
dibus uel epulis in domibus preparare. et per uicos et pla
teas cantatores et choros ducere presumpserit
anathema sit. Item augustinus. Infirmitatibus hominibus
immineant incantatores nichil remedii prestant.

Fideles sacerdotes presbiteri ut nouerint magicas artes
incantationesque quibuslibet infirmitatibus hominum
nichil posse remedii conferre. non animalibus lan
guentibus claudicantibusue. uel et moribundis

quicquam medicine. Sed hec esse laqueos et insidias antiqui hostis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur. Et si quis hec exercuerit clericus, degradetur. Laicus anathematizetur. Item Aug. **Dies egyptiaci et ianuarii kalende non sunt observande.**

Non observetis dies qui dicuntur egyptiaci aut calendas ianuarii, in quibus cantilene quedam et comessationes et ad invicem dona donantur quasi in principio anni boni fati [augurio], aut aliquos menses, aut tempora, aut dies et annos, aut lune et menses, solisque cursum. Quia qui has et quascumque divinationes, aut fata, aut auguria observat, aut attendit, aut contendit, aut consentit observantibus, inutiliter et sine causa et magis ad sui dampnationem [vivit] quam ad salutem. Sunt qui per quosdam numeros litterarum et lune per pytagoricam nigromantiam egrotantium vitam vel mortem vel prospera vel adversa futura inquirunt. Sunt qui attendunt somnialia scripta, et falso in Danielis nomine intitulata, et sortes que dicuntur sanctorum [apostolorum], et auguria avium, aut aliqua pro domo facienda, aut coniugia copulanda, aut in collectionibus herbarum carmina dicunt, aut pittaciolas, per quibus infirmitate scripta super homines, aut animalia ponunt, preter simbolum et orationem dominicam, aut magicis falsitatibus in grandinariis et tempestatibus credunt. Qui autem talibus credunt, aut ad eorum domos euntes, aut in suis domibus introducunt et interrogant, sciant se fidem christianam et baptismum prevaricasse, et paganum et apostatam, id est retro abeuntem, et Dei inimicum iram Dei in eternum graviter incurrisse, nisi ecclesiastica penitentia emendatus Deo reconcilietur. Dicit enim apostolus: Sive manducabitis, sive bibitis, sive aliud quid facietis, in nomine Domini facite. Item quivis. m. rursum.

Qui divinationes expetunt et more gentilium subsecuntur, aut in domos suas huiuscemodi homines introducunt exquirendi aliquid arte magica, aut expiandi causa, sub regula quinquennii iaceant, secundum gradus penitentie diffinitum. Item ex eodem. **Sine incantatione herbam**

Demonum sustinentia licet percipere **vel percipere herbam habere** vel herbas habere sine incantatione. De temporum quoque observationibus scribit Aug. in Encheridion.

Grave peccatum est dies observare et menses et annos.

Quis existimaret quam magnum peccatum sit observare dies et menses et annos, et tempora sicut observant qui certis diebus, sive mensibus, sive annis, volunt vel nolunt aliquid inchoare, eo quod secundum varias doctrinas hominum fausta vel infausta existimant tempora, nisi huius mali magnitudinem ex timore apostoli pensaremus qui talibus ait: Timeo vos ne forte laboraverim in vobis sine causa. Id est, epistola ad Galathas. Intelligat lector ad tantum periculum anime pertinere superstitiosas temporum observationes, ut diceret apostolus: Timeo vos ne forte sine causa laboraverim in vobis. Quod quamvis tanta celebritate [atque] auctoritate per orbem terrarum in ecclesiis legatur, plene sunt tamen conventicula nostra hominibus qui tempora rerum agendarum a mathematicis accipiunt. Iam vero ne aliquid inchoetur aut edificiorum aut huiusmodi quorumlibet operum diebus quos egyptiacos vocant, sepe etiam nos monent

n... o... n... d... u... b... l... b... a... n... t. ....

In xxvii. causa de coniugio agitur. ac primum de voventibus queritur, an possint matrimonia contrahere vel non. Ubi distinguitur quod votum aliud sit simpliciter, votum aliquibus post votum accedit vel episcopalis benedictio vel sacre religionis professio, et ibidem ostenditur quod simpliciter voventes matrimonia contrahere non possunt, si contraxerint non sunt dissolvenda eorum matrimonia, sed de violatione voti penitentia est eis imponenda. Alii vero voventes nec possunt matrimonia contrahere nec coniuncti cohabitare, cum neque sponsalia neque coniugia possunt habitare, sed si contraxerint sunt distinguendi ab invicem et ad penitentiam cogendi et retrudendi vel in ergastulis ponendi. In ea quoque agitur de desponsatis utrum possint renuntiare prioribus condicionibus et maioribus sua vota transferre. Ibidem etiam queritur quis consensus matrimonium faciat, an cohabitationis, an carnalis copule, an utriusque. Ibidem etiam ostenditur quod coniugalis pactio et desponsationis fides coniuges facit et quod sic coniugem alterius et sponsatam alienam nulli licet accipere, et quod desponsatam puellam proximi sui nullus debet accipere in uxorem vel si de eius consanguinitate aliquis eam acceperit, ipse et omnes ei consentientes anathematizentur et coniugium dirimatur, probatur, et ibidem quod sponse

Si c. Q. v. c. iii

C. de male. et math. l. ii.

dicuntur coniuges non affectu presentium: set spe futurorum. ~~inperfectum~~ et initiatum coniugium perfectum, et inperfectum distinguitur, et quod sit perfectum et quod inperfectum ostenditur, et quod desponsate ad secunda uota transire non possunt. Verumtamen si in alios sua uota transtulerint, et eis sese copulauerint non sunt ab inuicem per carnalem copulam disiungendi.

QUIDAM VOTUM castitatis habens desponsauit sibi uxorem. Illa priori conditioni renuntians, transtulit se ad alium et nupsit illi. Ille cui prius desponsata fuerat repetit eam. Hinc primum queritur: an coniugium possit esse inter uouentes.

Q. I.

Secundo an liceat sponse a sponso recedere (utique in monasterium) et alii nubere.

Quod uero uouentes matrimonia contrahere non possint, multis auctoritatibus probatur. In Cartaginensi namque cap. c. iiii. statutum inuenitur de uiduis que professam continentiam preuaricate sunt. Excommunicentur uidue que religioso habitu abiecto nuptias elegerint.

Sicut bonum est castitatis premium, ita et maiori obseruantia et preceptione custodiendum est. Vnde sique uidue quamlibet adhuc in minoribus annis posite et inmatura etate a uiro relicte se deuouerint Deo et ueste laicali abiecta sub testimonio episcopi et ecclesie in religioso habitu apparuerint, postea uero ad seculares (nuptias) transierint secundum apostolum dampnationem habebunt: quia fidem castitatis quam Deo uouerunt irritam facere uise sunt. Tales ergo personas a christianorum communione sequestrentur, neque in conuiuio cum christianis communicent. Nam si adulterii coniuges rei esse si suis obnoxie non fuerint uiris, quanto magis uidue que de religiositate mutauerunt, crimine adulterii notabuntur, si deuotionem quam sponte non coacte Deo obtulerunt libidinosa uoluntate corruperint, et ad secundarum nuptias transitum fecerint. Que et si uiolentia irruente ab aliquo oppresse fuerint ac postea delectatione libidinis permanserint in coniugio raptoris, uel uiolento uiro consenserint, dampnatione superius dicta teneantur obnoxie. De talibus apostolus ait: Cum enim luxuriate fuerint, nubere in Christo uolunt, habentes dampnationem quia primam fidem irritam fecerunt. Item ex epistola Gregorii missa ad Bonifatium. De uirginibus et uiduis que a religioso proposito discedunt.

S. p. i. di. xxvii. femi.
I. xxxii. Q. ii. Si sciens

Viduas a proposito discedentes uiduitatis (scilicet) quas nos consulere uoluit dilectio tua frater karissime, credo te nosse a sancto Paulo et a multis sanctis patribus non cunctanter (olim) esse dampnatas. Quas nos apostolica auctoritate dampnandas et a communione fidelium atque a liminibus ecclesie arcendas fore censemus, usque quo obediant episcopis suis, et ad bonum quod ceperunt inuite aut uoluntarie reuertantur. De uirginibus autem non uelatis si deuiauerint: a sancte memorie predecessore nostro papa Innocentio taliter decretum habemus. Hec uero que necdum sacro uelamine tecte, tamen in proposito uirginali semper se simulauerunt permanere, licet uelate non fuerint, tamen si nupserint aliquanto (diu) tempore his agenda penitentia, quia sponsio earum a Domino tenebatur. Si enim inter homines solet bone fidei contractus nulla ratione dissolui, quanto magis ista pollicitatio quam cum Deo pepigerunt solui sine uindicta non poterit etc. Si uirgines non dum uelate taliter penitentia puniuntur, et a cetu fidelium usque ad satisfactionem excluduntur, quanto magis uidue que perfectioris etatis et maioris sapientie atque consilii extiterunt, uirorum consortio multotiens use sunt, et habitum religionis assumpserunt, et demum apostatauerunt, atque ad priorem uomitum sunt reuerse. A nobis et ab omnibus fidelibus, a liminibus ecclesie et a cetu fidelium usque ad satisfactionem sunt eliminande et carceribus tradende. Qualiter iuxta apostolum Paulum tradimus huiusmodi hominem Sathane, ut spiritus eius saluus fiat in die Domini. De talibus enim Dominus per Moysen loquitur dicens: Auferte malum de medio uestri. De quibus propheta ait: Letabitur iustus cum uiderit uindictam impiorum. m. s. l. in san. p. De talibus namque et eorum similibus atque eisdem consentientibus dicitur: Quia non solum qui faciunt, sed et q. c. facientibus rei sunt. Item ex decreto Gelasii pape ad Siculenses episcopos misso. cap. viiii.

S. p. i. di. xxvii. femi.

I e. Q. e.

Utique non publice nouitie. uel habitum susceperint

Non conceditur tamen ecclesia. Si a priori simpliciter sit desponsata. a secundo uero desponsata et cognita.

Non tamen sunt separandi. ut ait Augustinus I e. Q. e. Nuptiarum

Consentire dicitur qui potest prohibere et non prohibet. ut ibi.

Transire non possunt vidue et virgines post religionis propositum ad nuptias.

Nec viduas ad nuptias transire patimur, que in religioso proposito diuturna observatione permanserunt. Similiter virgines, que se annis plurimis in monasteriis etatem peregisse contigerit, nubere prohibemus. Item Ciprianus ad Pomponium de virginitate. Ex quolibet sensu corporis mulier corrumpi potest.

Institutum est ut iam pacte sponse non statim tradantur, ne vilem habeat maritus datam quam suspiraverit sponsus dilatam. Iuxta hanc distinctionem intelligenda est auctoritas illa Augustini. Non dubium est illam mulierem non pertinere ad matrimonium, cui docetur non fuisse commixtio sexus. Ad matrimonium perfectum subintelligendum est tale videlicet quod habet in se Christi et ecclesie sacramentum. Ita et illud Leonis pape intelligendum est. Sed obicitur illud Augustini. Inter Mariam et Ioseph fuit perfectum coniugium. Sed perfectum intelligitur non ex officio, sed ex his que comitantur coniugium, ex fide videlicet, prole et sacramento, que omnia inter parentes fuisse auctoritate Augustini probatur. Cuncta ergo que non de separando coniugio inducta sunt, de perfecto intelliguntur, quod sponsalium coniunctione est initiatum et officio corporalis commixtionis est consummatum. Illa vero que separabile coniugium ostendunt, de initiato intelliguntur, quod nondum officio suo perfectum est. Vel per aliam distinguntur. Sponse appellantur coniuges ex consuetudine scripture spe futurorum, non effectu presentium. Unde Ambrosius. Cum dixisti cum initiatur coniugium non adducit res tunc vel effectus, sed tunc nomen coniugii asciscit, ostendens tale nomen coniugii nomen habere, non rei effectum. Item Augustinus cum de parentibus domini loqueretur ait. Coniuges fuerunt mente, non carne, sicut et parentes. Ex quo datur intelligi quod sicut Ioseph pater domini dicitur non effectu generature, sed officio et cura providendi, sic et coniux matris eius appellatus est, non coniugii effec-

Marginalia (left): i. xxx. Q. ii. Sic ec. — i. xxxiii. C. plr — i. xxxii. [...] vii. C. iii. — Hoc verum est si sciens. Ceterum si inscientia, inscius excusabitur. v. i. e. C. iii. — S. e. a. e. Iul. Si quis sponsam. — Licita coniugia non denegari ei qui cognovit sponsam fratris. — i. xxxiii. C. ult. — i. lomb. de rapt. de sponsatis — Consentiente raptu utrius[?] nubere non debere. — C. i. post talis cum liberis[?] est casus in quo invite sponse alium ducit sicut ille aliam.

Marginalia (right): Coniugium aliud initiatum, aliud ratum. — S. e. a. e. Aug. Non dubium est. — S. e. a. e. Leo. Cum societas. — S. xxx. Q. v. Solemnes[?] — Coniugium aliud habet in se Christi et ecclesie sacramentum, aliud non. — S. e. Q. e. Cum — Qualiter intelligatur coniugium perfectum fuisse inter Mariam et Ioseph. — S. e. a. e. Aug. Omne itaque — S. e. a. e. Aug. Coniux vocatur. — Alia distinctio.

tu sit sub ministratione necessariorum. In
dum duo mitis affectu. Hinc gregorius ait. No
li timere accipere mariam coniugem tuam. Coniugem
nominauit. quia futura erat coniux.
Hinc et beda super lucam. Si quis sponsam
alterius uiolauit et cetera. Uxorem uocauit non
quia esset. sed que futura erat uxor. Hinc et
Ieronimus super matheum in euangelio cum esset de
sponsata. Consuetudine scripture sponse coniuges et sponsi
G enuit ioseph uirum marie. Cum uirum audi
eris suspitio tibi non subeat nuptiarum. Sed
recordare consuetudinis scripturarum quod spon
se uocitentur uxores et sponsi uiri. Et infra.
Non ab alio inuenta est nisi a ioseph. qui pene
licentia maritali future uxoris omnia nouerat.
Et infra. Joseph fili dauid et cetera. Iam et super
diximus sponsas uxores appellari. quod plenius
liber aduersus heluidium docet. Item super genesim.
E gressus itaque loth locutus est ad
generos suos qui accepturi erant filias suas.
Insequentibus filie loth uirgines fuisse dicuntur
tempore ad sodomitas et cetera. Ecce duo filie mee
que non cognouerunt uirum et cetera. Nunc autem dicitur habu
isse generos sed quidam arbitrantur eas quas uiros
habuerunt in sodomis perisse. et que uirgines erant
cum patre exisse. sed hebraica ueritas habet egressus est loth
et locutus est ad sponsos quod magis uidetur exceo
quod sequitur. quod accepturi erant filias eius. Unde
datur intelligi quod scriptura sponsos uocauit
generos. Item iohannes aureum os in eodem euangelio.
Maria cum uxor dicitur more scripture cum simpliciter sponsa esset.
P rius quam conuenirent. non dixit priusquam
sponsi adduceretur domum. Hunc enim morem
tenebat antiquitas ut sponse in sponsorum
domibus haberentur. Ut autem genimi loth apud socerum
leguntur habitare. cum sponsis non dum copu
latis lege coniugii. sic et maria habita
bat cum sponso. Et infra. Neque enim eam ex
pellere de domo uoluit sed dimittere. Et infra.
Noli timere accipere mariam coniugem tuam. Quod
sermone sponsam simpliciter indicauit. Sic
enim eos qui adhuc sponsi sunt generos appellare
scriptura consueuit. Quid est autem accipere. domi
in perfectore tenere. Iam enim illam mente dimi
serat. Et infra. Sic enim illam per angelum mandat christus ipse
discipulo sic et nunc angelus copulat sponso
non in festo sollempne coniugii sed in consortium com
munis habitaculi. Item in eodem. omelia v.

Dominus non commendasset matrem discipulo si earn ioseph cognouisset.
S i enim cognouisset eam et loco habuisset u
xoris: quomodo illam dominus quasi absque solatio
et inclitam permitteret. Item ieronimus discipulo commendauit
iubens illi ut reciperet eam in sua. Item origenes.
Maria uxor ioseph appellatur. quia sic ab eo putabatur. ab eo.
I nuenta est habens in utero ab eo ioseph qui licet
eam non contingeret future tamen ut putabat uxo
ris omnia nouerat. Et infra. Sit uxor nominatur
sine desponsatione talis esse dicitur. sit tamen uxor:
ut subdelatur. sed cum ingenium etiam matrem est.
Et infra. Coniugem dicit coopertam ut diabolo
uirginitatem ei occultet. ut legis institutam
non destruam in sequentibus demonstrabo. Cum
istaria coniux sed secundum consuetudinem coniugi
batur. Non iste qui genitus tamen sui esse creditur.
I tem gregorius in expositione euangelii cum esset sero
die illo. Ad nuptias ioseph non peruenit marie.
S ic quippe discipulum post resurrectionem suam du
bitare permisit nec tamen in dubitatione de
seruit. Sic autem natiuitatem suam habere mariam
sponsum uoluit. qui tamen ad eius nuptias non per
uenit. Nam ita factum est discipulus dubitans
et palpans testis uere resurrectionis sic sponsus
matris fuerat custos integerrime uirginitatis.
E x his omnibus apparet sponsas coniuges
appellari spe futurorum. non re presentium. Quod
ergo coniuges a prima fide desponsationis ap
pellantur. sicut quod sponsa asserentur uxor esse ne
gatur. Sed a prima fide desponsationis coniux
dicitur appellari non quod in ipsa desponsatione fiat
uxor. sed quia ex fide quam ex desponsatione
sibi inuicem debent. postea efficiuntur coniuges.
Sic per fidem dicuntur remitti peccata non quod ante bap
tisma per fidem remittantur. sed quia fides est causa
quare in baptismate emundamur a peccatis. Il
lud autem iohannis crisostomi matrimonium non fac
coitus sed uoluntas. Item illud ambrosii. Non defflo
ratio uirginitatis. sed pactio coniugalis ma
trimonium facit. ita intelligendum: Coitus sine
uoluntate contrahendi matrimonium. et defflora
tio uirginitatis sine pactione coniugali non
facit matrimonium. sed precedens uoluntas contrahen
di et coniugalis pactio facit. ut mulier in de
floratione sue uirginitatis uel in coitu di
catur nubere uiro uel nuptias celebrare. Item si
ricius papa. Discessionem sponse a sponso uo
cat coniugalem separationem. Sed talis discessio

C. di. xiiii. C. i.

Videtur ut secundum legem lapidanda si sui uiro acce pisset.

Duobus modis coniuges dicuntur. re presentium et spe futurorum.

Hodie autem heretici accedentibus. sed in ipsa submissione operatur deus contritione cordis. et de pena peccati.

Ante baptismum non remittuntur peccata per fidem

S. e. a. e. Sirtius. De coniug.

dicitur violatio coniugii non iam existentis sed futuri, ut ex pactione desponsationis sperabatur. Sic diabolus dicitur cecidisse a beatitudine, non solum quam tunc habebat, sed et ad quam habendam creatus erat. Sic qui in monasterio sive invite vel scienter in sacerdotem vel in episcopum eligi sinunt, electionem suam cassari meruerunt, dicuntur amisisse sacerdotalem vel episcopalem unctionem, non quia iam acceperant, sed ad quam accipiendam electi erant. Non illa ergo auctoritate sponsa uxor probatur. Si concedatur quod sponsa non sit coniux, tamen queritur utrum liceat ei renuntiare priori conditioni. Hoc autem prohibetur auctoritate Ancirani concilii, in quo ita statutum legitur. Puelle desponsate parentibus reddende sunt si ab aliis rapte fuerint.

C. xxxvi. Q. ii. Eos q.

Desponsatas puellas et post ab aliis raptas placuit erui et eis reddi quibus ante desponsate fuerant. Item Iohannes .viii. Rostagno archiepiscopo. Communione privetur sponsa que raptorem deserere et ad sponsum suum redire noluit.

Actor perfidus et simulator dum in nostro furtivo fidelium concubaret quandam aurium feminam sed desponsatam, quam rapuisse. Et vestra fraternitas nostra auctoritate suffulta suffraganeos suos episcopos persimilater convocet, sicque unanimum sententia si sponsa huic raptor non reddiderit, tamen vero quam rapta si ad pristinum sponsum remeare noluerit, omni communione priventur.

Hoc idem d[icitur] t[amen] de [i]llicita.

Si autem est priori conditioni renuntiare, et de nuptiis cum alio agere, alium est rapi, hoc est illicite constuprari. Unde Ysidorus ethimologiarum libro v capitulo .xxiiii. ait. Quid sit raptus.

C. xxxvi. C. i.

Raptus est illicitus coitus a corrumpendo dictus, unde qui rapto potitur stupro fruitur.

Hec autem non ab alio rapta, sed alii desponsata monstratur. Raptam vero talem dici prohibet Gelasius papa, in decretis. Ibi raptus admittitur ubi puella adducitur de qua antea nuptiis nichil.

C. xxx. Q. vi. C. i. et ii.

Lex illa preteritorum principum ibi raptum dixit perpetratum esse commissum, ubi puella de nuptiis cuius nichil ante actum fuerit videatur abducta.

Quod autem in fine capituli subiungitur in his reatus raptoribus ius illata constituit, ideo additum est, quia raptarum alie sunt rapiendas exponunt, alie violenter abducuntur. Que ergo non rapiuntur parentibus reddende sunt. Hec autem non supradictum non inter raptas sunt, alii desponsatas connumerate. Ideo non est huic auferenda et priori reddenda. Secuntur alie auctoritates quibus ista prohibetur nubere secundo et iubetur redire ad priora vota. Alexander Siricius papa Himerio secundo episcopo Tarraconensi.

Puellam alii desponsatam accipere alii non licet.

C. xxvii. Q. iii.
C. xxx. Q. v. Sponsus.
S. e. a. e. Sexhis.

De coniugali violatione requisisti si puellam alii desponsatam alter in matrimonio possit accipere. Tale ergo connubium anathematizamus, et omnibus modis omnibus ne fiat inhibemus. Quia illa benedictio quam nupture sacerdos imponit, apud fideles cuiusdam sacrilegii instar est, si ulla transgressione violetur.

Sed ad auctoritatem huiusmodi illa prohibetur ad secunda vota transire que in prima est ducta et cum sponso suo est velata et benedicta. Talium discessione violatur benedictio quam nupte sacerdos imponit. Verum hanc nondum sponsus in suam duxerat nec cum ea benedictionem acceperat. Neque ergo hac auctoritate huiusmodi copula prohibetur. Item illud Eusebii papae. Desponsatam puellam non licet parentibus alii viro tradere. Similiter de huiusmodi desponsata intelligitur, quia videlicet cum sponso est velata et benedicta. Item obicitur illud Gregorii quod propter frigiditatem a viro suo separata est et alii nupta fuerit ei, alia non coguntur. Illa est detrahenda secundo et reddenda primo. Sed eodem modo solvitur, quia ista videlicet cum illo benedictionem acceperat.

Desponsatio alia simplex alia sollempnis.

C. xxviii. Q. i. C. i.

In .xx.viii. causa agitur de coniugio infidelium. Quia sit coniugium inter eos, ubi ostenditur quod sicut propter corporalem fornicationem, ita et propter spiritualem licet coniugatis ab invicem discedere, si alter alterum accum permanere noluerit, et quod fidelibus liceat infideles uxores dimittere quia non expediat. Quomodo coniugia infidelium legitima sint, quia non sint rata, et quod fidelium copulas aspirare non liceat, et quod fideles unam uxorem ducere post quam infideles odio christiane fidei cum eo habitare noluerit. Ac ergo in libro de bigamis, in baptismo accepere unam et post baptismum alteram utrum reputentur bigami vel non.

[Q]uidam infidelis in coniugio positus ad fidem conversus est. Uxor odio Christiane fidei ab eo discessit. Ille quandam fidelem in uxorem accepit. Qua mortua clericus efficitur, tandem vite et scientie merito in episcopum eligitur. Hic primum queritur, an coniugium sit inter fideles? Secundo, an liceat huic aliam ducere priore vivente? Tertio, an sit reputandus bigamus qui ante baptismum habuit unam et post baptismum alteram? Quod inter infideles coniugium non sit multis auctoritatibus probatur. Ait enim Paulus: Omne quod non est ex fide peccatum est. Coniunctio autem infidelium non est ex fide, ergo peccatum est. Non est ergo coniugium, quia nullum coniugium est peccatum. Item Augustinus: Non est vera pudicitia hominis infidelis cum coniuge sua. Ubi autem vera pudicitia esse non potest, ibi nec verum coniugium. Item Ambrosius: Iussit Esdras dimitti uxores alienigenas, per quas ibant ad deos alienos. Non enim imputandum matrimonium quod extra decretum factum est, sicut cognoscitur esse mandatum. Item Augustinus: Non est ratum coniugium quod sine Deo est. His omnibus auctoritatibus probatur coniugium non esse inter infideles. Econtra inveniuntur alie auctoritates quibus probatur coniugium esse inter infideles. Quarum prima est illud evangelii quod Christus ait: Erunt quinque in una domo, duo in tres et tres dividentur in duos. Deinde cum personas illas enumerasset, uxorem inter eas dividendam esse connumeravit. Item: Qui non odit patrem aut matrem aut sororem aut uxorem propter me, non est me dignus. Uxorem infidelem non fidelem dicit odio habendam. Item: Omnis qui reliquerit domum aut patrem aut matrem aut uxorem vel sororem, centuplum accipiet etc. Uxorem in hoc loco infidelem significat, que propter Christum dimittitur, dum potius ipsa quam fides Christi deseritur. Item Apostolus: Si quis frater uxorem habet infidelem, et hec consentit habitare cum illo, non dimittat illam; et si qua mulier habet virum infidelem, et hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum. Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, et sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem. Item Ieronimus: Hortatur adolescentulas ut diligant viros suos. Hoc autem de fidelibus quam de infidelibus intelligendum est. Infidelibus namque viris fideles mulieres, preter in his que contra Deum sunt, debent obsequi, ut sic viros suos Christo lucrifacere valeant. Sic in passione beati Clementis de Theodora et Sisinnio legitur mirabiliter contigisse.

Item Innocentius papa Rufo et Eusebio episcopis Macedonibus. Bigami probantur qui ante baptismum habuerunt unam et post baptismum alteram.

Numquid non erit admittendi in hereditatis consortium qui ex ea suscepti sunt quam ante baptismum habuit uxorem? Erunt itaque appellandi naturales, quia non est legitimum matrimonium, ut vobis videtur, nisi illud quod post baptismum assumitur. Ipse Dominus dum interrogaretur a Iudeis si liceret dimittere uxorem, atque exponeret fieri non debere, adiecit: Quod Deus coniunxit homo non separet. Ac ne de his putetur esse locutus qui post baptismum uxores sortiuntur, hoc et a Iudeis interrogatum et Iudeis esse responsum meminerimus. Quero et sollicite quero: si una eademque sit uxor eius qui ante catechumenus, post fidelis sit, filiosque ex ea cum esset catechumenus susceperit, et post alios cum fidelis, utrum sint fratres appellandi, an non habeant post defuncto patre cum ceteris hereditatis herciscunde consortium? Quibus filiorum nomen regeneratio spiritualis dicitur abstulisse. Quod iccirco iudicare atque sentire absurdum est, quod omne malum defendi et vana magis opinione iactari quam aliqua auctoritate roborari, cum non possint inter peccata deputari que lex precepit de coniunge. Item ex decreto Euticiani pape. Infidelis si in potestate post baptismum sit, non potest stare uxorem accipere quam ante dimisit.

Si quis gentilis gentilem dimiserit uxorem ante baptismum, post baptismum in potestate eius erit eam habere vel non habere. Item. Fidelis ab infidele discedente.

Simul in fide existentibus coniugatis baptizatis sequi non cogitur, si autem ratam gentilis et sequi non vult, sic dicit Apostolus: Infidelis si discedit discedat. Item Augustinus de fide et operibus. Sine culpa relinquitur uxor que cum fideli habitare noluit.

Uxor legitima societate coniuncta sine ulla culpa relinquitur, si cum viro Christiano permanere noluerit. Non attendit eorum causam: dimitti si viro suo dicat, non ero uxor tua nisi mihi vel de latrocinio divitias congeras, aut nisi solita lenocinia quibus nostram domum sustentabas et exerceas, vel si quid aliud vel facinorosum vel flagitiosum in viro noverat quo delectata vel libidinem explebat vel facile victum habebat vel incedebat ornatior. Tunc enim ille cui hoc uxor dicit, si veraciter egit penitentiam ab operibus mortuis quando ad baptismum accessit, et habet in fundamento fidem que per dilectionem operatur, procul dubio plus tenebitur amore divine gratie quam carnis luxurie, et membrum quod eum scan-

Coniugium est i. naturale quod non possit dissolui.

Q. I.

S. p. i. di. xxvi. Deinde

S. di. xxxiii. Si quis uidua

Naturales dicuntur filii quos sola natura non coniugium edidit.

Non posse esse peccatum quod lex precepit.

Se: Sed

Matrimonium dimittere uxorem posse si eum ad peccatum impulerit.

Pater mater filius filia uxor filii.

de talibus ait: Fortius amputabit. Item Augustinus de sermone Domini in monte libro primo. Licite dimittitur uxor que virum suum cogere querit ad malum.

Idolatria quam sequuntur infideles, et quelibet noxia superstitio fornicatio est. Dominus autem permisit causa fornicationis uxorem dimitti. Sed quia permisit, non iussit, dedit apostolo locum monendi, ut qui voluerit non dimittat uxorem infidelem, que sic fortassis possit fidelis fieri. Item. Si infidelitas fornicatio est, et idolatria infidelitas, et avaritia idolatria, non est dubitandum et avaritiam fornicationem esse. Quis ergo iam quamlibet illicitam concupiscentiam potest recte a fornicationis genere separare, si avaritia fornicatio est? Ex quo intelligitur quod propter illicitas concupiscentias, non tantum que in stupris cum alienis viris aut feminis committuntur, sed omnino quaslibet, que animam corpore male utentem a lege Dei aberrare faciunt, et perniciose turpiterque corrumpi, possit sine crimine et vir uxorem dimittere et uxor virum. Quia exceptam facit Dominus causam fornicationis, que fornicatio, ut supra sic considerata est, generalem et universalem intelligere cogimur. Cum autem ait excepta causa fornicationis, non dixit cuius, ipsorum viri an femine. Non enim fornicantem tantum uxorem dimittere conceditur, sed quisquis eam a qua uxorem dimittit, a qua ipse cogitur fornicari, causa utique fornicationis dimittit. Vel etiam si aliquis cogat uxorem sacrificare idolis, qui talem dimittit, causa fornicationis dimittit, non tantum illius, sed et sue: illius quia fornicatur, sue ne fornicetur. Item Beda de adulterinis coniugiis. Que simulacrum facit, nisi resipiscat, dimittatur a viro suo.

Non solum mechatio est illi que carnem suam coinquinat, sed et que simulacrum facit mechatur. Quod si in his factis perseveraverit et penitentiam non agit, recede ab illa, et non vivere cum illa. Sin autem, et tu particeps eius peccati eris. Item Ambrosius ad Ylarianum. Amore Dei ubi non est a fide recedendum.

Si infidelis, dicit apostolus, discedit, discedat. Non est enim servituti subiectus frater aut soror in huiusmodi, id est si infidelis noluit esse cum coniuge fideli. Hac ergo sciat fidelis suam libertatem, ne ita se subiectum putet servituti, ut ipsam dimittat fidem, ne coniugem amittat infidelem. At hic de fidelibus atque parentibus, vel de fratribus atque sororibus intelligitur propter Christum esse dimittendos, cum potest ista conditio, ut Christum dimittat, si cum seculo habere desiderat. Hic ergo et de domo et de agris et de ceteris rebus, que usitate pecunia nomine possidentur, intelligendum est. Item Augustinus ad Pollentium.

Quod in fidelem fit coniugem, et quod fideli liceat dimittere infidelem.

Iam nunc illud videamus quod apostolus ait: Ceteris autem ego dico, non Dominus. Ad eum partem sicut vel non ambo Christiani fuerant coniugia loquitur. Quod minus videtur cum monendo dixisse, quia etiam coniux fidelis relinquere coniugem licite posset infidelem. Ideo hic fieri non Dominus sed apostolus precipit, quia enim Dominus prohibitis fieri odio non licet. Monet ergo apostolus quod possit esse iniectorum occasio lucrandorum, ut fideles coniuges in talibus quidam infidelibus permissa licentia non utantur. Licet autem videtur infideles quidem dimitti a fidelibus non licere, quia hoc non vetat Christus. Cum ego dicam licere, quod hoc non vetat Dominus, non tamen expediret, quia ne fiat hoc monet apostolus, qui reddidit rationem cur fieri non expediat, quamvis liceat. Quid enim scis, inquit, mulier, si virum salvum facies? Aut unde scis vir, si uxorem salvam facies? Cum etiam superius dixisset: Sanctificatus est vir infidelis in muliere fideli, et mulier infidelis sanctificata est in fratre. Hoc in Christiano. Alioquin filii vestri immundi essent, nunc autem sancti sunt. Sic ad lucrandos coniuges et filios Christo iam exemplis quamplures venerant, invitet hortatur. Cur ergo non expediat infideles coniuges dimitti a fidelibus, causa evidentius expressa est. Non enim propter vinculum cum talibus coniugale firmandum, sed ut conquirantur in Christo, recedi ab infidelibus coniugibus apostolus vetat. Multa sunt autem facienda, non iubente lege, sed libera caritate; et ea sunt in nostris officiis gratiora, que cum liceret nobis etiam non impendere, tamen causa dilectionis impendimus. Unde ipse Dominus prior cum se tributum non debere monstrasset, solvit tamen, ne scandalizaret eos, quibus ad eternam salutem gerens hominem consulebat. Iam vero apostolus quemadmodum ista commendet, eius verba testantur, ubi dicit: Cum sim liber ex omnibus, me omnium servum feci, ut plures lucrifacerem. Cum paulo superius dixisset: Numquid non habemus licentiam manducandi et bibendi? Numquid non habemus licentiam sororem mulierem circumducendi, sicut et ceteri apostoli et fratres Domini et Cephas? An ego solus et Barnabas non habemus potestatem hoc operandi? Quis militat suis stipendiis umquam? Quis plantat vineam et de fructu eius non edit? Quis pascit gregem et de lacte gregis non comedit? Et paulo post: Si alii quidem potestatis vestre participant, non magis nos? Sed non sumus usi hac potestate, sed omnia toleramus, ne quod impedimentum demus evangelio Christi.

Item. Ab infidelibus coniugibus licet aliquando recedere, sed non expedit.

Sic enim neque recedere ab uxoribus infidelibus vel mari[tis]

nus fideles uiri uel femine non prohibentur a domino ut non iubeantur. Nam si dimitterentur tales coniuges iuberentur, nullus locus esset consilio monentis apostoli ne hoc fieret. Nullo modo enim quod dominus iubet fieri, iuris bonis prohibetur. Item. Cum igitur cepissent gentibus euangelium predicare, inuenerunt gentiles gentilibus conpacti coniugiis, ex quibus si non ambo crederent, sed unus, si una infidelis cum fideli consentiret habitare, nec prohiberi a domino debuit fidelis infidelem dimittere, nec iuberi. Ideo scilicet non prohiberi, quia iustitia permittit a fornicante discedere. Et infidelis hominis maior in corde fornicatio est. Non iuberi, quia ei pudicitia cum coniuge qui dicitur, quia omne quod non est ex fide peccatum est. Quis autem uanam fidelis habeat pudicitiam in cum infideli coniuge, que non habet uitam. Ideo autem non iubentur debuerunt fideles ab infidelibus separari, quia non ex iussione domini gentiles fuerant ambo coniuncti. Quamuis ergo ab infideli fidelem discedere non prohibet, non iubet dominus, ideo ut non discedat apostolus dicit non dominus. Habens utique spiritum sanctum, unde dare posset utile et fidele consilium. Unde cum dixisset de muliere cuius uir mortuus fuerit: Beatior autem erit si sic permanserit secundum meum consilium. Ne quis hoc consilium tamquam humanum non diuinum contempnendum putaret, adiecit: Puto autem quod et ego spiritum dei habeam. Proinde intelligendum est etiam quod a domino non iubentur, fratres, sed deo eius famulo utiliter suadentur, eo domino inspirante suaderi. Absit enim ut quicquid catholicus dixerit quod suadet spiritus sanctus non dominum suadere, cum ipse dominus sit trinitas inseparabilis, sit opera trinitatis. Dicit enim apostolus: De uirginibus autem preceptum domini non habeo, consilium autem do. Non utique consilium hoc alienum existimemus a domino, cum continuo sequitur et dicat: Tamquam misericordiam consecutus a domino ut fidelis essem. Secundum dominum ergo dat consilium fidele, id est de spiritu dei quo ait: Puto autem quod et ego spiritum dei habeam. Verumtamen aliud est dominum iubentis imperium, aliud fidei consilium, et munimen caritatis, quod illi a domino est inspiratus, atque donata fidele consilium: aliud ubi facere non licet, hoc autem licet, id est sine uirgine Christi licitum parti quidem expediat, parti uero non. Expeditur quando non solum propter tantum quod coram deo permittitur, sed et hominibus nullum ex hoc impedimentum salutis infertur. Velud cum dat consilium non nubendi apostolus uirginibus, unde preceptum domini se non habere testatur, licet aliud facere, id est nubere et minimus continentie bonum tenere in nuptiis ipsi nique licitum

non expedit, quoniam inuenta illicita iunctura carnis infirmitatem sic excepit honestate nubendi, ut nemini impediat a salute, quamuis magis expediret magisque honestum esset, si uirgo consilium quod preceptum eam non compelleret arriperet. Tunc enim non expedit id quod licitum est, quando permittitur quando est sicut ipsius potestatis aliis affert impedimentum salutis. Sicut enim tam diu loquuntur discessio coniugis fidelis ab infideli quam non prohibetur dominus precepto legis, quia coram illo iustum non est, sed prohibetur apostoli consilio caritatis, quia infidelibus affert impedimentum salutis. Non solum quia pernitiosissime scandalizantur offensi, uerum etiam quia cum alia coniugia cedunt iunctam, eis a quibus dimittuntur in ultimis nexibus colligati difficile resoluuntur. Ideo hoc ubique licet non expedit non prodici. Si dimiserit infidelem bene facit, si non dimiserit melius facit. Sic dictum est qui dat nuptum bene facit, et qui non dat melius facit, quoniam illud non solum sit utrumque pariter licet. Unde ad nichil horum preceptum domini quisque compelletur, sed utrumque expedit, aliud minus, aliud amplius. Unde ad id quod apostoli expedit consilio apostoli quod quisque per capere capiat prouocatur. Hoc autem uel de dimittendo uel non dimittendo infideli cum fideli coniugio quod utrumque quod licitum est parti pertinet quod coram domino est, et non ideo ullo horum prohibetur dominus. Sed non utrumque expedit propter infirmitatem hominum. Et ideo quod non expedit apostolus prohibet dante se domino liberum prohibendi locum quando nequid quod monitu apostoli prohibetur dominus, nequid quod prohibetur apostoli dominus. Quod enim ita esset, neque contra prohibitionem domini apostolus aliquid monet, neque contra iussionem eius aliquid prohibet. Proinde in his duabus causis una de nubendo uel non nubendo, altera de infideli coniuge dimittendo uel non dimittendo, aliquid simile est in uerbis apostoli, aliquid dissimile. Simile quod illic quidem tibi dicit: Preceptum domini non habeo, consilium autem do, et hic dicit: Ego dico, non dominus. Quale est enim preceptum domini non habeo, tale est non dicit dominus; quale est consilium do, tale est ego dico. Illud autem dissimile est quia de nubendo et de non nubendo dicitur: Hoc bene facit, et ille melius, quoniam utrumque expedit, unum minus, aliud magis. At uero de coniuge infideli dimittendo uel non dimittendo quoniam unum horum non expedit, aliud expedit, dici non oportet qui dimittit bene facit, et qui non dimittit melius facit. Sed dici oportet

D. c. Q. c. No.

I. q. x. Q. ii. In principio

I. xxvii. Q. i. Integra

I. xxviii. Q. iii. C. v.

I. xxviii. Q. iii. C. i.

non dimittat quia scit non expedire. Sic ergo non
possumus dicere melius esse infidelem coniugem
non dimittere, quamvis liceat dimittere, quem-
admodum recte dicimus melius esse quod licet et
expedit, quam id quod licet et non expedit. His
de causis factum est ut exponens domini sermonem
quem prolocutum in monte habuit, ut ventum est
ad questionem de coniugibus dimittendis vel non di-
mittendis, adhibuerim ab apostolo non precep-
tum domini ubi ait: Ceteris autem ego dico non dominus. Mo-
nens eos qui habent coniuges infideles uelle con-
sentientes habitare secum non dimittere. Quod
utique ideo monendum non iubendum fuit, quia
non tanto pondere prohibentur homines facere licita
quamvis non expedientia, quanto pondere prohiben-
da sunt illicita. Sic autem alicubi apostolus et illa
que iubenda sunt monere dignatur, hoc faciens par-
cendo infirmitati, non preiudicando iussioni.
Unde sic dixit: Non ut confundam vos hec scribo, sed
ut filios karissimos moneo. Quid hic quoniam
non ait ego dico non dominus, sed ut ait: Ecce ego
Paulus dico vobis quia si circumcidamini Christus vobis
nichil proderit. Numquid in hoc dixit: ego dico non dominus?
Non sunt itaque ista similia, quia et illa quibus
dominus non est indignum vel contrarium sic admonitum apostolus.
Monemus enim quia caros habemus ut faci-
ant divina precepta vel iussa. Cum vero dicit ego dico
non dominus, satis ostendit dominum non prohibere quod ipse prohibe-
bat, prohibuisset autem dominus sicut illicitum. Ergo ea
que superius diximus initium quod vis ut animadvertas licitum erat
per ignorantiam, sed illicitum non erat faciendum propter plurimam
benivolentiam. Tu autem cum placet non licere
quod non vetat dominus sed apostolus, quemadmodum non licet quod
vetat dominus, cum exponere voluisses quod ille
quod ait ego dico non dominus, cum alloqueretur fideles
qui haberent coniuges infideles, dixisti quod dominus
iussit non coniugia inire diverse religionis co-
pulanda tempore quo adhibuisti testimonium domini
dicentis: Non accipies uxorem filio tuo de
filiabus alienigenarum, ne seducat eum post deos
suos ut pereat anima eius. Addidisti etiam verba apostoli
ubi ait: Mulier alligata est quamdiu vivit vir eius,
quod si mortuus fuerit vir eius liberata est, cui vult
nubat tamen in domino. Quod et exposuisti ut ad
coniuges id est christiano. Deinde secutus es et adiunxisti:
Hoc ergo domini preceptum tam in veteri quam in novo
testamento ubi dominus hoc docet apostolus, ut non nisi eiusdem religi-
onis et fidei maneant copulata coniugia.

Quod si ita est, domini iussionis doctrinam sanctam contra preceptum
veteris et novi testamenti ubi apostolus ut diverse fidei
maneant coniugia copulata: quia predicator gentium et apostolus iam in con-
iugio positos non solum monet fratribus ut si
alter ex coniugibus crediderit, alter non credente
secum tamen habitare consentiente non dimittatur,
his verbis tuis aliud hec esse aliud illa satis
evidenter ostendis. Illud enim de his coniugiis
agitur que nondum sunt copulata, ne nubat femina non
sue religionis viro vel ne vir talem ducat
uxorem. Id ita ut dicis iubet dominus, docet apostolus, u-
triusque propter testamentum. Hoc autem diversum fuerit quod
abnuat: ubi quod de coniungendis dicis sed de iunctis
eis. Ambo quippe unius erant infidelitatis
fuerunt quando coniuncti sunt, sed evangelium cum venisset
alter sine altera vel altera sine altero credidit. Sic ergo a-
lium est hoc quod sine scrupulo ullius dubitationis
apparet, cur fidelem cum infideli coniuge permanere
non iubet dominus, sed apostolus. Non forte loco isto vacat
illud quod tam fidenter apostolus ait: An vultis experi-
mentum accipere eius qui in me loquitur Christus? tamen
quod dominus Christus. Intelligis ne quid dicam? An hoc
explanando aliquanto diligentius inmorabor?
Attende ut rem ipsam explanandam tamquam in conspe-
ctu declarandam planius sub nomine ponam.
Ecce coniuges duo, unius infidelitatis sunt fuerunt
quando iuncti sunt. Nulla de his questio est quia pertineat
ad illam domini iussionem doctrinamque apostolicam in precep-
tum testamenti veteris et novi, quod prohibet fidelem
cum infideli copulare coniugium. Iam isti con-
iuges et ambo adhuc sunt infideles, adhuc tales sunt
quales fuerunt antequam coniungerentur, quales etiam quando iuncti
sunt. Venit ergo evangelii predicator, credidit eorum
unus alter non, sed infidelis cum fideli habitare
consentiat. Iubet fideli dominus ut infidelem dimit-
tat an iubet non? Si dixeris iubet, reclamat apostolus:
Ego dico non dominus. Si dixeris non iubet, causam re-
quiro. Neque enim illam responsurus es quam
tuis litteris indidisti, quia dominus vetet prohi-
bens fideles infidelibus iungi. Hec enim nunc illo
modo est ista causa, de iam iunctis loquimur, non de iun-
gendis. Si ergo ullam causam non invenisti cur
non vetet dominus quod prohibet apostolus, certus iam ut esti-
mo non esse ipsam quam esse putaveras. Contra
invenitur in concilio toletano IIII. Nisi ad fidem consortia uxoris
Iudei qui christianas accesserint separentur ab uxoribus fidelibus.
mulieres in coniugio habent admoneantur

In xxxi. Q. ii.
In xxxii. Q. i.

a baptismo cunctatis illius usque cum eis permanere cupiunt christiani efficiantur. Quod si admoniti noluerint, separentur: quia non potest infidelis in eius permanere coniunctione que iam in christianam translata est fidem. Filii autem qui ex talibus nati sunt atque conditionem matris sequuntur et fidem. Similiter illi qui procreati sunt de infidelibus mulieribus et fidelibus viris christianam sequuntur religionem, non iudaicam superstitionem. Verum hoc de statutum est, ne fidelis salutem dum querit infidelis, potius ipse cum eo infidelitatis perditionem inveniat. Unde in eodem concilio de filiis iudeorum, qui de ceteris ad fidem venientibus, statutum est, ut infidelium consortia evitent.

A parentibus separentur consortio fidelium ne eorum volvantur erroribus.

Iudeorum filios vel filias ne parentum ultra involvantur erroribus, ab eorum consortio separari decernimus, deputatos aut monasteriis aut christianis viris ac mulieribus deum timentibus, ut sub eorum conversatione cultum fidei discant, atque in melius instituti tam in moribus quam in fide proficiant. Item.

Iudeis adficientibus cum fidelibus nulla sit eis communio.

Sepe malorum consortia etiam bonos corrumpunt. Quanto magis eos qui ad vitia proni sunt. Nulla igitur ultra communio sit hebreis ad fidem christianam translatis cum his qui adhuc in veteri ritu consistunt, ne forte eorum participatione subvertantur. Quicumque igitur amodo ex his qui baptizati sunt infidelium consortia non vitaverint, et hii christianis donentur, et illi publicis cedibus deputentur. Item ex universali synodo.

Nullus eorum qui in sacro ordine constitutus est, aut laicus, azima eorum manducet, aut cum eis habitet, aut aliquem eorum in infirmitatibus suis vocet, aut medicinam ab eis percipiat, aut cum eis in balneo lavet. Si vero quisquam hoc fecerit, si clericus est deponatur, laicus vero excommunicetur. Item ex concilio agathensi.

Clerici sive laici vitent eorum convivia.

Omnes deinceps clerici sive laici iudeorum convivia vitent, nec eos ad convivium quisquam excipiat. Quia cum apud christianos communibus cibis non utantur, indignum atque sacrilegum est eorum cibos a christianis sumi, cum ea que apostolo permittente nos sumimus ab illis iudicentur inmunda, ac sic inciperent christiani inferiores esse quam iudei, si nos que ab illis apponuntur utamur, illi vero a nobis oblata contempnant.

Ex his itaque evidenter colligitur coniugium esse inter infideles. Illud vero apostoli: Omne quod non est ex fide peccatum est, non ita intelligendum est, ut quecumque ab infidelibus aguntur credantur esse peccatum, sed omne quod contra conscientiam fit hedificat ad gehennam. Unde Ambrosius: Peccatum est quod aliter fit quam probatum est. Item Augustinus super eundem locum. Omne quod aliter fit quam probatur peccatum est; non tamen omne quod fit cum fide bonum est. Ignorantia enim que est ex culpa nocet. Hinc etiam super xpo ait: Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat, id est qui non facit dampnabilem semetipsum aliter faciendo quam probat esse faciendum. Vel omne quod non est ex fide dicitur esse peccatum, quia quicquid ea fide non fit, non in eternam vitam salutem inutile reputatur apud dominum. Unde Augustinus ait: Omnis vita infidelium peccatum est, et nichil est bonum quod fit absque deo. Ubi enim deest cognitio eterne et incommutabilis veritatis, falsa virtus est etiam in optimis moribus. Item cum dicitur: Non est vera pudicitia hominis infidelis cum coniuge sua. Negatur pudicitia sua esse vera, quantum ad effectum et ad premium, non videlicet eterne salutis. Sicut enim apud hereticos sacramenta negantur esse vera, non quantum ad formam, sed quantum ad virtutem, sic virtutes negantur apud infideles esse vere, non quia non sint in eis. Iuxta illud Ieronimi: Virtutibus romani imperium promeruerunt, sed quantum ad effectum carent eterne salutis. Item illud Ambrosii: Non est imputandum matrimonium quod extra decretum dei factum est, sicut cognoscatur esse emendandum. Non ostendit coniugium esse inter infideles. Nullo enim dei precepto gentiles prohibentur coniungi gentilibus, neque coniugium eorum extra, id est contra dei decretum fit. Illa itaque auctoritate inhibentur separari ab invicem, qui contra ecclesie decretum copulati sunt, utpote infideles cum fidelibus, consanguinei cum consanguineis vel cum affinibus. Hii non sunt inmunes, sed copulati fuerunt separandi. Hinc etiam Ambrosius in libro de patriarchis.

Fideles infidelibus non sunt coniungendi.

Cave christiane gentili aut iudeo filiam tuam tradere; cave, inquit, gentilem aut iudeam vel hereticam atque alienigenam, a fide tua uxorem accersiatis. Prima coniugii fides castitatis gratia est. Si ydolis [illegible] na sit, non est satis, non a deo mutuatis suis sacramento baptismatis. Similiter ad orationem nocte vobis surgendum est, et coniunctis precibus obsecrandus est deus. Item ex concilio agathensi.

Cum hereticis catholici non misceant coniugia.

Non oportet cum omnibus hereticis miscere conubia, et filias vel filios dare, sed potius accipere, si tamen profitentur se christianos esse futuros et catholicos. Item ex concilio urbenensi.

Communione careat qui iudaice pravitati coniugali se vinculo sociat.

Siquis iudaice pravitati coniugali societate iungitur, sive christiana iudeo, sive iudea christiano mulier carnali consortio misceatur: Quicumque eorum tantum nefas admisisse cognoscitur, a christiano cetu atque convivio et a communione ecclesie protinus segregetur.

Et illud Augustini: Non erat coniugium quod sine deo est, non negat coniugium esse inter infideles. Coniugium enim aliud est legitimum

S. i. Q. iii. Iudei. Iudeum non posse cum fideli christiana ... xxxii. Q. ii. c. Ad eum. ... xxxii. Q. iii. Liberi.

Cum iudeis non manducandum, non habitandum, non ab eis medicamentum accipiendum. S. xxiii. Q. iii. Infidelis cc. S. xi. Q. iii. Ad mensa cc.

S. i. Q. Non sanat.

S. xxxiii. Q. iii. C. ve. ... xxxiii. Q. iii. C. vii. Illud autem ... Plur.

S. i. Q. i. c. ... Cq de ... p. ... di. iiii. Q. ... S. p. ... Q. i. ... xxxv. Q. vi. Coniunctos ... C. de iudeis ... l. ... xxx. Q. v. ... Nullus

et infirmi, aliud est ratum et non legitimum, aliud legitimum et ratum. Legitimum coniugium est quod legali institutione vel provinciae moribus contrahitur. Hoc inter infideles ratum non est, quia non est firmum et inviolabile coniugium eorum. Dato enim libello repudii licet eis ab invicem discedere et aliis copulari lege fori, non lege poli, quam non sequuntur. Inter fideles vero coniugium ratum est, quia coniugia semel inita inter eos ulterius solvi non possunt. Horum quedam sunt legitima, veluti cum uxor a parentibus traditur, a sponso dotatur et a sacerdote benedicitur. Et talia coniugia legitima et rata appellantur. Illorum vero coniugia qui contemptis omnibus illis sollempnitatibus solo affectu aliquam sibi coniugem copulant, huiusmodi coniugium non legitimum, sed ratum tamen esse creditur.

Q. II.

C. Quod uxore vivente alteram ducere non possit, sequitur, testante Ambrosio, qui dicens: Alioquin si discesseritis ab invicem, et volentes cohabitare dimiseritis et aliis vos copulaveritis, adulteri eritis, et filii vestri qui parati nascentur erunt inmundi, id est spurii. Item ex concilio Meldensi cap. I. *Non potest aliquis post baptisma alteram ducere vivente ea quam ante baptismum habuit. Ugo co[illegible]*

Si quis habuit uxorem virginem ante baptismum, *palea.* vivente illa post baptismum alteram habere non potest. Crimina enim in baptismate solvuntur, non coniugia.

Gregorius autem econtra testatur dicens: *Licet fideli uxorem aliam ducere que christianae fidei odio infidelis [discessit].*

Si infidelis discedit odio christianae fidei, *dimittat,* discedat. Non est enim frater aut soror subiectus servituti in huiusmodi. Non est enim peccatum dimisso propter Deum, si alii se copulaverit. Contumelia quippe creatoris solvit ius matrimonii circa eum qui relinquitur. Infidelis autem discedens et in Deum peccat et in matrimonium, nec est ei fides coniugii servanda, qui propterea discessit ne audiret Christum esse Deum christianorum coniugiorum.

C. Hic distinguendum est aliud esse dimittere volentem cohabitare, et aliud discedentem non sequi. Volentem cohabitare licet quidem dimittere, sed ea vivente aliam non licet ducere. Discedentem vero sequi non oportet, et ea vivente aliam ducere licet. Verum hoc non de his intelligendum est qui in infidelitate sunt copulati. Ceterum si a fide uterque coniugum est vel si utrique fideles [illegible] et precedente tempore alter eorum a fide discesserit et odio fidei coniugem dereliquerit, derelictus coniugem discedentem non comitabitur, non tamen illa vivente alteram ducere poterit, quia ratum coniugium fuerat inter eos, quod nullo modo solvi potest. Verumtamen

Q. III.

vero bigamus sit reputandus qui ante baptismum habuit unam et post baptismum alteram, auctoritate Ieronimi patet. Ait enim super epistolam Pauli ad Timotheum: *Non est bigamus qui ante baptismum habuit unam et post baptismum alteram.*

Oportet episcopum esse unius uxoris virum, videlicet post baptismum. Ceterum si ante baptismum habuit unam et post baptismum habuit alteram, non est reputandus bigamus, cum prior sit innovatus per baptismum, omnibus vitiis dimissis. Augustinus vero contra testatur et Innocentius. Ait enim Augustinus super epistolam Pauli ad Titum: *Non debet fieri episcopus qui ante baptismum habuit unam et post baptismum alteram.*

Acutius intelligunt qui nec eum ordinandum censuerunt qui ante baptismum habuit unam et post baptismum habuit aliam. In baptismate enim crimina abolentur, non federatio coniugii dissolvitur. Sicut illa que catecumina vitiata est inter virgines consecrari non permittitur, sic et qui ante baptismum habuit unam et post baptismum habuit alteram non immerito bigamus reputandus est. Admisit enim quod non admittit mysterii sacramentum.

C. Item Innocentius Rufo et Eusebio episcopis Macedoniae. Miratus [sum] argutias quibus talem bigamum reputant. Qui ergo iste cum causa ipse sit [illegible] ante baptismum habuit unam et post baptismum habuit aliam, bigamus iudicatur. Licet vitae merito et doctrina scientie polleat, in episcopum tamen ordinari non potest. e.....s.......t.

In causa XXVIIII.

De coniugiis agitur que dolo et fraude contrahuntur. Quidam nobilis aliquam expetere dicitur pro eo quod nobilis [illegible] vel ut servus addictus, queritur qui sint errores qui impediant coniugium: an personae, conditionis, an fortunae, an qualitatis. Ostenditur etiam quod si ingenuus ancillam in uxorem acceperit putans eam liberam esse, cum eius conditionem deprehenderit, ab ea discedere non prohibetur. Deinde etiam ubi generaliter agitur an inter servos matrimonia contrahi possint, an servus unius domini ancillam alterius preter voluntatem dominorum utriusque in uxorem accipere. v.......a.......l......e.....at.

UIDAM NOBILI

mulieri nuntiatum est quod a filio cuiusdam nobilis peteretur in coniugem. Prebuit

S. p. i. di. xxvi. Ꝑ. Cap. i. ii.

S. p. i. di. xxvi. Ꝑ. Cap. i.

S. p. i. di. xxvi. Ꝑ. Unam.

S. e. Q. i. Illud

S. xv. Q. ii. C. [illegible]

S. p. i. di. xxvi. Innocen. Deinde.

la assensum. Alius vero quidam ignobilis atque servilis conditionis nomine illius se ipsum optulit, atque eam in coniugem accepit. Ille qui sibi prius placuerat tandem venit, et eam sibi in coniugem petit. Illa se delusam conqueritur, et ad prioris copulam aspirat. Hic primum queritur an sit coniugium inter eos. Secundo si prius putabat hunc esse liberum, et postea deprehendit illum esse servum, an liceat ei statim ab illo discedere. Quod autem coniugium sit inter eos, probatur sic. Coniugium sive matrimonium est maris et femine coniunctio individuam vite consuetudinem retinendam. Item consensus utriusque matrimonium facit. Quia ergo isti coniuncti sunt, ut individuam vite consuetudinem conservarent, quia utrique consenserunt, maritus et coniuges sunt appellandi. His ita respondetur. Consensus est duorum vel plurium sensus in idem. Qui autem errat non sentit, non ergo consentit, id est simul cum aliis sentit. Hec autem erravit, non ergo consensit, non itaque coniux est appellanda, quia non fuit ibi consensus utriusque, sine quo nullum matrimonium esse potest. Sicut enim qui ordinatur ab eo quem putat esse episcopum, et adhuc est laicus, errat, nec vocatur ordinatus, immo adhuc ab episcopo est ordinandus, sic ista errans nulli est copulata coniugio, immo adhuc est copulanda. Ad hec. Non omnis error consensum evacuat. Qui enim accipit in uxorem quam putat virginem, vel qui accipit meretricem quam putat castam, uterque errat, quia ille corruptam existimat virginem, et iste meretricem esse putat castam. Numquid ergo dicendi sunt non consensisse in eas? Aut dabitur utrique facultas dimittendi utramque et ducendi aliam? Verum est quod non omnis error consensum excludit. Sed error alius est persone, alius fortune, alius conditionis, alius qualitatis. Error persone est quando hic putatur esse Virgilius, et ipse est Plato. Error fortune est quando putatur esse dives qui pauper est, vel e converso. Error conditionis quando putatur esse liber qui servus est. Error qualitatis quando putatur esse bonus qui malus est. Error fortune et qualitatis coniugii consensum non excludit. Error vero persone et conditionis coniugii consensum non admittit. Si quis enim pacisceretur se venditurum agrum Marcello, et postea veniret Paulus dicens se esse Marcellum, et emeret agrum ab illo, numquid cum Paulo conveniret iste de pretio, aut dicendus est agrum sibi vendidisse? Item si quis promitteret se venditurum mihi aurum, et pro auro offerret mihi auricalcum, et me deciperet, numquid dicerem consensisse in auricalcum? Numquam volui emere auricalcum. Nec ergo aliquando in illud consensi, quia consensus nisi voluntatis non est. Sicut ergo hic error materie excludit consensum, sic et in coniugio error persone. Non enim consensit in hunc, sed in eum quem hunc putabat esse. Sed obicitur. Iacob non consenserat in Liam, sed in Rachel. Septem siquidem annis pro Rachel servierat. Cum ergo eo ignorante Lia ei esset supposita, non fuit coniugium inter eos, si error persone consensum excludit, quia ut dictum est, non in eam consenserat, sed in Rachel. His ita respondetur. Consensus alius est precedens, alius subsequens. Precedens consensus est quando ante carnalem copulam in individuam vite consuetudinem uterque consentit. Subsequens quando post concubinatum sive fornicarium coitum consentiunt in idem. Iacob ergo illam non fecit coniugem precedente consensu, sed subsequente. Non tamen ex primo concubitu fornicarius iudicatur, cum et ille maritali affectu illam cognoverit, et illa uxorio affectu sibi debitum persolverit, putans lege primogenitarum et patris imperio se esse ei copulatam. Quod autem error persone nonnullos excuset, illa auctoritate probatur, qua soror uxoris utroque inscio sororem uxoris in marito in lectulum eius ivisse, et a viro sue uxoris cognita perhibetur. Que cum sine spe coniugii perpetuo manere censeatur, ille tamen qui eam cognovit per ignorantiam excusatur. Aliter item probatur. Diabolus cum se in angelum lucis transformat, non est periculosus error si tunc [credatur] esse bonus cum se bonum simulat. Si ergo tunc ab aliquo simplici quereret an sue beatitudinis vellet esse particeps, et ille crederet se in eius consortium velle transire, numquid dicendus esset consensisse in consortium diabolice dampnationis, an non potius in participationem eterne claritatis? Item si quis hereticorum nomine Augustini vel Ambrosii vel Ieronimi alicui catholicorum se ipsum offerret, atque eum ad sue fidei imitationem provocaret, si ille preberet assensum, cuius fidei sententiam diceretur cessisse? Non in hereticorum sectam, sed in integritatem catholice fidei, quam ille hereticus se habere mentiebatur habere. Quia ergo hec persona decepta errore non in hunc, sed in eum quem iste se mentiebatur esse consensit, patet quod eius coniux non fuit. Error fortune et qualitatis non excludit consensum. Veluti si quis consentiret in prelaturam alicuius ecclesie quam putaret

S. xxvii. C. ii. C. ii.

Q. I.

A. de acce...

Quot sint genera errorum

Consensio alia precedens. Alia subsequens.

divitem, villa esset minus copiosa, quamvis
hic deciperetur errore fortune, non tamen posset
renuntiare placiture accepte. Similiter
qui nubit pauperi putans illum esse divitem, non
potest renuntiare priori conditioni, quamvis
erraverit. Error qualitatis similiter non exclu-
dit consensum. Utpote si quis emeret agrum
vel vineam, quam putaret esse uberrimam, quamvis
iste erraret qualitate rerum, tamen muniferi
talem emptionem non potest per venditionem rescindere.
Similiter qui ducit in uxorem meretricem vel cor-
ruptam, quam putat esse castam vel virginem, non potest
eam dimittere. ¶ Secunda questio de conditione proponitur:

Q. II.

an liceat mulieri dimittere eum quem putabat
liberum, si postea illum invenerit servum. Quod autem mu-
lieri non liceat a suo discedere, multis rationibus
videtur posse probari. In Christo enim neque iudeus,
neque grecus, neque servus, neque liber. Ergo nec
in coniugio christianorum: eadem enim lege uni-
de christianus uterque regitur. Indifferenter enim ab apostolo
dicitur omnibus: qui vult nubere, nubat in domino.
Et item: Mulier nubat cui vult, tantum in domino.
Non precipitur ut ingenua nubat ingenuo,
ancilla servo, sed quibuscumque cui vult, dum-
modo nubat in domino. Item Iulius papa cap. IIII.

Licet servis matrimonia contrahere.

Omnibus nobis unus pater est in celis, et unus-
quisque dives et pauper, liber et servus, equaliter
pro se et pro animabus eorum rationem daturus est. Quapropter
omnes cuiuscumque conditionis sint, unam legem
quantum ad dominum habere non dubitamus. Si autem
omnes unam legem habent, ergo sicut ingenuus
dimitti non potest, sic nec servus semel coniugio
copulatus ulterius dimitti poterit. Item Zacharias
papa. Ancillam in matrimonio susceptam viro dimittere non licet.

Si quis liber ancillam in matrimonio ac-
ceperit, non habet licentiam dimittere eam, si ante consensu
amborum coniuncti fuerint, excepta causa for-
nicationis. Sicut una lex deinceps erit per omnia
viro et femine. Item Iulius papa. Inter patronum et libertam constat esse coniugium legitimum.

Si quis ancillam suam
libertate donavit et matrimonio sociavit, dubi-
tabatur apud quosdam utrum huiusmodi nuptie le-
gitime esse videantur an non. Nos itaque ve-
tustam ambiguitatem decidentes, talia
connubia legitima esse censemus. Si enim ex
affectu fiunt omnes nuptie, nec impium et
legibus contrarium in tali copulatione fieri potest. Quare
predictas nuptias inhibendas existimavimus.

Hic ita respondetur: Non negatur ingenuam posse
nubere servo, sed si nescit eum esse servum, conditionis
libere potest dimittere, cum servitus eius fuerit deprehensa.
Illud autem apostoli taliter potest intelligi, quod dicitur de
his quorum conditio utrique nota est. Huius autem conditio
mulieri incognita erat. Non ergo premissis
auctoritatibus cogitur manere cum eo, sed liberum est
sentienti illi vel manere vel discedere. Unde in concilio apud Ver-
meriam, cui interfuit rex Pipinus, statutum est cap. VI.

De eo qui ancillam duxit uxorem quam putat liberam.

Si quis ingenuus homo ancillam alterius
uxorem acceperit et existimat quod ingenua sit,
si ipsa femina fuerit postea in servitute detecta,
si eam a servitute redimere potest, faciat. Si non potest, si vo-
luerit, aliam accipiat. Si autem ancillam eam sciverat
et collaudaverit, postea ut legitimam habeat. Similiter
et mulier ingenua de servo alterius facere debet.
Item ex eodem cap. VIII. Non licet mulieri dimit-
tere quem sciens servum accepit in virum.

Si femina ingenua acceperit servum, sciens quod
servus esset, habeat eum, quia omnes unum patrem in celis
habemus. Una lex erit viro et femine. Item Gregorius.

Servitutis occasione dimitti non valet que post
consensum status se in libertatem asseveravit.

Cuius rei causam cum maritus sua vobis copulata annos per
multos per servitium venerit, fraternitas tua cautum
nobis. Quia scilicet maritus suus dicitur ob hoc
quod de servili fuerit conditione pulsata a suo
nosceretur eam removisse consortio. Vos quoque hoc post-
modum asserere promisisse, ut si probaret se liberam ad-
vivente domino valuisset, suo eam iudicio coniugio
reformaretis. Fraternitas igitur vestra cognoscat
quod revelante domino libertatis auctore appro-
bata sit libera, nulla quoniam macula servilis
minuta. His ergo cognitis sine mora aliqua su-
o eam volumus marito restitui. Nullum tamen vero
argumentis occasionis exquirat, quo eam possit
abicere. Nam si a vobis quod non credimus minime fuerit
adimpletum, eamque recipere forte distulerit, vos
illum cogi sciatis cum districtione congrue.


Cum dicitur sciens illum servum, datur intelligi quod si
nesciret illum servum esse, non cogeretur cum eo manere.
Quia ergo hec et de conditionis dubio pars est, non cogitur
adherere ei cui fraude decepta est. Si vero liberum
accepit et ille in casu preter dissidium se alie-
no servum fecit, non uxorem dimittere nulla ob hanc
causam coniugii in servitute redigi poterit.

Unde in Triburiensi concilio. Occasione conditionis dolo-
se mutate vir non discedat ab ea quam pro libera accepit.

Perlatum est ad sanctam synodum quod quidam ingenuus
ingenuam accepit uxorem, et post filiorum procreationem
occasione divortii cuiusdam servum se fecit.
Utrum necessario mulierem tenere debebat, et futurum
esset utrum illa que secundum legem sectare servituti su-
bici debebat, quesitum est. Iudicatum est uxorem mi-
nime debere dimitti, nec tamen ob hoc legem mulie-
rem in servitutem redigi, dum ille non consensu con-
iugis sese servum fecerit, quem liberum ipsa matrimonio ac-
ceperat. Quaeritur etiam si servus unius alterius
ancillam acceperit an sit coniugium inter eos.
De his ita statutum est in concilio Cabilonensi. Legitima ser-
vorum coniugia sub auctoritate dominorum non dirimantur.

Dictum est nobis quod quidam legitima servorum matri-
monia potestativa quadam presumptione dirimant, non
attendentes illud evangelicum: quod Deus coniunxit homo non separet.
Unde nobis visum est ut coniugia servorum non dirimantur,
etiam si diversos dominos habeant, sed in uno coniugio per-
manentes dominis suis serviant. Et hoc in illis ob-
servandum est ubi legalis coniunctio fuit et per vo-
luntatem dominorum.

In. XXX causa agitur de his qui filios suos de sacro
fonte susceperunt, utrum uxoribus suis debitum
reddere valeant an non, et multorum auctoritatibus
iubentur (prohibentur) ab invicem discedere. Quod autem in ea quod filiam
spiritualem accepit non solum eam que de sacro fonte suscepit,
sed etiam que in confirmationis vocabulo eam sacri bap-
tismatis contingunt, dicitur etiam spiritualis filia sacerdotis
que ei peccata sua confitetur; quarum omnium flagitiosa
commixtio reatu et eadem pena omnino est plectenda. In ea
quoque demonstratur quod ante septennium sponsalia contrahi non possunt,
cum neque sponsalia neque coniugia possint esse ubi non est consensus utriusque,
qui in quibus sensus non est in eos consensus esse non potest. Ibidem etiam ostenditur
quod spirituales vel etiam adoptivi filii naturalibus copulari non possunt, aliis
vero si ante compaternitatem nati fuerint non prohibentur coniungi. Et quod
si quis fortuito casu filiam suam commatris uxorem acceperit
non cogitur dimittere. Et quod relictam compatris sue u-
xoris aliquis in coniugem ducere prohibetur et permit-
titur. Et quod uxor cum marito simul in baptismate
puerum suscipere non possunt. Agitur etiam in ea de clandestinis
coniugiis que penitus prohibentur, de sollempnitatibus
et velaminis et anuli que in coniugiis observantur.
De his etiam qui diutius tacitis sceptuis utuntur
mulieribus legitimas secretas uxores habituros,
et de iudiciis in quibus periculum tantum causis recedere
non licet, non in re dubia certa debet dari sententia.





PULORUM

FREQUENTIA quidam impeditus
suum filium de baptismate suscepit. Dum
cogeretur se alienum suscipere, uxor eius dum
callide vellet suscipere, pro suo suscepit ali-
enum quem vir adoptavit sibi in filium.
Ex uxore sua filia nascitur quam filio suo
adoptivo spirituali uxoris dum utrique essent
in cunabulis tradidit. Post tempus uxore
mortua, compater eius relictam compatris uxoris
sue vir clam sibi desponsavit. Aliquanto tempo-
ris spatio effluxo, talis postea duxit eam in uxorem.



Queritur an uxori sue debitum reddere valeat
qui proprium filium de sacro baptismate suscepit.
Secundo an sponsalia contrahantur inter infantes.
Tertio an spirituales vel adoptivi filii natura-
libus copulari valeant. Quarto an uxorem compatris
uxoris sue aliquando ducere liceat. Quinto an clan-
destina desponsatio manifeste prejudicet.

Quod autem qui proprium filium in spiritualem sibi transferens sue uxori
debitum reddere non valeat ratione et auctoritate probatur. Q. I.
Nulla enim auctoritate permittitur ut quis comma-
tri sue carnaliter copuletur. Habet uxorem suam
sibi commatrem effectam. Non ergo illi ulterius carnaliter copulari
potest. Hinc Deusdedit sancte Romane ecclesie episcopus scribit
Gordiano Hispalensis ecclesie coepiscopo et fratri karissimo.

Separantur viri ab uxoribus que aliquo casu
natos suos coram episcopo tenent.

Pervenit ad nos diaconus sanctitatis vestre epistolam de-
ferens quod quidam viri et mulieres per tempus sabbato pa-
schali die, per magnitudinem populorum in cursu nescientes filios
susceperint ex lavacro sancto. Cupis ergo scire per ratio-
nem accidentia si debeant viri ac mulieres
ad proprium usum redire an non. Nos vero hac re in mesti-
tia in qua sumus positi audita dicta. Invenimus in ar-
chivis apostolice sedis (vel Venetiarum, dictum, apostolice) in Italia contigisse in ecclesia
Isaurie et Ephesinorum simul et Ierosolimorum
aliarumque in ecclesiarum episcopis in earum civitatum ab hac

Hoc dicit per lomb. quod dic. q. si vir ex consensu uxoris sue servus fiat, itaque servus erit.

J lomb. d. co. s. uox. l. pent.

Servos debere celebrare nuptias mina voluntate dominorum.

Innovatur per sequentia.

Archivum. armarium ab archa dicitur.

Quia septies tangitur puer a sacerdote, et semper sublimetur a patrino. Pabulum salis, insufflatio spiritus, unctio pectoris et scapularum, baptismus et confirmatio.

CA

apostolica sede voluimus scire, utrum viri ac mulieres redire ad pristinum thorum debeant. Beate memorie sancti patres Iulius, Innocentius, et Celestinus cum episcoporum plurimorum et sacerdotum consensu in apostolorum principis ecclesia prohibentes talia perscripserunt et confirmaverunt, ut nullo modo se in coniugio reciperent mulieres, a quibus quicumque aliqua ratione suscepti sunt nati, sed separari se ne suadeant, ne diabolicale virus inolescat. Scitis quia quomodo sunt vii. dona spiritus sancti, ita septem sunt dona baptismi, a primo quod pabulo salis et ingressu ecclesie usque ad confirmationem presbiteri habetur a primo usque ad viii. Nullus christianus suam commatrem in coniugium suscipere debet. Et qui presumpserit, tamdiu anathematis vinculo religetur, donec penitentiam dignam egerit. Item ex concilio apud Verani cap. iiii. Ab uxore separetur qui filiastrum suum coram episcopo tenuit.

Si quis filiastrum vel filiastram suam ante episcopum tenuerit in ad confirmationem, separetur ab uxore sua, et aliam numquam accipiat. Similiter et mulier. Gregorius ... Nicolao Salonitano episcopo dicens. Non separetur a viro que filiastrum de sacro fonte levavit.

Nosse desideras, utrum mulier que viri filium ex alia femina progenitum de sacro fonte levavit, per hunc modum possit cum eodem viro copulari. Quod ideo coniungi posse decrevimus, quia hec canones sacri non amborum consensu nullius religionis obtentu debitum coniugii dimittere coniugem permittunt. Presumptum autem adiungens uxoris extraneum quem habens odio vel inferioritatem non sedas, qui causa pietatis opera est impietatem, maxime cum apostolus precipiat: Nolite invicem fraudare, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi, et iterum revertimini in idipsum, ne temptet vos Sathanas propter incontinentiam vestram. Cum ergo ex consensu utriusque coniugis factum esse probatur, non fraudent invicem, si revertantur in idipsum, presertim cum dicat apostolus: Uxor sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter et vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Item ex concilio Cabilonensi cap. iiii. Non separetur a viro, sed penitentiam agat, que filium suum coram episcopo fraudulenter tenuit.

Dictum est nobis, quod quedam femine desidiose, quedam vero fraudulenter, ut a viris suis separentur, proprios filios coram episcopo ad confirmandum tenuissent. Unde nos dignum duximus, ut si qua mulier filium suum desidia aut fraude aliqua coram episcopo tenuerit ad confirmandum, propter fallaciam suam aut propter fraudem, quamdiu vivit penitentiam agat, a viro tamen suo non separetur. Item ex concilio Magontiensi cap. x. in claustro sancti Albani habito. Separentur et gravi penitentia plectantur qui filiam suam vel spiritualem matrem ducunt in uxorem.

De eo quod interrogasti, si aliquis filiolam suam duxerit uxorem, et de eo qui concubuit cum matre spirituali, et de eo qui filium suum baptizavit et cuius uxor eum de fonte suscepit, hac causa utrum dissidium fieri coniugii sit, an in tali copulatione possint permanere, de talibus sic respondimus: Si filiolam aut commatrem suam aliquis in coniugio duxerit, separandos esse iudicamus et gravi penitentia plectendos. Si autem coniuges legitimi unus a altero ex industria fecerint, ut filium suum de fonte susceperint, si in nuptiis manere voluerint, bonum est; sin autem, gravius penitentia insidiatori iniungatur, et simul maneant. Et si prevaricator coniugii fuerit, acerrima penitentia macerretur, et sine spe coniugii maneat. Item Michael presbiter Rodulfo Bituricensi episcopo. Non separentur ab uxoribus qui filiastros suos coram episcopo tenent.

De his qui filiastros suos ad confirmationem coram episcopis tenuerunt, vel qui filios uxoris fuerint de viro priori, donec consummantur ab episcopis, sive se scienter sive inscia vel assertis fiat, licet sit peccatum, tamen usque ad separationem coniugii non pertinendum est. Lugeat tamen et dignam penitentiam habeat, diluentes orando et dicant: Delicta iuventutis mee et ignorantie mee ne memineris.

Filia dicitur spiritualis non solum ei qui accepit, sed etiam ei qui in nomine missionis vocabulo eam sacro baptismate tingit. Dicitur et spiritualis filia sacerdotis quem ei peccata sua confitetur. Harum omnium flagitiosa commixtio est, et eadem pena plectenda. Unde Symmachus ait: Par penitentia eis indicatur qui spiritualem filiam penitentialem suam violare monstratur.

Omnes quos in penitentia suscepimus, ita nostri spirituales sunt filii, ut et ipsi quos vel nobis suscipientibus vel sub nomine missionis vocabulo mergentibus unda sacri baptismatis regeneravit. Sicut quidem docet Symmachus, unumquemque sacerdotem, ut nullus causa fornicationis ad suam penitentialem accedat, quia scriptum est. Omnes quos in penitentia accepimus, ita nostri filii, ut in baptismate suscepti. Quapropter si quis hoc scelus peregerit, non solum dignitatis honorem amittat, verum etiam usque ad exitum vite penitentie se subdat. Item Celestinus. Si quis sacerdos cum filia **de eodem.** spirituali fornicatus fuerit, sciat se gravem admisisse. Ideo femina similiter. Omni...

XXX. Sponsalia ante .vii. annum contracta non valent ... q. xx. [illegible] dissoluantur ... etiam fratrem.

quatur, et res suas pauperibus tradat, et conversa in monasterio Deo usque ad mortem serviat. Sacerdos autem, quia malum exemplum hominibus dedit, ab omni officio deponatur, peregrinando .xv. annis peniteat. Postea vero ad monasterium vadat, ibique cunctis diebus vite sue Deo serviat. Item.

De eodem.

Non debet episcopus aut presbiter commisceri cum mulieribus, que ei sua fuerint confesse peccata. Si forte, quod absit, hoc contigerit, sic peniteat quomodo de filia spirituali: episcopus .xv. annis, presbiter duodecim, et deponatur, tamen si in conscientia populi devenerit. Item Iohannes papa Anselmo Lemovicine ecclesie episcopo.

Non separetur ab uxore qui necessitate cum filium suum baptizavit.

Ad limina beati Petri apostolorum principis hic presens homo nomine Stephanus orationis causa veniens, nostro presulatui suggerendo innotuit quod filium suum in extremo vite positum, nondum baptismatis unda lotum, absentia scilicet sacerdotum nimia cogente, ipse baptizavit, eumque post propriis manibus retinendo suscepit. Atque post hoc rei negocio notitie tue patefacto, reverentia tua, qui rectitudinis zelo flagrans prefatum hominem a sua coniuge iudicavit esse separandum, quod fieri nullatenus debuit, dicente scriptura: A Domino iunctam esse viro uxorem, et quos Deus coniunxit homo non separet. Unde Dominus in evangelio non dimittere posse uxorem suam nisi causa fornicationis apertissime iubet. Et nos tante auctoritatis precipua freti iussione, dominus dimittendum esse et inculpabile iudicandum quod necessitas intulit. Nam hoc baptizandi opus laicis fidelibus iuxta canonicam auctoritatem sine concessum fuit facere ubi concedit. Unde si supradictus genitor filium suum corpore morientem aspiciens, ne animam perpetua morte perire dimitteret, sacra unda baptismatis lavit, ubi eum de potestate auctoris mortis et tenebrarum eripuit, et in regnum Christi iam regnaturum sine dubitatione transmisit, bene fecisse laudatur. Et ideo cum sua uxore, quam iam olim legitime sociavit, in perpetuum quamdiu vixerit iudicamus manere coniunctum, nisi ob hoc contra prefatas auctoritates divinam aliquatenus separari debet.

His itaque auctoritatibus apparet quod si per proprium sui tantum vir filium, mulier de sacro fonte susceperit, non ideo a viro suo est separanda. Quod de viro similiter oportet intelligi. Sponsalia ante septennium contrahi non possunt. Solo enim consensu contrahuntur, qui intervenire non potest nisi ab alterutra parte id intelligatur quod inter eos agitur. Probatur quod sponsalia non possunt contrahi inter pueros quorum etatis infirmitas consensum non admittit. Testatur hoc idem Nicholaus papa dicens.

Ante tempus consentiendi coniugium contrahi non potest.

Ubi non est consensus utriusque non est coniugium. Ergo qui pueris dant puellas in cunabulis, et econverso, nichil faciunt, nisi uterque puerorum postquam venerit ad tempus discretionis consentiat, etiam si pater et mater hoc fecerint et voluerint.

Q. II.

Quod autem spiritales vel adoptivi filii naturalibus copulari non possint, Nicholaus papa testatur ad consulta Bulgarorum rescribens, dicens inter cetera.

Qui de sacro fonte suscipitur filii eius [...] a quo suscipitur.

Ita debet diligere homo eum qui se suscepit de sacro fonte sicut patrem. Item. Est inter patres et filios spirituales gratuita et sancta communio, que non est dicenda consanguinitas, sed habenda spiritualis proximitas. Unde inter eos arbitramur non posse fieri quodlibet legale coniugium, quando quidem nec inter eos qui natura et eos qui adoptione filii sunt venerande Romane leges matrimonium contrahi permittunt. Item. Si inter eos non contrahitur matrimonium quos adoptio coniungit, quanto potius a carnali oportet inter se contubernio cessare quos per celeste sacramentum regeneratio sancti Spiritus vincit? Longe namque congruentius filius patris mei vel frater meus appellatur is quem divina gratia potius quam humana voluntas, ut filius eius vel frater meus esset, elegit. Prudentius itaque ab alterna corporis commixtione secernimur. Item Zacharias episcopus servus servorum Dei reverentissimo et sanctissimo Theodoro episcopo ecclesie Ticinensis.

Q. III.

Filia spiritalis carnali filio nubere nullo modo potest.

Pervenit ad nos, quod nobis tua veneranda fraternitas optulit, quod nos si scire voluisti, si liceat filio cuius pater alterius filiam ex sacro baptismate suscepit, susceptam, id est spiritalem eius patris filiam, quod dici credere est, in matrimonio suscipere. Quod apte enormitatem asseruisti contigisse. Sed bene tua sancta fraternitas comprobavit quod dominus Moyses si precepit dicens: Turpitudinem patris tui vel matris tue vel sororis non revelabis; turpitudo enim tua est. Cumque a propria consanguinitate iubemur abstinere, multo magis a patris spiritalis nimirum filia omni excusatione in argumento deposito sub nimia districtione nos cavere convenit, ne iram divine examinationis incidat si quis tali facinore misceatur, minime restringitur frena luxurie. Unde eos cavendos a tali scelestis commixtione

CA

Filii filieue duorum conpatrum ante conpaternitatem geniti. uel unus ante et alter post. legitime matrimonio copulari ualent. Post uero geniti, copulati non separentur. excepta persona qua conpatres sunt effecti. que etiam copulata omnino separabitur.

ne in eternum pereant. Si uero hunc quilibet pri
uiose temeritatis anime sue salutem despi
ciens impiose miscuerit matrimonio propin
qua affinitas studeatur separare et penitentie di
gne submittere quatenus ab eterna eruta dampna
tione animam eius lucretis. Item ex concilio acabatis dicitur
uedit. Filio suo quem de sacro fonte suscep
Non oportet filiam quam nullus credere audeat.
de sacro fonte suscepit aliquem filio suo in
matrimonium tradere. quia in diuina sermo
na germani esse inueniuntur. Si quis ta
li facinore conuictus fuerit; nisi se restrinxerit frena
luxurie ab ecclesia catholica abominabitur. Si quis conuictus
fuit post separationem. vii. annis penitentiam
agat consentiens simul cum auctore sit ista conditio.
i. simul cum operatoribus et consentientibus penitentiam
Filii uero qui sunt ante conpaternitatem siue post nati fuerint
licite coniungi possunt. Unde urbanus scribit
uitali brixiensi presbitero. Filii et filie ante uel post
conpaternitatem genite legitime coniungi possunt.
Super quibus consuluit nos tua dilectio hec
uidetur nobis ex sententia respondendum.
ut baptismus sit si instante necessitate femina
puerum in nomine trinitatis baptizauerit.
et quia spiritualium parentum filii uel filie
ante uel post conpaternitatem genite possunt
legitime coniungi preter illam personam
qua compatres sunt effecti.
Pascalis uero scribit post conpaternitatem
genitos copulari prohibet scribens regino episcopo.
Qui ex conpatre uel commatre post
susceptos filios de fonte nati fu
erint matrimonio coniungi non possunt.
Post susceptum uero de fonte filium uel filiam spiritu
alem qui ex conpatre uel commatre nati fuerint matrimo
nio coniungi non possunt. Quia leges secularium nec eman
cipatos adoptiuis prohibent copulari. Item
Si quis uero aliquo fortuito casu filiam suam commatris uxo
rem acceperit non cogitur eam dimittere. Unde in tribu
rensi concilio legitur. Non cogitur quis dimittere filiam sui
illum et non canonica commatrem quam duxerat in coniugium.
In statuto diffinimus non tradicione aliqua
refutamus. sed propter eos qui diuulse decernuntur
de loco aliquo commemoramus. Si quis sue spiri
talis commatris filiam fortuitu et ignorantie re
casu in coniugium duxerit. secularium in matrimoniorum
iudicio habeat atque honeste legitimo coniugio
operam det. Relictam uero conpatris uxoris
sue nullus in coniugem ducere potest. Unde in decreto pape
sancte statuens sicut episcopo salernitano. Duas comma
Si scierat a nobis scitatis utrum tres alicui habere non liceat.
si aliquis homo duas commatres habere ualeat unam post
alteram. in quo meminisse debes scriptum esse. Erunt
duo in carne una. Itaque cum constat quod uir et mulier
una caro per connubium efficiuntur. restat
nimirum uirum conpatrem constitui mulieri.
que matrimonio assumpta uxor et mater esse in
debeat. et ideo liquet uirum illi femine non posse
iungi in copula que commater eius erat cum quo fuit
una caro effecta. Item ex concilio calcedonensi. Octo
annis peniteat qui duabus commiscetur commatribus.
Si pater et filius aut duo fratres cum una muliere. aut
si quis cum matre et filia. aut cum duabus sororibus. aut cum
duabus commatribus aliquis concubuerit. secundum antiquam
et priorem diffinitionem octo annis peniteat. Item
innocentius exuperio tolosano episcopo. Nullus
Si quis uero ex duabus commatribus commisceatur.
uel in coniugio filium aut filiam alterius de sacro fonte su
sceperit. aut ad crismatem tenuerit uel excommunicatum mi
nistrum dedit. ambo uxor et uir conpatres existunt
paritibus infantis quia uir et mulier caro
una effectus. Item ex concilio triburiensi
cap. xl. vii. Uxorem conpatris ducere potest cuius ipsa
Qui spiritalem habet conpatrem cuius filium commater non fuit.
uel alia de sacro fontis accepit. et cuius uxor commater
non est. liceat ei defuncto conpatre suo eius uiduam
ducere uxorem. si nullam habet consanguinitatis
propinquitatem. Quod hoc: Nunquid non possunt coniun
gi quos nulla propinquitas carnalis. et nulla genera
tio spiritalis secernit. Item excepta pascalis pape scribit
ad reginum episcopum. Decreto / decreto.
Post uxoris obitum cum commatre uxoris uirum sacre statuta
coniugio copulari. nulla uidetur ratio uel auctori
tas prohibere. Neque enim cognatio carnis. cogna
tionis spiritualis conparatur. neque per carnis unitionem aut unum
tionem spiritus propinquitur. Notandum
uero est quod aliud est commatrem alicuius cognoscere. atque
aliud relictam ab aliquo commatrem alicuius fieri:
auctoritas illa in concilio pape et calcedonensi si
nodi illum prohibet commatrem sue uxoris in modo co
pulari. qui uxori sue debitum reddiderit. propter quod illius
mater extitit. Illa autem auctoritas triburiensis
illos permittit copulari in modo cum uxor propter quam uiro
suo delinquet ille commater efficitur. non per conpaternita
tem a uiro suo cognoscatur. Quod est an uxor cum ma
rito in baptismate simul debeat puerum suscipere.
De his in scriptis urbani scribis uitali presbitero brixiensi.
Uxor simul cum uiro filium alicuius in baptismate
Quod autem uxor cum marito in baptismate non suscipiat.
non debeat suscipere puerum nulla auctorita
te reperitur prohibitum. Sed unitas spiritalis

Margin glosses:

Soluetur si potest magister dicens apollo.

C. de episcopis et clericis l. si qua. xi. q. vii.

Si quis uero ex duabus ... Sed

Cum brocardus ponit x.

Iste uel hoc dicit quod aliquis ... cum uxore sequitur. Item si legitur cum hac uoluntate.

Item post. l. i. ... Mulier et in necessitate

Subaudi ex eodem marito.

Commatre uiduam sui conpatris post eius mortem licite posse ducere.

Quod ex libris digestorum de ritu nuptiarum pendet. in quo ita legitur. Per adoptionem quesita fraternitas eo usque impedit nuptias donec manet adoptio. Ideoque eam quam pater meus adoptauit et emancipauit. possum uxorem ducere. Eque et si me emancipato illam in potestate retinuit. possumus iungi matrimonio. Itaque uolenti generum adoptare suadetur ut emancipet filiam. Similiter suadetur ei qui uelit adoptare quod emancipet filium.

Forte in casu suscepit filiam commatris non cogitur eam relinquere.

Sed quero an mihi fuerit commater. si fit commater uiri tantum. uel que est cum alia commatre alterius. quamquam modo commatres dicuntur.

Sed triburiense concilium et pascalis dicit loqui quamuis an sint commatres. quia superstes uir alteram accepit uxorem. uel duas tales ... quas habere ... alicuius filium tenuerit. que ... dicuntur quodam modo commatres.

Hec clausula uidetur facere contra finem auctoritatis pascalis. ... cum aliquis cognita alicui commatre que ab illo suo marito cognoscitur. post mortem eius non prohibetur eius commatrem ducere. licet cum altera per coniunctionem carnis fuisset una caro effectus. Cuius rei probatio est. quia neque cognationi carnis cognatio spiritualis conparatur. neque per unionem carnis ad unionem spiritualis pertransitur.

C. xxx. Q. IIII.

Item. Dio. ec.

paternitatis ab omni labe et infamia se fuerit immunis, dignum esse decrevimus, ut utrique insimul adhiberi inspirare minime presumant. Qui vero predicare flagitium commisit, qui ambobus commatribus, vel duabus sororibus nupsit, magna iuxta modum culpe penitentia eis debet iniungi.

Illud quoque Triburiensis concilii quod spiritualem habet compaternitatem ad hanc prohibitionem dictum intelligitur, ut uxor commatrem excipiat non ex eodem filio cum viro suo, sed ex alio.

Q. V.

Quod autem clandestina coniugia fieri non debeant, Evaristus papa testatur, scribens episcopis Africe. Clandestina coniugia fieri non debent.

Aliter legitimum non fit coniugium, nisi ab his qui super ipsam feminam dominationem habere videntur, et a quibus custoditur uxor petatur, et a parentibus propinquioribus sponsetur, et legibus dotetur, et suo tempore sacerdotaliter, ut mos est, cum precibus et oblationibus a sacerdote benedicatur, et a paranimphis, ut consuetudo docet, custodita et sociata a proximis congruo tempore petita legibus detur ac sollempniter accipiatur, et biduo vel triduo orationibus vacent, et castitatem custodiant. Item. Ita peracta legitima scitote esse conubia. Aliter vero presumpta non coniugia, sed adulteria vel contubernia vel stupra aut fornicationes potius quam legitima coniugia esse non dubitate, nisi voluntas propria suffragata fuerit et vota succurrerint legitima. Item ex decreto Hormisde pape, cap. VI. Nuptias occultas celebrari non licet.

Nullus fidelis [vos...] cuiuscumque conditionis sit, occulte .... nuptias faciat, sed benedictione accepta a sacerdote publice nubat in Domino. Item Nicolaus ad consulta Bulgarorum. Nuptie publice celebrari debentur.

Nostrates tam mares quam femine non ligaturam auream, argenteam aut ex quolibet metallo compositam, quando nuptialia federa contrahunt, in capitibus deferunt. Sed post sponsalia, que futurarum sunt nuptiarum promissio, federa que consensu eorum qui hec contrahunt et eorum in quorum potestate sunt celebrantur. Et postquam arris sponsam sibi sponsus per digitum fidei anulo insignitam desponderit, dotemque utrique placitam sponsus ei cum scripto pactum hoc continente coram invitatis ab utraque parte tradiderit, aut mox aut apto tempore, ne videlicet ante tempus lege diffinitum tale quid presumatur facere, ambo ad nuptialia federa perducuntur. Et primum quidem in ecclesia Domini cum oblationibus, quas offerre debent Deo per sacerdotis manum, statuuntur, sicque demum benedictionem et velamen celeste suscipiunt. Item. Hec sunt preter alia que ad memoriam non occurrunt pacta coniugiorum sollempnia. Peccatum autem esse si hec cuncta in nuptiali federe non interveniant non dicimus. Item ex concilio Tolletano. In contrahendo coniugio ista sunt observanda.

Qualis debeat esse uxor que benedicenda est secundum legem: virgo casta et desponsata in virginitate et dotata legitime, et a parentibus tradita sponso et a paranimphis accipienda. Et ita secundum legem et evangelium publicis nuptiis in coniugium licite sumenda, et omnibus diebus vite sue, nisi ex consensu et causa vacandi Deo, numquam propter hominem separanda; et si fornicata fuerit, dimittenda, sed illa vivente altera non ducenda, quia adulteri regnum Dei non possidebunt. Et penitentia illius post scripturam recipienda. Item ex concilio Cartaginensi IIII. Quomodo sponsus et sponsa ad benedictionem accedant.

Sponsus et sponsa cum benedicendi sunt a sacerdote, a parentibus vel a paranimphis offerantur in ecclesia sacerdoti. Qui cum acceperint benedictionem, eadem nocte pro reverentia benedictionis in virginitate permaneant. Item ex concilio Arelatensi, cap. VI. Sine publicis nuptiis nullus ducat uxorem.

Nullum sine dote fiat coniugium. Iuxta possibilitatem fiat dos, nec sine publicis nuptiis quisquam nubere vel uxorem ducere presumat.

His omnibus auctoritatibus occulte nuptie prohibentur, atque ideo cuius auctoritate fuit prohibitum infectum haberi debet. Sed queritur quid sibi velint sollempnitates ille velaminis et anuli que in coniugiis observantur. De his scribit Ysidorus in secundo libro de officiis, cap. XVI. Quare femine velantur dum maritantur.

Femine dum maritantur ideo velantur, ut noverint se semper viris suis subditas esse et humiles. Item. Quod autem nubentes post benedictionem vitta invicem quasi uno vinculo copulantur, videlicet ne compagem coniugalis unitatis disrumpant. At vero quod eadem vitta candido purpureoque colore permiscetur: candor quippe est munditia vite, purpura ad sanguinis posteritatem adhibetur, ut hoc signo et continentia et lex continendi ab utrisque ad tempus admoneatur, et post hoc reddendum debitum non negetur. Item. Quod autem in primis anulus a sponso sponse datur, fit hoc nimirum vel propter mutue dilectionis signum vel propter id magis, ut eodem pignore eorum corda iungantur. Unde et quarto digito anulus inseritur, ideo quod in eo vena quedam, ut fertur, sanguinis ad cor usque perveniat. Ambrosius. Item de patriarchis. Nuptie dicuntur ab obnubendo, eo quod capita sua obnubere soleant.

Paranimphus custos et ductor sponse. Paranimpha iuxta nimpha sponsa in nuptiis.

Clandestina coniugia ad ulteriora trahunt stupra.

Consensus eorum desideratur in quorum sunt potestate.

Aug. de bono coniugali. ex. Arg. Iuramentum pertinens ad futurum. coniugii fac. Illud hoc iste legitimum ... q. tacitis sui feris coniunguntur in oratorio iurauer. et spopondisse se futuros coniuges; q. de isto iuramento. 7 illa de

CA

[...] intelligendum e qui uir 7 mulier se inuice recipiendo. iurant se fide tenere alia coniugii iura ad plenius 7 deinceps seruaturos. Tale n iuramentum facit coniugium. non illud quod pertinet ad futurum.

Nec illud otiosum q. cum uenirret rebecca uidit ysaac deambulantem 7 cum interogasset quis eet cognito q. ipe eet cum ducet uxor. descendit 7 cap obnuere suum cepit. docens uec dum nuptiis pire debe. Jn eni nuptie dicte sunt q. pudoris gra se puelle obnuerent.

Sed obicitur pmissis. Multa sunt q. phibentur que si fiant ex post facto conualescunt. Phibentur uouentes matrimonia ctrahe q tn si ctraxerint inuiolata pmane opt. Sic et clandestina coniugia ctra leges quidem sunt. tn ctracta dissolui n possunt. quia ex legitimo uoto subsequente corroborantur. Unde eugenius cum dixisset aliquem psumpta nec coniugia sed adulteria. addidit n uoluntas pa suf fragauit 7 uota succurrerint legitima. Hinc et in nouell. Si quis diuinis tactis scripturis iurauit mulieri legitimam eam se uxorem habiturum l si in oratorio tale sac mentum dedit sit illa legitima uxor. quamuis nulla dos nulla scriptura alia interposita sit.

His ita r̄ndet. Coniugia que clam ctrahunt n negant ee coniugia nec iubent dissolui si exactius q ctessione pbari poterit. Uerum tn phibentur quia mutata uoluntate alterius eorum: alterius confessione fides iudici fieri n potuit. Unde cum post alterius uota in aliam partem se transtulerint. a priori coniugio q. iudicialem sententia ferri n potuit. Inde enim urbanus pp scribit epis per hispaniam ctitutis. Nemo pontificum iudicare psumat 7 quamuis uera sint n tn credenda sunt n q certis indiciis pbantur. uel q in manifesto iudicio conuincuntur. n q iudiciario ordine publicantur. Hinc et uictor pp scribit theophilo epo. In ecta K iiii nullatenus iudicem quousq ueniat dns qui lateantia pducat in lucem 7 illuminabit a tenebris 7 m. c. co. Quamuis enim uera sint n tn credenda sunt nisi q manifestis certisque indiciis pbantur. n q in manifesto iudicio conuincuntur. n q iudiciario ordine publicantur. Item euaristus pp omnibus epis.

An iusta pbatione nullus e iudicandus aut dampnandus.

Nullum autem uerum tamquam pbatione iudicare aut dampnare debemus. teste apostolo qui ait. Tu quis es q iudicas alienum seruum. Suo dno stat aut cadit. Mala itaque audita nullum moueant n passim dicta absque certa pbatione quisquam uerum credat. sed ante audita diligenter inquirat n

pcipitando quicquam aliquis agat. Item eleutherius pp. Non sunt aliquando iudicanda pq certis iudicantem oportet cuncta indiciis demonstrent. rimari 7 ordinem rerum plena inquisitione discutere. interogando et respondendo 7 obiciendo quousque porrecta patientia ab eo u ibi actio ab ambaruo partium limmata sit plenius. Nec ulli quamlibet iudex prius uelit sua sententia obuiare. n q pacta omnibus inhibeant in questione q. poterant. Et tam diu a eo uentilet. quousque ad ueritatem perueniant. Frequenter interogari oportet ne aliquid pt̄missum forte remaneat q. ad necessitatem ueniat.

Ex premissis manifestissime colligitur q. p mentis actis recedendum non e n in re dubia certa danda e sententia. Cum autem fides dubie rei n testium approbatione l legitima confessione iudici fieri ualeat. teste autem auctoritate calixti pp de aliis causis l negotiis testimonium ore n uariant n debis q sub eorum psentia facta noscunt. apparet clandestina coniugia ideo ee phibita. q cum alter eorum coniugalem affectum se ad alterum habuisse negare uoluerint. legitimis pbationibus coniuncti n potiunt. Quibus deficientibus iudicis sententia rite absolutus reatum adulterii utrique incurrit dum uterque eorum uiuente alio se copulauerint.

II. xxxi. i. ca.

De adulteriis agitur an post mortem uiri legitimi aliquis possit ducere in coniugem quam prius polluit per adulterium. De secundis quoque l tertiis nuptiis q illicite uidentur super continentiam hominum ab apostolis pmisisse. Item ea i. o. q. aliquis n e coo gnita nube alicui cum in coniugio consensus de fidei ub 7 spontaneus q a iunte nuptie malo solum hre puniunt. 7 q. fidem sponsaliorum partitibus frangere n ..... l ..... l .... cet.

UXOREM CUIUSDAM

U. ni nuptie dicantur

Hoc ita uerum e si uotum fuit simplex. Cetim si sol lempne solum. [...]

[...] xxxiii. Q. iiii. [...]

[...] xi. Q. iii. [...]

S. n. Q. iiii. Consu
S. xi. q. iii. aug. [...]

S. xi. q. iii. aug. [...]
S. n. Q. vi. Sic

S. ii. q. i. ps. [...]
[...] 7 primo 7 inta
S. xi. q. iii. gg. [...]
S. xv. q. vi. gg. [...]
S. n. d. i. Omis
S. di. lxxxvi. Sic

. C. Iudic. Judices.

S. p. i. di. xlv. Licet.

Q. iudices frequenter interogent.

S. iii. Q. viii. Testes

Nisi ubi de consanguinitate. [...] audiuit a [...] nulli [...] ee [...] sufficiat. vii. [...] xxxv. Q. vi. c. i. de parentela. [...] iii. Q. viii. Testes. [...]

Alius constupravit uxorem alterius. Eo mortuo adulteram sibi in uxorem accepit. Filiam ex ea susceptam cuidam in coniugem se daturum iuravit. Illa assensum non prebuit. Deinde pater alii eam tradidit. A primo reposcitur. Queritur, an possit duci in coniugium que prius est polluta per adulterium. Secundo, an filia invita sit tradenda alicui. Tertio, an post patris sponsionem illa possit nubere alii. Adulterio pollutam prohibetur duci in coniugium auctoritate Leonis pape, qua dicitur: Adulterio pollutam non ducat ab eodem in matrimonio.

Q. I.

Nullus ducat in matrimonium quam prius polluit adulterio.

Item Augustinus testatur scribens ad Valerium de nuptiis et concupiscentia. Licet aliam ducere in matrimonium quam prius polluit adulterio.

Denique mortuo eo cum quo fuit verum connubium, fieri verum coniugium cum qua prius precessit adulterium.

Item [de bono coniugali]. Posse sane fieri licitas nuptias ex personis illicite coniunctis, honesto placito subsequente, manifestum est.

Gratianus. Hec ultima auctoritas de concubinis loquitur, prohibens concubinas posse transire ad honestum placitum nuptiarum. Prima auctoritas Augustini loquitur de repudiata, quam dum vivente viro suo aliquis ducit in coniugium, committit adulterium; aliquando habet veniam, dum ei copula coniugalis efficitur esse licita. Illud vero Leonis pape de ea intelligendum est, que a viro suo non erat repudiata, cum vivebat vir reddens ei coniugale debitum. Unde in concilio apud Altheim habito presente Conrado rege statutum est, cap. III. Nullus ducat in coniugium quam polluit prius per adulterium.

Illud vero communi decreto secundum canonum instituta diffinimus et pro iudicamus, ut si quis cum uxore alterius vivente eo fornicatus fuerit, moriente marito synodali iudicio aditus ei claudatur illicitus, ne ulterius ei coniungatur matrimonio quam prius polluit adulterio. Nolumus enim, nec christiane religioni convenit, ut ullus ducat in coniugium quam prius polluit per adulterium.

Hic subaudiendum est: nisi prius peracta penitentia, et si nec in mortem viri machinatus fuerit, vel si vivente viro fidem adultere non dederit se sumpturum eam sibi in coniugem si viro suo supervixerit. Unde in Tiburiensi legitur: Post mortem viri non potest adulteram in coniugium ducere qui eo vivente viro iuramentum sibi futurarum nuptiarum prebuit.

Relatum est auribus sanctorum sacerdotum quendam alterius uxorem stupro violasse, et insuper meche vivente viro suo iuramentum dedisse ut post legitimi mariti mortem, si supervixisset, duceret eam uxorem, quod et factum est. Tale ergo connubium prohibemus et anathematizamus. Item in eodem. Post peractam penitentiam potest viduam in coniugem ducere, quam vivente viro adulterium polluit.

Is qui vivente marito coniugem illius accusatur adulterasse, et eo in proximo defuncto eandem suscepisse dicitur, omnimodis penitentie publice subdatur. De quo post penitentiam peractam, si expedierit, servabitur regula, nisi forte idem aut mulier virum eius qui mortuus fuerit occidisse notetur, aut propinquitas vel alia qualibet accusatio criminalis impediat. Quod si probatum fuerit, sine ulla spe coniugii cum penitentia perpetuo maneat.

Gratianus. Sed obicitur: David cum Bersabee adulterium commisit et in mortem Urie machinatus est, et tamen eandem Bersabee postea duxit in uxorem. Sed in veteri testamento multa permittebantur propter infirmitatem, que in evangelii perfectione eliminata sunt; sicut permittebatur quibuslibet dare libellum repudii, ne podium funderetur sanguis innoxius, quod postea in evangelio Dominus prohibuit, dicens uxorem a viro non esse dimittendam nisi causa fornicationis. Quedam permittebantur causa infirmitatis, vel causa significationis futurorum; sicut Dominus permisit filiis Israel offerre animalia sibi in sacrificium, que in Egypto consueverant immolare demonibus, mallens eas offerri sibi quam idolis, et ut essent illa sacramenta futurorum. Sic et Bersabee permissa est duci in uxorem non magis causa infirmitatis quam significatione futurorum. Sicut est illa Aaron, quod uxor defuncti huic nubere non possit. Gravius enim prohibentur viri et mulieres frequenter nubere in ecclesia. Unde in connubio secundarum nuptiarum presbiter interesse non debet, sic in eo Cesariensi concilio. Fides et conversatio penitentiam ad breviat eorum qui frequenter ducunt uxores.

De his qui frequenter ducunt uxores, et de his que sepius nubunt, tempus quidem his manifestum constitutum est, sed conversatio et fides temporis eorum abbreviat. Presbiterum vero connubium secundarum nuptiarum interesse non debere, maxime cum precipiatur interesse secundis nuptiis penitentiam tribuere. Quis erit presbiter qui propter

Q. I.

[Margin:] Vtraque peracta penitentia, si nec machinati sunt in mortem sponsi viri, vel si fidem non dedit ei antea.

[Margin:] Volens si concubinam illius cum sorore ... vel cum sorore sue uxoris ... semper debet manere absque coniuge.

Videtur hoc capitulum tangere quod secunde nuptie peccatum sunt. Sed non est, hoc ideo ad terrorem.

C. i. permittere aliud non secundum naturam transgressorem esse. Vel possumus dicere quod loquitur in eo casu cum fornicatur aliquis nec continere valet. Et precipit preceptum ut aliqua nubat secundo quam in fornicatione maneat.

CA

coniugium illius constituat nuptiis. Item Iohannes Crisostomus. Secundum veritatis rationem fornicatio nuncupatur qui secundam ducit uxorem.

Hac ratione apostolus precepit secundas adire nuptias propter incontinentiam hominum. Nam secundam quidem accipere secundum preceptum apostoli licitum; secundum autem veritatis rationem vere fornicatio est. Sed cum permittente deo publice et licenter committitur, fit honesta fornicatio. Propterea Dominus dicebat quia Moyses hoc permisit, non precepit. Aliud est enim precipere, aliud permittere. Quod enim permittimus nolentes precipimus, quia malas hominum voluntates ad plenum prohibere non possumus.

Item Ieronimus de virginibus. Ut vitetur periculum fornicationis, secunda matrimonia conceduntur.

Quod virginibus contingit fornicationis periculo, concedit nuptias et excusabile facit quod per se non appetitur. Ita et eodem fornicationis periculo concedit viduis secunda matrimonia. Melius enim est, licet alterum et tertium, unum virum nosse quam plurimos, id est tolerabilius est uni homini prostitutam esse quam multis. Siquidem et illa in evangelio Samaritana sextum maritum habere se dicens arguitur a Domino quod non sit vir eius. Ubi enim numerus maritorum est, ibi vir qui proprie unus est esse desistit. Una costa a principio in unam uxorem versa est. Et erunt, inquit, duo in carne una. Non tres neque quatuor, alioquin non iam duo, sed tres. Primus Lamech sanguinarius atque homicida unam carnem in duas divisit uxores. Fratricidium et digamiam eadem cataclismi pena delevit. De altero septies vindicatum est, de altero septuagies septies. Quantum distat in numero, tantum et in crimine. Quam sancta sit digamia, hinc considerandum est quod digamus in clerum eligi non potest. Et idem apostolus ad Timotheum: Vidua eligatur non minus sexaginta annorum, que fuerit unius viri uxor. Hoc est preceptum de his viduis que ecclesie pascuntur elemosinis, et ideo etas prescribitur, ut ille tantum accipiant pauperum cibos que iam laborare non possunt. Simulque considera quod que duos habuit viros, etiam si anus est et decrepita et egens, ecclesie stipes non meretur accipere. Si autem panis illi tollitur elemosine, quanto magis ille panis qui de celo descendit, quem qui indigne comederit reus erit violati corporis et sanguinis Domini. Quod hec testimonia que super posui in Christi viduis concedit ut si velit denuo nubat. Quod autem interpretatur fratribus his viduis que amissis maritis sic invenerat fides Christi.

Verum hec cum ad exortationem viduitatis et continentie non in condempnationem secundarum et deinceps nuptiarum dixisse quis multorum auctoritatibus constat licitas esse ex quibus eidem datur intelligi. Ait enim ad Pamachium. Nec due nec tres nec decem.

Aperiant ceteris nuptie sunt condempnande. Quiso aures obtrectatores mei, et videant me non secundas nuptias in Domino concessisse. Qui secundas et tertias non dampnavi, primum potui dampnare matrimonium? Idem. Non dampno digamos, immo nec trigamos, et si dici potest, octogamos. Idem. Ego libera voce proclamo non dampnari in ecclesia digamiam, immo nec trigamiam. Et ita quinto et sexto et ultra, quomodo et secundo marito nubere licet. Item Augustinus libro de bono viduitatis. Secunda coniugia

Deus masculum et sicut et prima licita esse probantur. feminam propagandi gratia nuptiali castitate coniunxit, et secundas, id est quinimmo quot recte statuto permittuntur licitas esse monstravi. Idem super primam epistolam ad Corinthios. Quod si dormierit vir eius, nubat cui vult, primus vel secundus vel quartus; non nobis diffiniendum est quod non diffinit Christus. Unde nullas debeo dampnare nuptias, nec eis verecundiam numerositatis auferre. Dominus autem vitam non dampnat, nec dicit in resurrectione non posse esse, sed neque nubent neque nubentur. Unde nec humana verecundia sensu audeo dicere ut quotiens voluerint nubant, nec ex meo corde quaslibet nuptias condempnare, quod dicitur: viventes hominum vidue beatiores erunt si sic permanserint.

Quod autem aliqua non sit cogenda nubere alicui, Ambrosius testatur super epistolam primam ad Corinthios. Nubat vidua cui vult, tantum in Domino, id est quod sibi aptum putaverit illi nubat, quia invite nuptie solent malos habere proventus. Tantum in Domino, id est sine suspitione turpitudinis nubat, et viro sue religionis nubat. Item Urbanus papa. Iuramento patris non cogitur puella nubere cui nunquam assensum habuit.

Sicut verum esse constitutum quod nobis legati Iordani principis retulerunt, scilicet quod ipse coactus et dolens filiam suam infantulam nolentem flentem et pro viribus renitentem, non assentientibus sed valde dolentibus matre et parentela, Rainaldo Ridelli filio desponsavit. Quod canonum et legum auctoritas talia sponsalia, ut infra ostendetur, non approbat. Ne igitur contrariantibus leges et canones nimis durum quod dominus videatur tam firmitatem tenere, ut si princeps cum filie matris et parentele assensu, id quod preceptum est

S. p. i. di. xxvi. una.
S. p. i. di. xxvi. c. quia
S. xxiii. q. i.
S. di. xxiii.
S. xxiii. q. iii.
S. p. i. di. xxvi. una
q. II
S. xxvii. q. ii.
S. xxxii. q. iii.

uoluerit, perfice concedamus. Si uero aliter legatus
noster utrasque partes audiat. et si inuentum fuerit ex
parte supradicti rainaldi amplius quam impe
diat ab ipso iordano sacramentum quod in constitutione
sub dicta sunt accipiat. et nos legum accano
num scita sequentes deinceps non prohibemus. quin
alii uiro si uoluerit predicta filia eius tantum in
domino nubat. Item de sanctio regi aragonum.

Quorum unum futurum est corpus, unus debet esse et animus, atque ideo nulla est inuita co

Deceptus tue coniugio quam pulanda alicui.
tecandam inuitam daturum necessitatis insta
te articulo subsidii pollicitatione firma
sti. Si equitate dictante decreuimus. ut si illa
uirum illum omnino. ut dicitur renuit. et in eadem
uoluntatis auctoritate persistit. ut uiro illi
prius se deneget nupturam nequaquam eam inuitam
et renitentem eidem uiro cogas coniugio sociari. Quorum
enim unum corpus est futurum. unus debet esse et animus. Ne for
te cum uirgo fuerit alicui inuita copulata con
tra domini apostolique preceptum aut reatum dissidii aut crimen
fornicationis incurrat. Cuius uidelicet pecca
ti malum in eum redundare constat. qui eam iungere
inuitam. quod preter tenorem de uiro est insinu
andum. Item nicolaus radulfo portuensi
uoluit siculi suis episcopis. Non licet deserere

uirgo quam permissis dotibus et publica attestatione duxit in uxorem.

Lotharius rex in monte rotolo perhibetur
gualdradam se uxorem accepisse. et sororem primo modo
amisisse uult. Ut primum diligentia inuestigo
ne inquirite. utrum eundem gloriosum regem predictam gualdradam permissis dotibus coram testibus
secundum legem. et ritum quo nuptie celebrari solent pontificum
inuenientes accepisse. et post manifestationem
eandem gualdradam in ministerio ipsius admissam. Restat
ut perscrutemini cur illa repudiata sit uel
filia bosonis admissa. Si quia idem gloriosus
rex metu coacta admisisse dicit se. metu
unius hominis tantus rex non debuit diuinum preceptum
in immane precipitium mergi. Item hoc esse magis reprehensibile
ostendit in quo amorem dei amori mundi
postposuit. Cum non in occasiones corporis sed animi con
tritiam homines impellentes. Nichil itaque uobis ali
ud precipimus in manifestationem sua eodem rege con
uicto. nisi ut secundum canonicam auctoritatem nostram uice
freti eam illi diffiniatis. Si uero minime
probatum fuerit gualdradam uxorem fuisse legiti

mam neque nuptiis more celebratis per benedic
tionem. scilicet sacerdotis fuisse in ministerio locatam contractum
se contractam. Suggerente illi uero non moleste fe
rat legitimam se supra innocens apparuerit
recolligi non uxorem, prout uos scire uolo
quia prefata coacta apostolicam sedem bis terque ap
pellauit. et se a prefato glorioso rege. quod stabat.
iniuste fuisse deiecta. et iniuste coacta falsum con
se composuisse piaculum. Nam eo tempore quo apostoli
cam sedem libellum appellationis suae misit. et quod
non quod adhuc confessa fuit. consequens dicere fal
sum crimen coegisse se innotuit. Insuper subiungens.
quod si amplius compulsa fuero scitote non ui
tate sed timore mortis et euadendi studio
quia aliter non possum quod uoluerint dicam. Unde precipi
mus uobis ut cum eadem coacta ad condictam synodum
sic statuimus aduenerit eam cum diligenti ex
aminatione exquiratis. et si ei obiecerit quod illa se
crimen aliquod admisisse confessa fuisse. et cum illa
inuolentiam se pertulisse proclamauerit. uel summi
os iudices illos se fuisse testata fuerit tunc
illum renouetis iudicium secundum equitatis normam
ut in iustitie mole non opprimatur.

His auctoritatibus euidenter ostenditur. quod nulli absque uo
luntate nulla est copulanda alicui. Quod autem
post parentum sponsionem aliis nubere non ualeant
auctoritate eliberitani concilii monstratur. quo dicitur. De pa

rentibus qui fidem frangunt sponsaliorum.

Si qui parentes fidem fregerint sponsaliorum triennii tempore a communi
one abstineant. Si uero idem sponsus uel sponsa in
illo grauiori crimine non fuerint deprehensi. excu
sati erunt parentes. Si uero in eodem fuerint uitio.
et polluerint se, prior sententia seruetur.

Ecce quod non licet parentibus sponsalia filiorum
suorum frangere. uerum hoc de illis intelligendum est.
qui illorum consensu coniunguntur.

In .xxx.ª causa de coniugio agitur utrum meretrix
licite in coniugem ducatur. ubi primum ostenditur
quod meretrix occasione coniugii auiro retineri
non possit. cum lenocinii accusetur. et patrinum
criminis se esse perhibet. quod crimen celat uxoris.
Ibidem etiam ostenditur quod antequam penitentiam adulterium pur
get debitum alteri uel reddere non debet. quod si fe
cerit tribus annis penitentie et predicte abstinen
tie subiciatur. Quod si mulier ab adulterio
recedere uoluerit. uxorem suam uir recipere poterit
nullum ei periculum illatum. non enim deputatur
adulteri quod baptismate abluuntur uel penitentia

Q. III.

Sponsalia a filiis ante .xiiii. annum contracta. sine consensu patris. possunt a patre rescindi. et econuerso. Preterea uero a filiis contracta. et sine consensu patris a patre non possunt cassari. Et si a patre fuerint contracta consentientibus filiis non poterunt a filiis retractari. Secundum .xxii. Q. iiii. capitulum tibi; Secundum .xxvii. Q. ii. capitulum coniugium.

S. xx. Q. v. Honorius. Item .xxxv. Q. ii. Si.

S. .ii. Q. i. C. ubi. Item .xxxiii. Q. ii. C. iiii. S. xxvii. Q. ii. Sepulcrum.

tia sanantur. Cum ergo ergo maritus uitiis
operatur in ergastulum, uero studio quorum ex
cluditur innocentia copuletur. Quod similiter
liter in adulterio perseuerare elegerit patrimonii
pitudinis et lenocinii reus uir cui habere
non eam adulterum facere uoluerit. quod in mulieribus
non oportet. Cum non eis permittatur maritos suos ad
ulterii reos facere. Ex his infertur quod non sunt du
cende in coniugium in quibus nulla est spes fi
dei nec castitudo pudicitie que si defuerint non
coniuges sed adulteri appellantur. Ecce non solum
meretricum matrimonia sunt quorum illibus nuptie
reprobari uidentur. quod tamen non ad necessitatem
sed ad exortationem obseruande uirginita
tis refertur. Ibidem in .o. quod nullus prohibetur me
retricem uel adulteram retinere qui sua consuetu
dine castitate pudicitie exornari. Sed prohibe
tur tenere. qui a luxu carnis fuerit reuocare
non ualet. In ea questione an sit uxor que sola in con
tinentie causa ducitur cum sola sit causa nubendi
di nuptiarum uidetur primam habere. Ubi .o.
matrimonium illum quod uiro suo secundum mores preceptum
ta non coniungitur. recte coniugium appellari non
posse. Demonstratur que fuit institutio coniu
gii in paradiso que extra paradisum. Illud in quo post
institutionem generandi sit non esse nuptiarum
malum. potius esse ueniale per nuptiarum
bonum et quod de corpore quo coniugales actus geruntur
tur presentia sanctis prius non datur. et quod non sunt for
nicarii sed coniuges qui coniugali effec
tu sibi copulantur. quamuis non causa procreandorum
filiorum sed explende libidinis conueniant.
De his in ea agitur qui sterilitatis uenia uel ab
orsum procurant. quod homicidium committit uel non.
Ibidem in .o. quod non amentem discedens non filia sua
illi tradens peccat. et quod patrem consensus desiderat
in nuptiis et quod prima uoluntas cohabitandi suf
ficit ad matrimonium cohabitandum. In ea questione .o.
quod in modo contendo filia. sed ancillas potius sequitur
arbitrium ubi an qui originarii patris et quod sa
crificium imparatarus accipiatur quod plures ancillas et an
cillas malos et bonos genuerunt. et quod quod fuit
commissum in ea que non est legitima uxor adulterium
communi dampnatur. et quod sine peccato patriarche
plures habebant uxores cum neque moribus neque
legibus prohibetur. O. in ea quod nullo modo licet
alicui uiuente uxore sua uel ex ancilla uel ex alia
quibus filios querere. et quod non solum adulterium sed et for
nicatio sacerdotis prohibetur sepe. Que sunt ex adulterio na
ti non dicantur filii uel que suorum parentum se
quantur que exclusi et ancilla nascuntur. Ibidem
in demonstratur quod pudicitie uiolenter eripi
non potest. cum uirtutes contra uoluntatem non operantur
non affectum sequitur. quod adulterium non committit
non cupiens libidinis instinctu. uel alienos concubitu
cum alio uel cum alia contra pactum coniugale concubitur.
unde que uiolentes aliena libidine opprimuntur
non adulteram non fornicariam dici potest. uero que uel cuius
fuit uir uxor ex quo coniugali affectus ad e
serunt. ulterius ab inuicem discedere non ualent.
In ea in questione an sit parui quo conditio cum
coniugantes uiri cum adulteris uxoribus non conue
niant. cum esse uxores in consortio adulterorum
uirorum manere uidantur. Ibidem in .o. quod causa
fornicationis non ualet uxorem dimittere si ipse forni
cationi committatur. et quod ille qui dimisit uxorem
suam causa fornicationis illa uiuente aliam ducere
non potest. Gradus in fornicatione .o. in quo quis
adulterum quam fornicatrix peccare dicitur. Grauius in
quo nec sua dimissa aliam ducere quam suam dimittentes
tes aliam cognoscit. Hos autem omnes incestuosi tamen
sentiunt quos uim contra naturam delinquentes.
et quod non licet alicui hac conditione peccare ut in
fidelem ad fidem perducat.

QUIDĀ NON

habet uxorem quandam meretricem sibi coniugio co
pulauit que erat filia neptis ingenui fi
lia originarii. Quam cum pater aliui uel ex ...
aiuis huic eam copulauit causa soli incontinentie
est hinc ... penitentia ducta ex ancilla prima fi
lios sibi querere cepit. prima de adulterio conuicta et
punita. quandam rogauit ut uiri uxorem suam
opprimeret. ut si ceteram dimittere posset. Quo facto
quandam infidelem sibi copulauit. eam conditione

uel ad christianam religionem transiret. Hic primum queritur an meretrix licite ducatur in coniugem. Secundo an ea que causa incontinentie ducitur sit coniux appellanda. Tertio cuius arbitrium aliquis sequitur, an liberi an ancille an originarii patris. Quarto si uiuente uxore liceat alicui ex ancilla filios querere. Quinto si ea que uim patitur pudicitiam amittere probetur. Sexto si adulter adulteram possit dimittere. Septimo si uiuente dimissa aliam possit accipere. Octauo si infidelem premissa conditione liceat alicui fidelium in coniugem ducere.

Q. I.

Quod autem meretrix in coniugem duci non debeat multis rationibus probatur. Illa enim que adulterii rea conuincitur nisi post peractam penitentiam in coniugii consortium recipi non debet. Unde Iohannes Crisostomus super Mattheum cap. IIII. **Patronus est turpitudinis qui uxorem suam adulteram dimittere noluerit.**

Sicut crudelis et iniquus est qui castam dimittit: sic fatuus est et iniustus qui retinet meretricem. Patronus enim turpitudinis est qui celat crimen uxoris. Item Ieronimus. **Causa fornicationis uir dimittat uxorem, non tamen adulteram ducat.**

Dixit dominus in euangelio: Quicumque dimiserit uxorem nisi ob fornicationem et aliam duxerit mechatur, et qui dimissam duxerit mechatur. Sola fornicatio est que uxoris uincit affectum. Immo cum illa unam carnem in aliam diuiserit et se fornicatione a marito separauerit, non debet teneri ne uirum quoque sub maledicto faciat, dicente scriptura: Qui tenet adulteram stultus et impius est. Ubicumque est igitur fornicatio et fornicationis suspitio, libere uxor dimittitur. Et quia poterat accidere ut aliquis calumpniam faceret innocenti et ob secundam copulam nuptialem ueteri crimen impingeret: sic priorem dimittere iubetur uxorem, ut prima uiuente secundam non habeat. Item in epistola Pauli ad Corinthios. **Sola autem fornicatio uxorem maculat.**

In coniugio quis potest quecumque peccata fecerit non infuscat per alia coniugem. Si fornicatio in uxorem coinquinat, ut iam non sit uiro suo licita, sit adultera. Item Iohannes Crisostomus. **Qui uxorem suam adulteram dimittere noluerit annis peniteat duobus, si ei debitum reddiderit.**

Si quis uxorem suam adulteram inuenerit et pro deinceps placuit eam habere, in modo duobus annis peniteat. Ideo quia cum adultera mixtus sit que adhuc crimine suo non est purgata, et abstineat se a matrimonio eius donec expleatur satisfactio criminis penitentie sue. Ideo quia post satisfactionem penitentie non meretur uocari adultera. Similiter si uxor uirum suum inuenerit adulterum, non ad impar iudicetur.

Subauditur nisi de adulterio mulier resipiscere uoluerit. Quod si fuerit uxorem suam recipere, nullum periculum ei illatur. Unde Pelagius papa Melleo subdiacono. **Post penitentiam adulteram uxorem suam uir potest recipere.**

Benedicto quem uxorem alienam facinoroso iudicasti spiritu sustulisse, tamen suam acceptam presumere detinere consortium, sibi rerum uitas habet. Iubemus experientie tue ut cum culpam qua adulteram distrixit non differas mactare, et caluatos ab inuicem separare, ut illum quidem ad Luciam defensorem in Apulie prouincia patrimonium sine dilatione migrare. Illam uero si quidem maritus suus sine dolo aliquo recipere forte uoluerit, tua ordinatione sub cautela recipiat, nullum ei dum tamen extra decretum simul committenti periculum illaturus. Si uero eam recipere noluerit, in aliquo quidam loco in quo ei non liceat male uiuere, eam prouidentia disposita ordinatione constitue. Item ex penitentiali Theodori. **Qui adultere debitum reddit, duobus annis peniteat.**

Si quis uxorem suam scit adulteram et non uult dimittere eam, sed in matrimonio habuerit, II annis peniteat. Et quamdiu illa peniteat abstineat se ab illa. Item Augustinus ad Pollentium lib. II. **Adulterio purgato per penitentiam potest fieri reconciliatio coniugii.**

Quod autem tibi durum uidetur ut post adulterium reconcilietur coniux, si fides adsit non erit durum. Cur enim adhuc deputamus adulteros quos credimus uel baptismate ablutos uel penitentia renatos? Hec crimina in ueteri lege dei nullis sacrificiis mundabantur, que in lege noui testamenti sanguine mundatione mundantur. Et ideo tunc omnino prohibitum est ab alio contaminatam accipere uxorem. Quamuis Dauid Saulis filiam quam pater eius eidem mulieris ab eo separatam dederat alteri, tamquam noui testamenti prefigurator sine cunctatione recepit. Nunc autem postquam Christus ait adultere: Nec ego te condempnabo, uade deinceps noli peccare, quis non intelligat maritum debere ignoscere quod uidet ignouisse dominum amborum, nec iam se debere adulteram dicere cuius penitentis crimen deletum esse a deo. Item de adulterinis coniugiis. **De eodem.**

Non est turpis neque difficilis et post perpetrata atque purgata adulteria reconciliatio coniugii, ubi per claues

Quo temeratores alienarum nuptiarum gladio puniuntur, et eos qui nefandam libidinem cum masculis exercuerunt. Et illis qui viduam vel virginem sive inhoneste viventem stupraverint, penam irrogat. Si honesti sunt, publicationem dimidie partis bonorum habent. Si humiles, coertionem cum relegatione, ut I. Institu. de public. iu. § Item. puniri sine accusatione potest. Si uxore rea facta mariti lenocinium detegetur, ut ff. e. l. ...

regnum celorum, non dubitatur fieri remissio peccatorum. Non ergo propter divortium viri adultera vocetur, sed propter consortium adulteri non vocetur. Item Ambrosius. Cum fornicationis vitium excluditur, castitati vita ascribitur.

Cum renuntiatur improbitati, statim asciscitur virtus. Egressus enim malitie virtutis operatur ingressum; eodemque studio quo crimen excluditur, innocentia copulatur. Item Gregorius. Non habetur fallax apud Deum qui penitendo adulteratam recipit.

Apud misericordem namque iudicem nec ille fallax habebitur qui adulteratam recipit, et post penitentiam recipitur. Quia omnipotens Deus dum libenter penitentiam nostram suscipit, ipse suo iudicio hoc quod erravimus abscondit. ¶ Quod si cum adultera perseverare elegerit, patronus turpitudinis et lenocinii reus maritus habebitur, nec eam adulterii ream facere voluerit. Unde in viii. li. c. t. de adulteriis et stupro. Imperator Severus Antonino.

Crimen lenocinii hi contrahunt qui deprehensam in adulterio uxorem in matrimonio detinuerint, non qui suspectam habuerint adulteram. ¶ Hoc in mulieribus non optinet. Non enim permittitur eis maritos suos adulterii reos facere. Unde li. c. t. eodem. Idem imperator. Publico iudicio non habere mulieres adulterii accusationem, quamvis de matrimonio violato queri velint, lex Iulia declarat; que cum masculis iure mariti accusandi facultatem detulisset, non idem feminis privilegium detulit. ¶ Si quis vero ex his auctoritatibus colligit adulteram retinere nulli permittitur, in matrimonium vel in coniugium ducere licebit cuius pudicitie nulla spes habetur. Debent enim coniuges fidem sibi invicem servare; que cum defuerit, non coniuges sed adulteri appellantur. Unde Augustinus contra Iulianum li. i. Vita nuptiarum non consistit in sola commixtione maris et femine.

Non in sola videlicet commixtione maris et femine nuptiarum vita consistit, quoniam sunt illa nuptie filiorum procreandorum gratia. Sed aliam esse nuptiarum partem, qua ab adulteriis nuptie decernuntur, sicuti est thori coniugalis fides et cura ordinate filios procreandi. Et que maxima differentia est boni usus mali, bene concupiscentie carnis quo bono adulteri male utuntur. ¶ Hec sibi probant, quod commendatur et ab illicito usu cavetur. Hinc vero Ambrosius nuptiarum imperfectam dicit. Prime et secunde nuptie hac auctoritate inprobari videntur.

Nuptie terram implent, virginitas paradisum. Sed hic intuendum dum taxat iuxta comparationem virginitatis, que septima in primo et octo viii. et quinto et vii. die, explens operibus singulorum dierum. Et vidit Deus quia bonum: In secundo die hoc non subiunxit, nobis intelligentiam relinquens non esse bonum duplicem numerum, quia ab unione dividat et prefiguret federa nuptiarum. Unde et in archa Noe omnia animalia quecumque bina ingrediuntur immunda sunt; impar numerus est mundus. Quia in duplicatione intelligatur et alius sacramentum quod ne in bestiis quidem et immundis avibus digamia comprobata sit. Bina enim et bina ingrediuntur immunda, et septena que munda sunt, ut habentur Noe post diluvium quod impari numero statim Deo possit offerre. ¶ Verum hoc ad exortationem, non ad necessitatem observande virginitatis refertur. Unde idem Ambrosius ait. Virginitas ex consilio

Integritas corporis suadetur, non ex imperio precipitur. Expetenda a nobis est, quam ego pro consilio suadeo, non imperio precipio. Sola enim est virginitas que suaderi potest, imperari non potest. Res magis voti quam precepti. ¶ Cum vero in meretricem vel uxorem nulla sit spes fidei, non committendo pudicitie, patet quod non est in coniugium ducenda. Sed obicitur: Raab Iericontina que ante meretrix esset, tamen principi de tribu Iuda coniugio est copulata, de qua Christus etiam nasci dignatus est. Osee quoque xii. prophetarum primus ex precepto Domini de choro ordinis meretricem emit quam sibi coniugio copulavit. Sed aliud est meretricem ducere, aliud retinere, quam tua consuetudine castitatis et pudicitie exornes; atque alium aliquem eorum habere, quem nullo pacto a luxu carnis sue revocare valeas. Hoc enim penitus prohibetur, illud laudabiliter factum legitur. Unde Ieronimus super Osee li. ii. Non est peccatum

Osee propheta si meretricem quam duxerit ad pudicitiam convertit, sed potius laudandus quod ex mala bonam fecit. Non enim qui bonus permanet polluitur si sociatur malo, sed quod malus est in bonum convertitur, si boni exempla sectetur. Ex quo intelligimus non prophetam perdidisse pudicitiam, fornicatione copulatum, sed fornicariam assumpsisse pudicitiam quam antea non habebat. ¶ Quod autem non sit uxor que sola causa incontinentie ducitur, hinc videtur probari posse: quod coniugium paganorum non expletur libidinis causa a Deo institutum est. Hinc namque fuit benedictio coniugii, crescite et multiplicamini. Unde Ambrosius super Lucam. Partus feminarum est causa sola nubendi.

C. xxxvi. Q. ii. Dec.
i. e. Q. v. ...
Quicquid a sua conversatione possit ...
pena si detecit. q. vir ...
Publice viventibus, qui fuerunt detectores mulieribus moribus bonos colendo erunt ...
q. mala dicitur ... peccato ...
C. di. xxxv. C. ...

C. xxviii. Sic et
i. xxviii. Q. iii. ...
Q. II.

Sic ergo talis concubitus non est fornicarius, sed propter bonum coniugii licitus. Sic et coniunctio illa de qua dicitur, non est fornicaria, sed propter bonum coniugii licita. Item sic Augustinus ait in libro de bono coniugali: Concubine [illegible] adhibite ad tempus, nec si causa filiorum concubuerint, iustum faciunt concubinatum suum.

Pudor est feminis nuptiarum prima non habere, quibus hoc solum est causa nubendi. Ideo cum coniugii primum et gratia nuptiarum partus sit feminarum, non mediocris causa est. Virginitas maxime fallet principem mundi. Qui ergo non causa procreande sobolis, sed explende libidinis sibi invicem copulantur, non tam coniuges quam fornicarii videntur. Hinc etiam Ieronimus.

Non coniuges sed adulteri vocantur qui non secundum precepta [Christi iunguntur.]

Sicut non omnis congregatio hereticorum Christi ecclesia dicitur, nec caput eorum Christus, sic non est matrimonium quod non iure suo et precepta Christi coniungitur; non recte coniugium appellatur, sed potius adulterium.

His ita respondetur: Prima institutio coniugii in paradiso facta est, ut esset immaculatus thorus et honorabiles nuptie, ex quibus sine ardore conciperetur, sine dolore pareretur. Secunda propter illicitum motum vitandum extra paradisum facta est, ut infirmitas prona in ruinam turpitudinis honestate exciperetur coniugii. Unde apostolus scribens Corinthiis ait: Propter fornicationem autem unusquisque suam uxorem et unaquaeque virum suum habeat. Ex hac itaque causa fit ut coniugati sese invicem debeant, nec se negare possint. Unde apostolus: Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus ut expediti vacetis orationi. Et iterum revertimini in idipsum, ne temptet vos Sathanas. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Qui ergo propter incontinentiam in talem usum redire monentur, patet quod non propter filiorum procreationem tantum misceri iubentur. Nec tamen ideo nuptie male iudicantur. Quod enim preter intentionem generandi fit, non est nuptiarum malum, sed est veniale propter nuptiarum bonum, quod est tripartitum: fides, videlicet proles et sacramentum. Sic ergo talis concubitus non est fornicarius, sed propter bonum coniugii licitus; sic et coniunctio illa de qua dicitur, non est fornicaria, sed propter coniugii bonum licita fit. Sic Augustinus ait in libro de bono coniugali: Concubine autem ad tempus adhibite, si tantum causa filiorum concubuerint, iustum faciunt concubitum suum. Unde Augustinus de bono coniugali:

Inmoderatus usus coniugatorum non est nuptiarum malum, sed est veniale propter nuptiarum bonum.

Quod enim se coniugati inmodestum, iniocundum, sordidum gerunt, vitium est hominum, non culpa nuptiarum; verum in ipsa quoque inmoderata exactione debiti carnalis, quam eis non secundum imperium precepit, sed secundum veniam concedit apostolus, ut et preter causam procreandi sibi misceantur, etsi eos pravi mores in talem concubitum impellunt, nuptie tamen ab adulterio seu fornicatione defendunt. Neque enim illud propter nuptias admittitur, sed propter nuptias ignoscitur. Debetur ergo a coniugatis non solum ipsius sexus sui commiscendi fides liberorum procreandorum causa, que prima est humani generis in ista mortalitate societas, verum etiam infirmitatis invicem excipiende ad illicitos concubitus evitandos mutua quodammodo servitute, ut etsi alteri eorum continentia perpetua placeat, non nisi ex alterius consensu possit.

Non autem datur presentia Spiritus sancti tempore quo coniugales actus geruntur. Unde Ieronimus super Matheum:

Non datur Spiritus sancti presentia tempore quo coniugales actus geruntur.

Conubia legitima carent peccato, sed non tempore illo quo coniugales actus geruntur presentia Spiritus sancti dabitur, et si propheta esse videatur qui officio generationis obsequitur. Sed alia plura sunt in quibus sufficit solatium humanum, neque res indiget neque decet adesse presentiam Spiritus sancti. Item Augustinus. Dicuntur Iacob IIII uxores.

De eodem.

Quando mos erat, crimen non erat; sic patriarche coniugibus excipientibus semen suum miscebantur, non concupiscentia proficiente voluptatis, sed providentia propagande successionis. Sic apostolus auditoribus admirantibus doctrine sue delectabatur, non aviditate consequende laudis, sed caritate seminande veritatis. Sic ergo ex hoc [illegible] datur intelligi de his qui coniugali affectu copulantur sine causa procreandorum filiorum, sed explende libidinis conveniunt, non ideo fornicarii, sed coniuges appellantur. Probatur idem auctoritate Augustini in libro de bono coniugali.

Coniuges sunt qui causa solius incontinentie sibi invicem copulantur.

Solet queri cum masculus et femina, nec ille maritus nec illa uxor alterius, sibi non filiorum procreandorum, sed incontinentie solius concubitus causa copulantur, ea fide media ut nec ille cum altera faciat nec illa cum altero, utrum nuptie sint vocande. Et potest quidem fortasse non absurde hoc appellari conubium, si usque ad mortem alicuius eorum id inter eos placuerit, et prolis generationem, quamvis non ea causa coniuncti sint, non tamen vitaverint, ut vel nolint sibi nasci filios vel etiam opere aliquo malo agant ne nascantur. Ceterum si vel utrique vel unum horum desit, non invenio quemadmodum has nuptias appellare possimus. Etenim si aliquam sibi ad tempus adhibuerit, donec aliam dignam vel honoribus vel suis facultatibus inveniat quam comparem ducat, ipso animo adulter est, nec cum illa quam cupit invenire, sed cum ista cum qua sic concubat, ut cum ea non habeat maritale consortium. Idem de nuptiis et concupiscentiis.

Fornicarii sunt, non coniuges, qui sterilitatis venena procurant.

[margin:] C. xxx. q. i. c. iii.

[margin:] S. di. xxxiiii. C. iiii.

[margin:] i. eas faciunt. Qui fornicarii non coniuges facere solent.

Aliquando eousque pervenit haec libidinosa crudelitas vel libido crudelis, ut etiam sterilitatis venena procuret, et si nichil valuerit, conceptos fetus intra viscera aliquo modo extinguat et fundat, volendo suam prolem prius interire quam vivere, aut si in utero vivebat, occidi antequam nasceretur. Si ambo tales sunt, coniuges non sunt, et si ab initio tales fuerunt, non per connubium sed per stuprum potius convenerunt. Si autem ambo non sunt tales, audeo dicere: aut illa quodammodo est meretrix mariti, aut ille adulter uxoris. Gratianus. De his qui abortum procurant queritur quando iudicentur homicide vel non. Augustinus in questionibus Exodi. Non est homicida qui abortum procurat antequam anima corpori sit infusa.

Quod non formatum puerperium noluit ad homicidium pertinere, profecto nec hominem deputavit quod tale in utero gestatur. Hic de anima questio solet agitari, utrum quod formatum non est, ne animatum quidem possit intelligi, et ideo non sit homicidium, quia nec exanimatum dici potest, si adhuc animam non habebat. Item. Si ullum informe puerperium iam quidem fuerat, sed adhuc quodammodo informiter animatum, quoniam magna de anima questio non est precipitanda indiscussa temeritate sententie, ideo lex noluit ad homicidium pertinere, quia nondum dici potest anima viva in eo corpore quod sensu caret. Idem in questionibus veteris et novi testamenti. Moyses tradit: Si quis percusserit mulierem in utero habentem et abortivum fecerit, si formatum fuerit, det animam pro anima. Si autem informatum fuerit, mulctetur pecunia, ut probaret non esse animam ante formatum. Itaque si iam formato corpori datur, non in conceptu corporis nascitur cum semine derivata. Nam si cum semine et anima existit de anima, et multe anime cotidie pereunt, cum semen fluxu quodam non proficit nativitati. Sed superius respiciamus, videbimus quid sequi debeamus. Complementum facti Ade. In Adam enim exemplum datum est, ut ex eo intelligatur quia iam formatum corpus accepit animam. Nam poterat animam limo terre admiscere, et sic formare corpus. Sed ratione informabatur, quia primum oportebat domum compaginari, et sic habitatorem induci. Anima, quia spiritus est, in sicco non potest habitare, ideo in sanguine fertur habitare. Cum ergo liniamenta compacta non fuerint, ubi erit anima? Item Ieronimus ad Algasiam. Sicut semina paulatim formantur in utero, et tamdiu non reputatur homicidium donec elementa confecta suas ymagines membraque suscipiant, ita sensus ratione conceptus, nisi in opera proruperit, adhuc in vitiis retinetur, et cito perit ab hoste.

Cum ergo quilibet sibi a tempore adhibet cum ea adulter esse dicitur, nec ab ea discedens, non filiam suam illi tradens peccat. Unde Leo. Profectus est honestatis fornicariam abicere et uxorem legitimam accipere.

Ancillam a thoro abicere et uxorem certe ingenuitatis accipere non duplicatio coniugii sed profectus est honestatis. Culpa ergo sit sane talium negligentia, si non penitus desperandi vel curis cohortationibus incitati, quod necessario expetiverint fideliter exequantur. Nemo enim desperandus est dum in hoc corpore constitutus est, quia nonnunquam quod diffidentia etatis differtur consilio maturiore perficitur. Idem. Legitimo matrimonio copulatur qui habita concubina ducitur.

Non omnis mulier viro iuncta uxor est viri, quia nec omnis filius heres est patris. Nuptiarum autem federa inter ingenuos sunt legitima et inter coequales. Et multo prius hoc ipsum Domino constituente, quam initium Romani iuris existeret. Itaque aliud est uxor, aliud concubina, sicut aliud ancilla, aliudque libera. Propter quod etiam apostolus ad manifestandam harum personarum discretionem testimonium posuit ex Genesi, ubi dicitur Abrahe: Eice ancillam et filium eius, non enim erit heres filius ancille cum filio meo Ysaac. Cuiuslibet loci clericus si filiam suam viro habenti concubinam in matrimonium dederit, non ita accipiendum est quasi eam coniugato dederit, nisi forte et illa mulier ingenua facta et dotata legitime et publicis nuptiis honestata videatur. Paterno arbitrio viris iuncte carent culpa, si mulieres que a viris habebantur in matrimonio non fuerunt, quia aliud est uxor, aliud concubina.

Cum vero dicitur paterno arbitrio femine iuncte viris, datur intelligi quod paternus consensus desideratur in nuptiis, nec sine eo legitime nuptie habeantur, iuxta illud Evaristi: Aliter non fit legitimum coniugium, nisi a parentibus tradatur. Item Ambrosius libro I de patriarchis. Honorantur parentes Rebecce muneribus, consulitur puella non de sponsalibus. Illa enim iudicium expectat parentum. Non est enim virginitatis pudoris eligere maritum, sed iam desponsata viro de profectione consulitur. Non in matrimonio dilationem non attulit. Tu dicit lune superare debuit in maritum. Unde illud Euripedeon quod mirantur plerique unum tantum filium est manifestum est. At Hermione mulier si quid tamen maritum volebat relinquere et ad aliam petebat nuptias. Sponsalium eorum patrem suum curam subiit. Hic enim non meum, quod et ipsi philosophi mirantur, hoc vero virgines. Scio siquidem mulier amisso cito marito a dulescentula laqueum infirmitatis sue ti

S. ii. Q. v. Consului

J. non habet discreta forma membrorum. i. vegetatum. i. ita quod crescit

J. xxxiii. Q. iii. C. Amplius. Nemo

J. c. Q. iiii. Dixerit
S. di. xl vii. C. Pptr

J. xxxiii. Q. iii. C. Amplius. Nemo
S. xxx. Q. v. Aliter

Institutionum libro .i. t. de patria potestate. Qui igitur ex te et uxore tua nascitur, in tua est potestate. Item qui ex filio tuo et uxore eius nascitur, id est nepos tuus et neptis aeque in tua potestate sunt, et pronepos et proneptis et deinceps ceteri. Qui tamen ex filia tua nascitur, in tua potestate non est, sed in patris sui.

XXXII Ancilla que peperit filios iacob mali predicatores, qui baptizando uel predicando sua pariunt deo filios et bonos et malos suscepturos partem hereditatis in terra uiuentium. Sic quondam filii ancillarum in terra promissionis. Libera significat bonos predicatores, qui similiter et mali pariunt condi[illegible] et malos filios deo. Mali non accipiunt partem hereditatis in terra uiuentium. Et hoc similiter sic carnaliter uero ca gentium [illegible].

mi incidere. Si uult nubere, nubat tantum in
domino, ut electionem mariti parentibus deferat,
ne appetitrix estimetur, auctor supra dedi
pretis suis electionem sui uindicet. Expectat
magis arbitrium uiri quam ipsa uirum expetisse uere
cundia permittat. Antequam nubat, conspectum con
iugium plus commendet uerecundia. Item Ambrosius.
Mulier si quippiam uouerit et se constrinxerit iu
ramento, que est in domo patris sui, et etate adhuc
in puellari, si cognouerit pater uotum quod polli
cita est et iuramentum quo obligauit animam suam et tacuerit, rea erit;
quicquid pollicita est et iurauit opere complebit. Si autem sta
tim ut audierit contradixerit pater, et uota et iuramenta eius
irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni eo quod
contradixerit pater. Aug. Mirum [illegible] quid in deuoto uirgini
tatis. Mulierem et uirginem in scriptura solitum appellari. Et uidetur
et apostolus de patre loqui cum dicit: Qui statuit uirginem suam
in corruptam uirginem suam. Ecce et cetera. Vidue et uirgines pro uoluntate sibi maritos eligant.

Hoc sententia confirmat consilium urbanum [illegible], quibus placuit teneant castitatem. Quod si ipsi usque perseuerent, contumeliam nubere elegerint, ut nubant quibus pro uoluntate uoluerint [nubant] habere maritos; sint uero uidue uel uirgines habeant, non extra uoluntatem parentum uel suam cogantur maritos accipere. Si quis uero propositum castitatis uidue uel uirginis impedierit, a communione et a liminibus ecclesie habeatur extraneus. Hac auctoritate euidenter asseritur, quod quamuis aliqui non filiorum procreandorum sed incontinentie causa conueniant, tamen coniuges appellantur. Tertia uero questione pelagi diffinitur sic habens potestatem de filiis suis. Arbitrium liberum non originarii patris puellam innuptam.

Puellam uero puelle ecclesie uero familiam. Sed que oportet. Autem uero liberis ortum constat esse naturalibus, ita de uirginalis electione dedictioneque patris quam patris est. Cum ius nullo [illegible] uerbum esse patrum de bonis diuinis arbitrium. Quia questione autem huic ista impossibile probatur: constituta hac legitime est copulata. Quod autem ex ancilla propter uxoris sterilitatem filios querere alicui liceat, exemplo probatur Abrahe, qui propter sterilitatem uxoris sue Sare ingressus est ad agar egyptiam uel ex ea filios accepit. Item Iacob cum ex Rachele filios haberet non posset, ex ancilla eius filios suscitauit; non solum propter sterilitatem uxoris, sed propter fecunditatem cessantem, legitur inisse ad ancillam Lie et ex ea filios genuisse. Ex quibus omnibus colligitur propter sterilitatem uxoris suam ex ancilla sua ex qualibet alia licere filios querere. Aliud

quam adulterium macula. Abraham et Iacob notabuntur. Si sibi post mortem Sare Abraham Cethuram in uxorem duxit, ne secundum Aug. [illegible] putaretur esse peccatum post mortem uxoris aliam ducere, sicut debet uiuente uxore sua filios ex ancilla suscepisse ne aliquibus reputaretur in crimen. Illud autem Aug. dicit contra aduersarium legum et prophetarum. l. ii. Quod Abraham

Iste habere accusatur crimine fornicationis, et usque ad decrepitam etatem senectutis fornicationis obicit crimen, profecto quia et post mortem Sare alteram duxit. Vbi similiter intelligentie rei addit sacramentum propheticum soli facere debuit Abraham. Ne putetur hereticus aduersus prophetam dici quibus Iulianus et aestimator assistit post uxoris mortem crimen esse ducere uxorem. Et Sacramentum uero et quod bonorum malorumque bonorum in fide generandi et per malos bonos et malos ad fidem accessuri. Vnde Aug. super Ioh. Sicut bonorum ministrio mali et boni, ita et ministerio malorum boni et mali.

Recurrat nunc animus noster ad in fide generantur, Abraham, Ysaac et Iacob. In istis tribus inuenimus parere liberas, parere ancillas. Inuenimus ibi partus liberarum, inuenimus ibi et partus ancillarum. Ancilla nichil boni significat. Eice ancillam [illegible] et filium eius. Inuenimus rem miram in istis generationibus liberarum et ancillarum. Iiii. scilicet generationes bonorum in quibus generationibus iiii. completur figura totius prophetiam. Vtique non sit mirum quod multis dictum: Ego sum deus Abraham et deus Ysaac et deus Iacob. In omnibus enim causis fratres intendite. Aliquando per malos nascuntur boni, aliquando per bonos mali; aliquando per bonos boni, aliquando per malos mali. Amplius istis iiii. generibus non potest inueniri. Inuenimus ibi bonos filios Iacob natos de ancillis et bonos filios natos de liberis. Nichil obfuit natiuitas de uentris ancillarum quando in patre cognouerunt semen suum, et consequenter regnum cum fratribus tenuerunt. Quomodo ergo in filiis Iacob non obfuit ut quod natus de ancilla quominus teneret regnum terre promissionis quod cum fratribus acceperit, nec ullum obfuit natales ancillarum, sed preualuit semen paternum. Sic quicumque per malos baptizantur tamquam de ancillis uidentur nati. Sed tamen quia ex semine uerbi dei quod significatur in Iacob, simul hereditatem cum fratribus possidebunt. Securus ergo sit quod de semine bono nascitur, tantum ne imitetur ancillam; si de ancilla nasceris, ancillam malam superbientem ne imiteris. Vnde enim filii iacob de ancillis nati possederunt terram promissionis

S. xx. ii. Q. v. puer

Hec questio non hic soluitur. Sed S. xx. Q. ii. puella

S. xxvii. Q. i. c. studuit

S. xx. Q. ii. Ille q. c. de ne[illegible]

S. xxii. Q. iii. Iure [illegible] etc.

Q. III.

S. xxx. Q. v. similiter

Q. IIII.

S. di. l. vi. [illegible]

Et liberas generaliter parentes bonos et [illegible] futuros. Et ancillas malos [illegible] significantes parentes.

S. Q. ii. [illegible]

S. i. Q. [illegible] nocere

missionis

missionis cum fratribus. Ysmahel autem de ancilla natus
expulsus est ab hereditate. Unde non qui illic
sub eis erat illi humilitas. Erexit ille cer-
vicem: voluit seducere fratrem suum ludendo cum illo.
Magnum ibi sacramentum videbatur simul et Isaac
et Ismael. Vidit illos Sara ludentes. Que autem
peperit Abel et Enoch et Noe et Abraam, ipsa pe-
perit et Moysen et prophetas, qui fuerunt posteriores ante
domini adventum. Et que istos ipsa et apostolos et mar-
tyres et omnes bonos christianos. Omnes enim peperit
qui diversis temporibus nati apparuerunt, sed socie-
tate unius populi continentur, et eiusdem civitatis
cives labores huius peregrinationis experti. Et quidam
eorum nunc experiuntur, et usque in finem ceteri
experientur. Item que peperit Cayn, et Cam, et Ismael
et Esau. Eadem ipsa peperit et Dathan et alios
in eodem populo similes, et que istos eadem ipsa et Iudam pse-
udoapostolum et Symonem magum et ceteros usque ad hoc
tempus pseudochristianos in affectione carnali per-
tinaciter obduratos, sive sint permixti in uni-
tate, sive aperta precisione disiuncti. Sed cum ta-
les a spiritualibus evangelizantur et sacramentis imbu-
untur, tamquam per se ipsam Rebecca eos parit sicut
Esau. Cum autem per illos qui non caste annunti-
ant evangelium tales in eodem populo generantur, non Sara
per se ipsam parit, sed per Agar. Item boni spirituales
quando evangelizantur vel baptizantur ab his car-
nalibus generantur, Lia quidem vel Rachel iure con-
iugali eos sed per ancillarum uterum parit. Cum vero
spirituales in evangelio generantur boni fidelesque
vel ad hoc in spiritualem affectum pietatis et eo
tendere non desistunt, vel iam inde proficiunt quia in ipsis,
sicut ex utero Sare Ysaac vel Rebecce Iacob in
novam vitam de novo nascuntur. Itaque
sive intus videantur sive aperte foris sint,
quia caro est caro est. Sive in area in sua sterilitate
perseverent, sive occasione temptationis tamquam vento
extollantur quia palea est (paleae), et semper ab illius ecclesie
que sine macula et ruga est unitate dividui
sunt, et quamvis sanctorum communione carnali obdura-
tione miscentur, de nullo tamen desperandum est, sive
qui intus tales apparent, sive qui foras manifestius
adversantur. His itaque respondetur: pro varietate
temporum varia invenitur dispensatio conditoris.
Promissum erat Abrahe quod in semine eius benedicentur
omnes gentes, promiserat quod sedaturum semen eius
terra peregrinationis sue. Cum ergo ceteris idolatria
relictis, Abraham et filios eius in peculiarem populum

dominus elegisset, ut ex multarum fecunditate
populi dei multiplicatio quereretur, quia in suc-
cessione sanguinis erat successio fidei.
Unde in lege dicebatur: Maledicta sterilis
que non reliquit semen suum super terram. Hinc et sacer-
dotibus coniugia decreta sunt, quia in succes-
sione familie successio constabat officii. Quia
vero per incarnationem Christi gratia fidei ubique dila-
tata est, nec iam dicitur dic domui Iuda et domu-
i Israel, sed euntes docete omnes gentes, et in omni gente
qui timet deum et operatur iustitiam acceptus est
illi, nec etiam omnino queritur in successione
generis, sed in perfectione vite et sinceritate
scientie, et virginitas fecunditati prefertur,
et sacerdotibus continentie castitas imperatur. Nec
ergo Abraam et Iacob deliquerunt, quod preter uxorem filios
ex ancilla quesierunt, nec illorum exemplo preter
coniugale debitum fecunditatem maluerunt aliqui
alienam querere, cum illorum coniugia nostrorum equiparent
vel preferantur virginitati, et inmoderatus usus
coniugii temporis et pro turpitudine fere imitetur for-
nicationis illius temporis. Unde Ambrosius ... depatur.

Abraam non est reus adulterii qui uxore vivente filios ex ancilla suscepit.

Dixit Sara ad Abram: Ecce conclusit me dominus ut non pariam. Ingredere ad ancillam meam, ut si
vel saltem ex ea. Et ita factum est. Sed considera primum quod Abraam ante legem Moysi et ante evange-
lium fuit. Nondum interdictum adulterium videbatur. Pena
criminis ex tempore legis est, que crimen inhibuit. Nec
ante legem ulla est rei dampnatio, sed ex lege. Non
ergo in legem commisit Abraam, sed legem prevenit.
Deus in paradiso coniugium laudaverat, non adulterium
dampnaverat. Habes habere definitionem. Secundo ancil-
la est quod non ardore aliquo vage successus libidinis,
nisi non petulantis forme captus decore an-
cille coniubio coniugalem prohabuit thorum, sed
studio querende posteritatis propagande sobolis.
Adhuc post diluvium tanta erat generis humani ...
erat et religiosis neque si non reddidisse debitum
videretur. Denique et Loth sancti filie hac causa
querende posteritatis habuerunt ne genus deficeret humanum.
Et idem privatam gratia publica culpam pretexuit.

Item Iero. **Nichil est fedius quam uxorem amare quasi adulteram.**

Origo quidem honesta erat amoris, sed magnitu-
do deformis, nichil autem interest ex qua honesta
causa quis insaniat. Unde et Sextus in sententiis: Ad-
ulter est inquit in suam uxorem amator ardentior.
In aliena quippe uxore omnis amor turpis est.

Idem in eodem. Preter legitimam uxorem quicquid committitur adulterii crimine tenetur.

Nemo sibi blandiatur de legibus hominum.
Omne stuprum adulterium est. Nec licet viro quod mulieri non licet. Eadem a viro
quam ab uxore debetur casti-
monia. Quicquid in eam que non
sit legitima uxor commissum
fuerit dampnatur adulterii
crimine. In eodem. Nulli liceat
scire mulierem preter uxorem,
idque coniugii tibi datum est ius,
ne in laqueum incidas et cum
aliena muliere delinquas. To-
lerabilius sit si latet culpa
quam si culpe usurpet auctoritatem.
Nec solum est adulterium cum
aliena peccare coniuge, sed etiam
que non habet potestatem coniugii.
Tamen locus iste docet quamvis causam esse
vel celebrati coniugii iura
temerantur et uxoris pudor
solvitur. Idque cum pertendit Abime-
lech quod uxorem esse alienam igno-
ravit, quam sororem esse vir ipse suam
dixit. Rex ei dominus: et ego cognovi
quoniam puro corde fecisti hoc et
pepercit tibi ut non peccares in me.
Propterea non sum passus te tangere
eam. Cognoscitur velum pudoris
custodemque esse coniugii dominum.
Adulterium qui perpetrat alienum thorum
polluit, et si quis fecerit cum peccare
in deum cuius legem violat, et gratiam
solvat. Et quia in deum peccat,
sacramenti celestis amittit
consortium.

S. di. lvi. c. Ysmael

C. i. accensi vel dolati ... vii. Sedem pape ... bite ... ad lucem ... ad Latinum.

I. q. i. c. Fecta

+ de. uxo. sig. In. ... xxxvi. q. i. ... e. q. vi. c. ii.

I e. q. vii. c. Sic

2

in suam nimius. Sapiens iudicio debet amare coniugem, non affectu. Non regnat in eo impetus voluntatis, nec preceps fertur ad coitum. Nichil est fedius quam uxorem amare quasi adulteram. Certe qui dicunt se causa rei publice et generis humani uxoribus iungi et filios tollere, imitentur saltim pecudes, et saltim postquam venter uxoris intumuerit, non perdant filios, nec amatores se uxoribus exhibeant, sed maritos. Idem. Virginitati castitas non prefertur coniugio Abrahe.

Quis ignorat sub alia dispensatione Dei omnes retro sanctos eiusdem fuisse meriti, cuius nunc christiani sunt? Quomodo Abraham placuit in coniugio, sic nunc virgines placent in castitate. Servivit ille legi et tempori suo; serviamus et nos legi et tempori nostro, in quos fines seculorum devenerunt. Item Aug. Sanctius est absque liberis defungi quam ex illicito concubitu stirpem querere.

Sicut sanctius est mori fame quam ydolothitis vesci, ita sanctius est defungi sine liberis, quam ex illicito concubitu querere stirpem. Verumtamen quicumque hinc nascantur homines, si parentum vitia non sectentur, et Deum recte colant, honesti et salvi erunt. Semen enim hominis ex qualicumque homine Dei creatura est, et eo male utentibus male erit, non ipsum aliquando malum erit. Item Ambr. de sancto Iobe qui sic incipit: Diximus superiori dominica.

Dicat aliquis: uxorem non habeo. Ex ancilla filii non sunt heredes. Ideo ancillam mihi associavi. Audi quid dicat scriptura ad Abraham: Eice ancillam et filium eius; non enim heres erit filius ancille cum filio libere. Si ergo ancille filii heredes non sunt, ergo nec filii sunt. Cur autem queris tale coniugium de quo suscepti filii non successionis participes esse, heredes non sanguinis? Non habent prerogativam hereditatis consortium, qui non habent originis privilegium. Cur igitur queris tale coniugium de quo nati filii non sint testes matrimonii, sed adulterii? Cur huiusmodi suscipiunt adulterium, quod patri pudoris sit, non honoris? Dicit scriptura: Adulterorum filii etc. Mulier que ita sit alligata moribus, perdita est, ut mereatur consortium, mereatur et nomen uxoris. Pro concubine etiam libertatem et nomen uxoris, ne tu a viro fis potius quam maritus. Item Aug. ad Claudium contra Iulianum l. v. Adulteria non sunt facienda voluntate filios generandi.

Sicut non sunt facienda adulteria voluntate filios generandi, quamvis adulteria et voluntate filios generandi, quemadmodum non furta sunt facienda in voluntate pascendi pauperes sanctos, quamvis faciendum non furta perpetrando, sed faciendum sibi amicos de mammona iniquitatis.

Ecce quemadmodum nullo modo licet alicui vivente uxore sua ex ancilla vel ex alia quolibet filios querere, qui susceptione filiorum non iudicantur indigni.

Simplex in fornicatione sacra scriptura prohibet. Unde Aug. in questionibus Deuteronomii. Illicitus concubitus et omnis non legitimus usus illorum membrorum nomine mechie intelligitur.

Meretrices esse et ad meretrices accedere prohibuit Dominus, cum precepta daret post decem precepta. In decalogo autem mechie nomine non videtur hoc prohibuisse, quam mechiam non nisi adulterium intelligi soleat. Idem super Exodum. Omnis mechia in scripturis fornicatio dicitur. Sed utrum omnis fornicatio mechia dici possit, in eisdem scripturis non michi interim locutionis exemplum occurrit. Si enim omnis fornicatio non mechia dici non potest, ubi sit in decalogo prohibita illa fornicatio quam faciunt qui uxores non habent cum feminis que viros non habent, invenire non possum. Si autem furti nomine bene intelligitur omnis illicita usurpatio rei aliene (non enim rapinam permisit qui furtum prohibuit, sed utique a parte totum intelligi voluit quicquid illicite rerum proximi aufertur), profecto nomine mechie omnis illicitus concubitus atque illorum membrorum non legitimus usus prohibitus debet intelligi.

Item Ier. Extraordinaria voluptas etiam in uxore damnatur.

Sed et fornicator dicitur contra naturam luxuria et immunditia appellatur. Maioris est criminis, si quis tollit membra Christi et facit membra meretricis. Erit quippe duo in carne una. Qui non est fidelis non credit in Christo. Fornicatio infidelis in fornicatione sua utrum violet aut edificet templum ydolo, nescio. Prima quippe et maxime demones colunt. Verumtamen scio quia qui post fidem Christi fornicatur, violat templum Dei. Secundum apostolum immunditia carnis nuncupatur, et ea comes luxurie sequitur. Quod enim in veteri lege de nefandis criminibus que in occulto geruntur, nominare tempus sit ne et dicentis os et aures audientium polluerent. Generaliter scriptura complexa dicens: verecundo vel ut(?) entes facite filios Israel ab omni immunditia. Sed in hoc loco certas extraordinarias voluptates, ipsarum quoque opera nuptiarum, si non verecundia et cum honestate, quasi sub oculis Dei fiunt, ut tantum liberis serviatur, immunditiam et luxuriam nominavit. Item Greg. Inmoderatus usus mulierum Salomonem ad ydolatriam traxit.

Salomon quippe inmoderato usu atque assiduitate mulierum ad hoc usque perductus est, ut templum ydolis fabricaret. Et qui prius Deo templum construxerat, assiduitate libidinis in perfidiam subtractus, ydolis construere templa non timuit. Item Ier. Liberorum procreatio in matrimonio laudatur, meretricia voluptas in uxore dampnatur.

Liberorum generationem in matrimonio opera concessas(?). dampnat.

E quod est cum aliis sic est accensus libidine, ut cum aliena agitur.

Item Aug. Patriarche non concupiscentia explende libidinis, sed causa nuptiis plures plures uxores habuerunt.

Obiciunt Iacob IIII uxores. Qui quando moris erat, crimen non erat. Sic patriarche coniugibus excipientibus semen suum miscebantur, non concupiscentia perficiende voluptatis, sed providentia propagande successionis. Sic apostoli auditoribus admirantibus doctrina sua condelectabantur, non aviditate consequende laudis, sed caritate seminande veritatis.

S. p. i. a. IIII. non erat.
S. p. i. di. LVI. aug. Cap. II.
S. c. II. q. II. Non omnis
S. di. LVI. C. ut g.
S. XXVIII. C. III.
S. XIIII. q. V. Fonte
S. XIIII. q. III. Penales
S. XXXV. q. III. C. Ext. ord.

voluptates autem que de meretricum capiuntur amplexibus, in uxore dampnate sunt.

C. Hi autem naturales dicuntur filii, qui suorum parentum sequuntur. qui ex libero et ancilla nascuntur. Ysidorus ethimologiarum l. viiii. determinat. **Qui sunt liberi et qua conditione**

Liberi dicti sunt, qui ex **sequitur partum.** libero matrimonio sunt orti. Nam filii ex libero et ancilla servilis conditionis sunt. Semper enim qui nascitur deteriorem partem sumit. Naturales autem filii dicuntur ingenuarum concubinarum filii, quos sola natura genuit, non honestas coniugii. Hi vero qui non sunt de legittimo coniugio, matrem potius quam patrem sequuntur.

C. Quod autem pudicitia violenter eripi non possit, multorum auctoritatibus probatur. Est enim virtus animi que violentiam non sentit. Corpori namque vis infertur, non animo. Unde quamvis corpus violenter corrumpatur, si pudicitia mentis servetur illesa, tamen castitas duplicatur. Sicut beata Lucia fertur dixisse Pascasio. Si invitam me feceris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam. De sensibus enim et voluptatibus deus iudicat. Hinc Ambrosius scribit .v. de virginibus. **Melior est virginitas animi quam corporis.**

mutaret intellectum eius. aut ne fictio deciperet animam illius. Cur ergo habent tam magnum beneficium alius datur alius non datur. apud quem non est iniquitas nec acceptio personarum et in cuius potestate est quamdiu quisque in hac vita maneat quae temptatio dicta est super terram. Sicut ergo coguntur fateri donum dei esse. ut finiat homo vitam istam antequam ex bono mutetur in malum. Cur autem id aliis donetur aliis non donetur ignorant. Ita donum dei esse in bono perseverantiam secundum scripturas de quibus testimonia multa iam posui fateantur nobiscum. et cur aliis detur aliis non detur sine murmure adversus deum dignentur ignorare nobiscum. Nec nos moveat quod filiis suis quibusdam deus non dat istam perseverantiam. absit enim ut ita esset. si de illis praedestinatis essent. et secundum propositum vocatis qui vere sunt filii promissionis. Nam isti cum pie vivunt. dicuntur filii dei. sed quoniam victuri sunt impie. et in eadem impietate morituri. non eos dicit filios. praescientia dei. sunt enim filii dei qui nondum sunt nobis. et sunt iam deo. De quibus evangelista iohannes ait. Quia ihesus erat moriturus pro gente. et non tantum pro gente sed et ut filios dei dispersos congregaret in unum. quod utique credendo futuri erant per evangelii praedicationem. et tamen antequam esset factum. iam filii dei erant. In memoria enim erant conscripti patris sui inconcussa stabilitate. Et sunt rursus quidam qui filii dei propter susceptam vel temporaliter gratiam dicuntur a nobis. nec sunt tamen deo. De quibus idem iohannes ait. Ex nobis exierunt sed non erant ex nobis. Quod si fuissent ex nobis mansissent utique nobiscum. Non ait ex nobis exierunt sed quia non manserunt nobiscum iam non sunt ex nobis. verum ait ex nobis exierunt sed non erant ex nobis. hoc est quando videbantur in nobis non erant ex nobis. Et tamquam ei diceretur. unde id ostendis. Quod si fuissent inquit ex nobis permansissent utique nobiscum. filiorum dei vox est. Iohannes loquitur in filiis dei loco praecipuo constitutus. Cum ergo filii dei dicunt de his qui perseverantiam non habuerunt exierunt ex nobis sed non erant ex nobis. Et addunt quod si fuissent ex nobis permansissent utique nobiscum. Quid aliud dicunt nisi non erant filii dei et quando erant in professione et nomine filiorum. Non quia iustitiam simulaverunt sed quia in ea non permanserunt. Neque enim ait. Nam si fuissent ex nobis. veram non fictam iustitiam tenuissent utique nobiscum. in bono illos volebat permanere. Erant utique in bono. sed quia in eo non permanserunt. id est usque in finem non perseveraverunt non erant inquit ex nobis. et quando erant nobiscum. hoc est non erant ex numero filiorum et quando erant in fide filiorum. quoniam qui vere filii sunt praesciti et praedestinati sunt conformes imaginis filii dei et secundum propositum vocati sunt ut electi essent. Non enim perit filius promissionis sed filius perditionis.

Fuerunt ergo isti ex multitudine vocatorum. ex electorum autem paucitate non fuerunt. Non ergo filiis suis praedestinatis deus perseverantiam non dedit. haberent enim eam si in eo filiorum numero essent. Et quid haberent quod non accepissent secundum apostolicam veramque sententiam. ac per hoc tales filii filio christo darentur quemadmodum ipse dicit ad patrem. ut omne quod dedisti mihi non pereat. sed habeat vitam aeternam. Hi ergo christo intelliguntur dari qui ordinati sunt in vitam aeternam. Ipsi sunt praedestinati et secundum propositum vocati quorum nullus perit. ac per hoc nullus eorum ex bono in malum mutatus finit hanc vitam. Quoniam sic est ordinatus et ideo christo datus ut non pereat sed habeat vitam aeternam. Et rursus quos dicimus inimicos eius vel parvulos eius filios inimicorum eius quoscumque eorum sic regeneraturus est ut in ea fide quae per dilectionem operatur hanc vitam finiant. Iam tamquam fiat hoc in illa praedestinatione filii sunt eius. et dati sunt christo filio eius ut non pereant sed habeant vitam aeternam. Denique ipse salvator. Si manseritis inquit in verbo meo. v. d. m. e. Numquid ibi computandi sunt illi de quibus evangelium sic loquitur. ubi dominus cum commendasset manducandam carnem suam et bibendum sanguinem suum. ait evangelista. Haec dixit in synagoga docens in capharnaum. Multi ergo audientes ex discipulis eius dixerunt. Durus est hic sermo. quis potest eum audire. Sciens autem ihesus apud semetipsum quia murmurabant de hoc discipuli eius. dixit eis. Hoc vos scandalizat. Si ergo videritis filium hominis ascendentem ubi erat prius. Spiritus est qui vivificat. caro autem non prodest quicquam. Verba quae ego locutus sum vobis spiritus et vita sunt. sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. Sciebat enim ab initio ihesus qui essent credentes. et quis esset traditurus eum. et dicebat. propterea dixi vobis quia nemo venit ad me nisi ei fuerit datum a patre meo. Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro. et iam cum illo non ambulabant. Numquid non et isti discipuli appellati sunt loquente evangelio. et tamen non erant vere discipuli. quia non manserunt in verbo eius secundum id quod ait. Si manseritis in verbo meo vere discipuli mei eritis. Quia ergo non habuerunt perseverantiam. sicut non vere discipuli christi. ita nec filii dei vere fuerunt. et quando esse videbantur et ita vocabantur. Appellamus ergo nos electos et christi discipulos et dei filios quia appellandi sunt quos re

⊕ Sed si fuissent inquit ex nobis permansissent utique nobiscum.

gnitos prescivit eternum. Sic et tunc vere sancti ap-
pellantur si manserint in eo propter quod sic appel-
lantur. Si autem perseverantiam non habent .i. in eo quod ce-
perunt non manent non vere appellantur propter quod appellantur
et non sunt. Apud eum enim hoc non sunt cui notum est quod futuri sunt .i.
ex bonis mali. Firmis huius auctoritatis sententie
concordat qui peccata dicunt remitti secundum
iustitiam non secundum prescientiam. Alii vero quamvis fateantur peccata
redire, tamen seu per baptismum seu per penitentiam asserunt omnia peccata
remitti, et plena fide accedentem ad lavacrum re-
nasci non aqua tantum sed etiam spiritu sancto et ipsa peccata
remissa sit. Deinde penitentem et si aliquando recasurus sit tamen
tempore sue penitentie ita perfecte expiatum affirmant ut si
tunc moreretur salutem inveniret eternam. Quorum
sententie eidem auctoritatis principium contradicit. Cum
questionem ponat quare prescitos ad mortem cum fide et
pie vixerint non tunc deus de huius periculis rapuit
ne malitia mutaret intellectum eorum et ne fictio
deciperet animas eorum. Cum de immatura morte
predestinati scriptura dicat: Raptus est ne malitia mutaret intellectum
eius et ne fictio deciperet animam illius. Evidenter ostendit illos tales fu-
isse quibus fatali necessitate huius vite subduci
erant pie cum perfecto vivendi consecuti erant eternam vitam
quod finis principio conveniat. Et ne si ipsi contra videatur
diffiniendum est quid sit secundum in libro vite et de eo
de deleri. Secundum iustitiam quos presciam. Secundum prescientiam
scribi est ad vitam preordinari quod ab eterno factum est. Unde
apostolus ad Ephesios: Benedictus deus et pater domini nostri ihesu christi qui
benedixit nos in omni benedictione spirituali in celesti-
bus in christo ihesu. Sicut elegit nos in ipso ante constitutionem mun-
di ut essemus sancti et immaculati in conspectu eius in caritate. Qui predestinavit
nos in adoptionem filiorum per ihesum christum.

Similiter secundum prescientiam deleri est ad mortem non ad vitam prescitum
quod et ipsum ab eterno factum est. Unde dominus ierusalem: Quod credit
in me habet vitam eternam. Qui autem non credit iam iudicatus est. Hinc
et augustinus ait: Novit dominus qui sunt eius. Ex his nemo
seducitur non dum apparuit iudicium sed iam factum est.

Porro secundum iustitiam scribi est deo auctore ea operari quorum
merito sit dignus eterna salute. Hunc duplicem
scribendi modum evangelio deus assignavit dicens discipulis:
In domo patris mei mansiones multe sunt. Si quo minus dixissem
vobis quia vado parare vobis locum. Et si abiero et preparavero vobis locum, iterum venio et accipiam
vos ad me ipsum ut ubi sum ego et vos sitis. Dicens in domo pa-
tris mei mansiones multe esse. Si quo minus dixissem vobis quia
vado parare vobis locum ostendit eos quibus loquebatur
scriptos in libro vite predestinatione subiciens. Si abi-
ero et preparavero vobis locum et cetera ostendit illos adhuc
esse scribendos operatione. Hinc et augustinus in eodem lo-
co explanatione ait: In domo patris mei mansiones multe
sunt. Domus dei templum dei regnum celorum sunt homines
iusti in quibus sunt multe differentie et hec sunt mansiones
templi illius domus. Hee autem iam parate sunt in predestinatione
sicut ait apostolus: Qui elegit nos ante constitutionem mun-
di. Predestinatione paranda autem in operatione.
Unde quos predestinavit hos et vocavit, quod dicitur: Fecit deus
que futura sunt .i. que facturus erat. Et infra: Si quo minus
confirmare esse quamvis non esse dixisset: Ibo et parabo .i. pre-
destinabo. Sic quibus sunt non est operatio aliqua parte. Quia
vero non dum sunt in operatione addit: Et si abiero et preparavero
abiens futurum eum in quis. Parat quia subtrahit se
ut lateat ut sit fides que non est de visu. Et in est meritum
fidei. Ex hac vivit iustus et mundat ei cor dum
peregrinatur in eadem fide iustificans. Et quod non dum habet et he
preparatio mansionis. Qua sic parat nos sibi et se no-
bis ut maneat in nobis et nos in eo quantum quisque
erit particeps eius plus vel minus pro diversitate meri-
torum et hec est multitudo mansionum.

Secundum iustitiam deleri quia gratia subtracta ea opera
permittitur quibus eternam damnationem meretur. Hinc
propheta loquens expostulat: Deleantur de libro viventium
hoc est subtrahatur eis gratia que subtracta ruunt in profundum
vitiorum. Deinde in eternam damnationem precipitentur
et cum iustis non scribantur .i. non apponatur eis gratia qua
fiant digni eterna salute. Sic igitur peccata secundum prescientiam
remittuntur cum ab eterno gratia reparatur qua vocatus iu-
sticetur iustificatus tandem eternaliter glorificetur. Secundum
iustitiam vero peccata remittuntur cum vel per baptismum plena fi-
de accipitur vel per toto corde celebratur. Que remissio
utraque secundum prescientiam non in eundem fieri dicitur. Unde ex
premissa auctoritate apostoli datur intelligi duas esse
preordinationes, unam qua quisque preordinatur ad
vitam et remissionem peccatorum percipiendam. Aliam qua
aliquis predestinatur ad vitam eternam in futuro opti-
nendam. Harum effectus sunt presens iustificatio et futura
glorificatio. Quas in premissa auctoritate continentur
distinguuntur. Prima enim predestinatio qua quis preordi-
natur ad presentem iustitiam designatur dum dicitur: Sicut e-
legit nos ante mundi constitutionem et cetera. Cuius ef-
fectus infra supponitur: In qua gratificavit nos in dile-
cto filio suo et cetera. Secunda preordinatio ubi ostendi-
tur qui predestinavit nos in adoptionem filiorum et cetera.
Effectus eius premittitur dum dicitur: qui benedixit nos in omni bene-
dictione spirituali et cetera. Hee due preordinationes et earum
effectus ita se habent ut prima et eius effectus non precedant
lege consequentia inferantur. Sed enim est aliquis preordi-
natus ad vitam consequenter infertur quod est predestinatus ad

iustitiam. et sic consequuntur vitam aeternam. quae est consecutiva iustitiam sed non consummantur. Unde sunt multi participes primae praeordinationis [illegible] rei effectus. ad quos non rei effectus minime pertinent probantur. Iuxta hanc distinctionem intelligenda est auctoritas illa Iohannis: Ex nobis exierunt sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis mansissent utique nobiscum. Ex nobis inquit exierunt, id est a nostra societate recesserunt, quia primae praeordinationis rei effectus nobiscum participes erant. Sed non erant ex nobis, id est secundae praedestinationis rei effectus societatem nobiscum non inierant. Quod ex eo videtur patere quia si fuissent ex nobis, id est illius praeordinationis participes nobiscum essent, mansissent utique nobiscum, id est a societate illius effectus praeordinationis quam nobiscum contraxerant non recessissent. Si enim ad secundam praeordinationem utrumque referretur, non conveniret illud inferre: mansissent utique, immo coepissent nobiscum esse. Secundum vero primam falsa esset propositio: Si fuissent ex nobis etc. Multi enim per fidem iustitiae et sanctitatis participes fiunt, qui tamen in ea non perseverant. Unde dominus in evangelio: Non ait qui coeperit, sed qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Hanc societatem si quis solo nomine et professione, non autem rei veritate, [illegible] dicatur habere, eiusdem auctoritatis testimonio convincitur. De his enim quod primae non secundae praeordinationis sint participes ait. Nec nos moveat quod filiis suis quibusdam deus non dat istam perseverantiam. Absit enim ut ita sit si de praedestinatis essent etc., qui in eadem auctoritate subsequuntur. Oves enim magis de quibus dominus in evangelio ait: et alias oves habeo quae non sunt ex hoc ovili; et filii de quibus Iohannes ait: ut filios dei qui erant dispersi congregaret in unum. Ita praescientia erant oves et filii, ubi qualitate praesentium non spectata tamen. Sicut et [illegible] filii [illegible] praedestinationis aeternae. Unde apostolus non ait: Ut videbam esse fratrem inquit et non nostra filii iure. Nec ait: Reputabamini ab hominibus sicut fuistis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino. De se quoque sic beatus apostolus ad Timotheum non ait videbar, sed fui persecutor et blasphemus et contumeliosus. Nunc autem sunt in aeternum consecuti. Omnes quidem mortales renascuntur et quia eius sanguine a diabolo redimuntur. Omnes ex Adam peccatores nascuntur et diabolicae servituti obnoxii. Sic ergo isti quamvis sint futuri filii dei, tamen prius sunt filii diaboli. Sicut hi de quibus Iohannes habet, quia si recedunt ideo aeterna sunt futuri filii perditionis aeternae. Tamen cum pie et fideliter vivunt, vere sunt filii dei et iusti et aeterna beatitudine digni. Unde auctoritas non ait: cum vivunt pie et fideliter vivere, sicut pie et fideliter viveret. Ne vitam tantum a bono in malum commutarint, quamvis aliquando boni fuerint. Dominus quoque non ait per Ezechielem: Si averterit se iustus a iustitia quam videbatur habere, sicut sua quam scilicet [illegible]. Quidam autem eadem auctoritate sequuntur fuerant in numero filiorum qui non erant in professione filiorum. Ita intelligendum est.

Filii dei duobus modis appellantur. Dicuntur filii dei participatione beatitudinis aeternae, sicut Iohannes ait in evangelio: Quotquot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri. Et apostolus in epistola ad Romanos: Expectatio creaturae revelationem filiorum dei expectat. Et infra: Ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriae filiorum dei. Et infra: Ipsi nos intra nos gemimus adoptionem filiorum dei expectantes. Hinc etiam Augustinus eadem verba apostoli exponens ait: Omnis tamen creatura cum nondum filiorum forma perfecta. Et hoc ergo modo non sunt filii nisi participes beatitudinis aeternae. In praesenti autem dicuntur filii tribus modis: scilicet praedestinatione tantum, sicut hi de quibus Iohannes ait: ut filios dei qui erant dispersi etc. Vel praedestinatione et spe aeternae beatitudinis, sicut illi quibus dominus ait: Filioli adhuc modicum vobiscum sum. Vel merito fidei et praesentis iustitiae, non tamen praedestinatione claritatis aeternae, sicut hi de quibus dominus ait: Si dereliquerint filii eius legem meam et in iudiciis meis non ambulaverint etc. Huiusmodi de quibus dominus in praesenti ait filii sunt merito fidei et praesentis iustitiae, non autem sunt filii adoptionis aeternae. Qui ergo peccata dimissa redire fatentur, et iustitiam non perseverantiam quae ea dimittenti necesse est ut conferant, sic salvandis peccata et iniquitatem ad aeternam damnationem imputant, non perseverantiam, quae ubi a bono in malum deficientibus singula replicabuntur ad supplicium, et his usque in finem perseverantibus in bono nulla imputabuntur ad poenam. Qui autem dicunt quod peccata dimissa redeant, auctoritate Gregorii et aliorum firmitatem suam affirmare conantur. Ait enim Gregorius in moralibus libro xxv: Quod dicitur quia reddit iniquitatem patrum in filios ac nepotibus, peccatum scilicet originale a patribus trahimus, quod nisi per gratiam baptismi solvamus, etiam parentum culpam portamus, quia unum cum illis sumus. Reddit iniquitatem patrum in filios, dum pro culpa parentis originali peccato anima prolis polluitur. Et rursus non reddit iniquitatem patrum in filios, quia cum ab originali culpa per baptismum liberamur, non iam parentum culpam, sed quas ipsi committimus habemus. Item inferius post pauca: Qui recedit a domino et alienus a gratia finit hanc vitam, quod in perditionem vadit, sed tamen in ideo quod remissum est recedit, non in originali peccato damnabitur, quia tamen ea morte afficitur quae ei prius dimissa debebatur.

Firmis his auctoritatibus principio contrarie videtur. Neque enim aliud est peccata dimissa redire vel in originali peccato damnari quam poenam peccato debitam post eius remissionem excipere. Auctoritates vero istas

assertores huius sententie ita determinant: peccata dimissa redire dicunt, quia quicumque post acceptam remissionem ad vomitum redierit, tanto gravius punietur quanto magis benignitate dei abusus singulorum remissionem acceptam ingratus extitit. Verum illa sententia favorabilior videtur, que pluribus roboratur auctoritatibus et rationi conditione firmatur. Ut enim dominus ait per Ezechielem: Si autem averterit se iustus a iustitia sua et fecerit iniquitatem secundum omnes abhominationes quas operari solet impius, numquid vivet? Omnes iustitie eius quas fecerat non recordabuntur; in peccato suo morietur, et non erit in memoria iustitie eius quas fecit. Item Gregorius in eiusdem loci explanatione: Hic nobis considerandum est maxime, quia cum mala committimus, sine causa bona nostra transacta revocamus, quoniam in perpetratione malorum nulla debet esse fiducia bonorum preteritorum. Item: Depulso quippe seculo alium ex eo aliud mittitur, qui ut discite mites mercedem quam ex bono acquisierant aspernunt, quod ex malo opere perdiderunt. Item Petrus in epistola II: Si refugientes coinquinationes mundi in cognitione domini nostri Ihesu Christi et salvatoris, his rursus implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis viam veritatis non cognoscere quam post cognitionem retrorsum converti ab eo quod illis traditum est sancto mandato. Paulus quoque scribens ad Hebreos ait: Intermittentes sermonem inchoationis Christi feramur ad perfectionem, non rursus iacientes fundamentum penitentie ab operibus mortuis.

Melius esset viam non agnoscere quam post cognitionem retro abire.

Mortuorum opera vel priora bona significat que per sequens peccatum erant mortua, que huic peccato post ea bona irrita fecerit. hic peccato fiunt irrita, ita per penitentiam reviviscunt et ad meritum eterne beatitudinis singula prodesse incipiunt que illa quoque peccatis inveniuntur admixta. Unde Augustinus ... in eodem etc. Et Ieronimus: Nemini dubium etc. Apostolus in epistola ad Hebreos: Cum fide et dilectione et bona opera eorum ... commemorat, horum omnium mercedem quam peccando amiserat per penitentiam a domino eos recepturos ostendit. Porro quod per prophetam dixit: Si autem averterit se iustus a iustitia sua etc., ipse per eundem prophetam premisit dicens: Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis que operatus est et custodierit omnia precepta mea et fecerit iustitiam et iudicium, vita vivet et non morietur. Omnium iniquitatum eius non recordabor; in iustitia sua quam operatus est vivet.

Singula bona prodesse ad meritum eterne beatitudinis.

Filius quoque Israel passi Syrios captivandus ut vetus ydolatrie peccatum posset dominus imputare, ut peccatum quod in Moyse supplicante patribus fuerat dimissum hoc ostendit in filiis reduxisse dicens: Ve eis quoniam recesserunt a me; vastabuntur quia prevaricati sunt in me. Ego [illegible] redemi eos, et ipsi locuti sunt in me ...... mendacia, et non clamaverunt ad me in corde suo, sed ululabant in cubilibus suis. Super triticum et vinum ruminabant, et recesserunt a me. Et ego erudivi eos et confortavi brachia eorum, et in me cogitaverunt malitiam. Reversi sunt ut essent absque iugo; facti sunt quasi arcus dolosus. Cadent in gladio principes eorum a furore lingue sue.

Ecce antiqua peccata parentum filiis imputat sermo divinus, et propterea principes eorum in gladio casuros predicit. Scriptum et propterea hoc dominus se facere ostendit dicens: Ne forte dicant in cordibus suis omnem malitiam eorum me recordatum. Nunc circumdederunt eos adinventiones sue; coram facie mea facte sunt. Ieronimus: Cum impuri antea nec cogitaverunt quod pro veteribus peccatis patrum punirentur, eo non cogitaverunt, i. in presentiarum pro malitiis suis quasi in vinere circumdati sunt peccatis, et mala eorum sic putaverunt non posse me latere, sed postquam ipsi adinventiones apertas coram facie mea quod omnibus clare videret. Idem: Hinc etiam non possumus vitia peccati condemnari causam, cum antiquis operibus novam addiderunt impietatem et suis ligantur peccatis et eadem celare se putant, oculos eius vitare non possunt, quia vultus domini super facientes mala. Item Gregorius: Divina clementia dimissa peccati ultione cultius redire non patitur.

Sed his auctoritatibus docetur filii ab originali peccato expiati non ideo puniendi quia parentes peccaverunt, sed ideo peccata patrum in eos redire quia eorum culpam secuntur. Sic vero bona que peccato moriuntur non ipsi eam ad premium quia facta sunt, sed quia per penitentiam reviviscunt. Talem etiam illud Augustini sermonum: Si vivas tamen adoptionem etc. Sic et illud Gregorii in moralibus intelligitur: Quid est quod dicitur reddis iniquitatem patrum etc. Illis namque parentum iniquitas redditur qui per propria puniuntur quia in radice extrahere amaritudinem peccati. Illis namque non redditur in quibus merito sue iniquitatis reviviscit peccatum parentum. Sic ergo bona que peccato moriuntur per penitentiam reviviscunt ad premium; sic et mala que penitentia delentur reviviscunt ad supplicium. Unde propheta ex persona penitentis deplorat dicens: Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee, i. plage post baptismum sanate. Hic tamen propheta quasi fide et sacramento circumcisionis ab originali peccato

se mundatū cognoscet. tn̄ adultio dhōici
dio q̄ cōmiserat illud reuixisse intelligās
n̄ sim̄ cā int̄ ip̄m consituet̄ ⁊ dic̄. Ecce enim
in iniquitatib; ꝯcept̄ sum ⁊c̄. In penitentia
aū q̄ pecc̄orem cōsid̄are op̄tet. Aug̃ insᷓ dep̄ do
cet dicens. Consid̄ret q̄litatē c̄rimis. in loco
in tp̄e. in p̄seuātia in uarietate p̄s. ⁊ q̄li
b; fecit tēptatione. ⁊ in ip̄ius uitii m̄t̄apli
ci execuᷓoē. Op̄tet eni fornicantē penitē
ꝯ excellentiā sui stat̄. aū officii. aūs modū
meretīs. aū in m̄ opis sui. ⁊ q̄lit̄ tp̄ tu dimē
suā p̄egit si in loco s̄c̄o. aū cui debuit ex
cellentiā fidi. Vt fuit dom̄ dn̄orū ⁊ aliorū
m̄torū. si in tp̄e oron̄ cōstituto ū festiui
tates s̄corū ⁊ tp̄a ieiuniorū. sideat q̄ntū p̄se
uāuit. ⁊ defleat q̄ p̄seuānt̄ peccaū. ⁊ q̄nta
uictus in pugnatione fuit. Sunt qui n̄ so
lū n̄ uincunt̄ s; ultro se pecc̄ō offer̄. n̄ expec
tāt tēptationē s; p̄ueniūt uoluptatē.
⁊ p̄tractet secū quā multiplici actione uitii
delectabilit̄ peccauit. Omīs ista uaīetas
cōsitēda ē ⁊ deflenda ū cū cognouit q̄ pecc̄m
ē multū. cito inuēniat dn̄ p̄picīū. In co
gnoscendo augm̄tū pecc̄i inueniat se cuius
etatis fuit. cuius sapiē ⁊ ordinis. ⁊ statū oē
altīus n̄ peccantis. In moreret̄ in singlis istis
⁊ sentiat modū c̄rimis. purgans lacrimis oē
q̄litatē c̄rimis. defleat uirtutē quā intim
caruit. dol̄ n̄ dū enim ē ⁊ dolore purgandū
n̄ solū quia peccauit. s; q̄ se uirtute p̄uauit.
Nam licet sp̄et cōsecuturū ueniā: dolere tn̄
p̄ q̄ n̄ p̄meruit uīn remunaāri cōfidat. An
xiet̄ ⁊ doleat q̄ m̄ effugiens dep̄ititus penā:
miser n̄ in̄ expectet ueniā glīe. cū oē tp̄s q̄ntup̄s
breuissimū ē. Debuit decētauisse ad cōsequendū
p̄mīū. defleat ⁊ q̄m offendens in uno fact̄
ē oīm̄ū reus. Ingratus eni exstitit qui plen̄
uirtutib; dn̄m n̄ oīo timuit. In h̄ ħ quisq;
pecc̄or fit culpabilior. q̄ do acceptior est.
Ideo eni adā plus peccauit q̄ oī bono abūdauit.
⁊ aliorū offendens in uno. f. e. o. r. q̄ oīs
ūt pati̇ decim̄tū ab uno uitio. Nā si quis
cadit in auaritiā: largitatē destruit ⁊ casti
tatē minorauit. Amore ħ pecc̄ē l̄ uiolarī
castitatē l̄ saltē minꝰ amaret. Si ħ tanta p̄p
dn̄ adhuc castitas inē. ū uoluit ei p̄p̄e. tn̄
saltē minori gaudio. minori affectioē
tueatur eā. ubi undi tn̄ p̄cede dāpnū pecunie.

Si oq; ī maliuis q̄ t̄sin̄ expellant̄. tn̄ p̄ceptioē
in uiis uitii l̄ satis l̄ parū minuit̄. l̄ in totū oē
detiorātur. Vn̄ oīs uirtꝰ aliq̄ c̄rimine de
struida. ⁊ de oīb; indulgentia ē petenda. Aīi
ad uirtē ī op̄tet. ⁊ aīa ad uirtū n̄ do desit ē aīa p̄xi
mi quā fornicator dēcipiunt l̄ ereptā in
malo cōfirmauit. ⁊ q̄ exēplū mali extitit
in op̄atione sui c̄rimis. cui mag̃ p̄fuisse
si aliusc̄ā fuisset cōuersionis. Gemat itaq; alior̄
uitā in sua correctā l̄ corruptā cōsuiatur. ⁊ cō
modū p̄ximi q̄ dedisset exēplo boni: doleat
destitutā q̄ bonis peccando multis. ⁊ dele
ctatā quā eis n̄ adhibuit. ⁊ n̄ solū cogitet q̄
⁊ q̄lit̄ fecit. s; q̄ m̄tē dn̄m ū dixit m̄ peccādo
offendit. timeat illā uitatis sententiā. n̄ po.
duob; dn̄is s̄uire. Timeat g̃ ne oīa boā q̄
fec̄ dū in uno pecc̄o p̄seuāuit ex oī cōe ma
li p̄didit. ū qui s̄uit diabolo p̄m̄. dn̄ q̄ s̄
op̄tulit amiserit ūtutes; p̄ui tn̄ ē c̄dē ut
recepta gr̄a dī q̄ ī eo destruit mala. p̄ora
⁊ remunerat̄ boā. ū cū destruxit q̄ suū n̄ iuen̄
aīn ⁊ diligat domū q̄ tn̄ peccante dāp
nauit. In oīb; doles aū sc̄m delinq̄t. ā
sabulū illa q̄ sine admixtioē mali n̄ s̄ aministta
ū mercatura ⁊ militia. ⁊ alia q̄ utentib; s̄t
nociua. ū administratioīs s̄cl̄arīū potestatū
n̄ bis uitat̄ ex obediente licita. ponat se oīo
in potestate iudicis in iudicio sacerdotis:
nichil s̄ res̄uans sui. ū oīa eo iubente pat̄
sit facē. p̄ recipienda uita aīe q̄cq; facere
cōpeuitanda cō poīs morte. ⁊ h̄ cū desidio q̄
uitā recupat infirmā ū dr̄. Cū gaudio ħ
facē debi in mortal̄ futur̄. q̄ facē p̄chiffen
da morte moritur. Sēp depcet̄ dn̄ certꝰ
de uenia q̄ oīb; moīs ⁊ sin̄ tecdio dubius
rogaret ēternā potestatē. abstineat a m̄l̄
tis licitis. qui in libertatē arbitrii cōmisit
illicita semp offerat dō m̄tē ⁊ cordis cōtritioē.
Deīn ⁊ q̄ p̄ de possessione. tuc q̄ offert secu
r offerat. Respex ħ dn̄s ad abel ⁊ ad munā ei.
S; ip̄s dicat ad abel q̄ ad munā. Sumēs ħ
m̄tē q̄ cogitat humilē ⁊ puā. remunerāū
ei largitatis munā. Ad cayn aū n̄ respex
neq; ad eī munā. m̄tē ei q̄ uiderat q̄m n̄
cogitat. eī munā n̄ recep. In iudicio s̄q;
cōdis cōsidāda ē elemosina tribuentis. In
tn̄ cōsidandū ē q̄ntū. s; q̄ m̄tē q̄ affectioē
dat q̄ p̄. Vidua ħ q̄ duob; habet minutis

larga plus omnibus posuit. Quicumque vult peccata sua redimere temporalium rerum oblatione, caveat prius offerat mentem. Cautus sit ne verecundia ductus dividat apud se confessionem, ut diversa diversis velit sacerdotibus manifestare. Quedam enim celant que aliis manifestanda conservant, quod est se laudare, et ad ypocrisim tendere, et semper venia carere, quam per frusta totam putat invenire. Paveat peccata que iam delectent. Non prius ad dominicum corpus accedat quam confortet bona conscientia. Sed in hac separatione tremendum iudicium cogitet, ut maiori tribulationibus impenitentes separabit in ignem. Doleat quod nondum audeat sumere quem multum desiderat cibum salutarem. Isti sunt digni fructus penitentie per animam captivam clamantes in libertatem sumentes. Cohibeat se penitens a ludis, a spectaculis seculi, qui perfectam vult consequi gratiam remissionis. Nam Dina si se cohibuisset sinit suos remansisset, ab extraneo raptore corrupta non esset. Tanto itaque magis se caveat et cohibeat se anima que sepe vel semel rapta est et corrupta. Timeat ne docta experimento ignoravit virgo. Eligat quod minuet, non sequatur quod animam suam dampnat. Se enim iudicat qui per fructus non habentem a se non elongat. Laudat enim et amat quod se dignum fructificare non gerit. Querat fructus dignos et sine dignos penitentie. Sunt enim digni fructus, ut tamen fructus qui non sufficiunt penitentibus penitentia in graviores expostulat, ut sic pacet ecclesia ut pacata dolore et gemitibus mortuis impetret vitam. Item ex eodem. Penitentes negotiationis lucra abiciant.

In peccata omnia uni tantum sacerdoti non pluribus manifestanda

Qualitas lucri negotiantem aut arguit aut accusat, quia est et honestus questus et turpis. Verumtamen penitenti utilius est dispendia pati quam periculis negotiationis astringi, quia difficile est inter ementis vendentisque commercium non intervenire peccatum. Item de eodem. Post penitentiam ad militiam secularem redire non licet.

S. di. lxxxviii. Fornicari

Difficile esse inter vendentes emptoresque commercium non intervenire peccatum

S. di. l. Si quis pen.
S. c. Q. iii. Latorem
S. xxxiii. Q. iii. c. iii.

Contrarium omnino est ecclesiasticis regulis post penitentie actionem redire ad militiam secularem, cum apostolus dicat: Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat cui se probavit. Unde non est liber a laqueis diaboli qui se militie mundane voluerit implicare. Item ex concilio Niceno. Decennio peniteat qui post penitentiam ad secularem militiam redierit.

Si qui vero per gratiam vocati primo quidem fidem ostenderunt et cingulum militie deposuerunt, post hec autem ad proprium vomitum reversi sunt, ut et pecunias darent et ambirent rursum ad militiam, isti x annis inter penitentes sint, post primum triennium quo fuerint inter audientes. Ab omnibus illud precipue observetur, ut animus eorum et fructus penitentie attendatur. Quicumque enim cum omni timore et lacrimis perseverantibus et operibus bonis conversationem suam non verbis solum foris demonstrant, cum tempus statutum ab his fuerit impletum, tunc ceperint communicare, licebit episcopo etiam humanius circa eos aliquid cogitare. Qui vero indifferenter habuerint lapsum et sufficere sibi quod ecclesiam introierint arbitrantur, isti omnimodo tempora statuta complebunt. Item ex concilio Aurelianensi. A communione suspendantur qui post penitentiam ad secularia redeunt.

De his qui suscepta penitentie religione sue professionis obliti ad secularia relabuntur, placuit eos a communione suspendi, et ab omnium catholicorum convivio separari, quod si post interdictum cum eis quisquam presumpserit manducare, et ipse communione privetur. Item Gregorius. Que sit falsa penitentia.

Falsas penitentias dicimus que non secundum auctoritatem sanctorum patrum pro qualitate criminum imponuntur. Ideoque miles vel negotiator vel alicui officio deditus, quod sine peccato exerceri non possit, si culpis gravioribus irretitus ad penitentiam venerit, vel qui bona alterius iniuste detinet, vel qui odium in corde gerit, recognoscat se veram penitentiam non posse peragere, per quam ad eternam vitam pervenire valeat, nisi negotium relinquat, vel officium deserat, et odium ex corde dimittat, bona que iniuste abstulit restituat, arma deponat ultraque non ferat nisi consilio religiosorum episcoporum pro defendenda iustitia. Nec tamen desperet interim, quin quicquid boni fecerit vel facere potuerit hortamur ut faciat, ut omnipotens Deus cor illius illustret ad penitentiam. Item Gregorius in homelia xxiiii. Post conversionem ad negotium redire non licet quod sine peccato agi non potest.

Negotium quod ante conversionem sine peccato exstitit, hoc etiam post conversionem repetere culpa non fuit. Sunt enim pleraque negotia que sine peccatis exhiberi aut vix aut nullatenus possunt. Que ergo ad peccatum implicant, ad hec necesse est ut post conversionem animus non recurrat. Item Innocentius papa II. De eodem.

Fratres nostros et episcopos ammonemus ne falsis penitentiis laicorum animas decipi et in infernum pertrahi patiantur. Falsam autem penitentiam esse constat, cum spretis pluribus de uno solo penitentia agitur, aut cum sic agitur de uno ut non discedatur ab alio. Unde scriptum est: Qui totam legem observaverit, offendat autem in uno, factus est omnium reus, scilicet quantum ad vitam eternam. Sicut enim peccatis omnibus esset involutus, ita si in uno tantum maneat, eterne vite ianuam non intrabit. Falsa etiam est penitentia, cum penitens ab officio vel curiali vel negotiali non recedit, quod sine peccatis agi nullatenus prevalet, aut si odium in corde gerit, aut si offenso cuilibet non satisfaciat, aut si offendenti offensus non indulgeat, aut si arma quis contra iustitiam gerat.

Cui autem debeat fieri confessio, vel qualem illum oportere esse qui aliorum crimina iudicat, ex eodem docet

videtur. Qui ergo vult confiteri peccata ut inveniat
gratiam, querat sacerdotem scientem ligare et solvere,
ne cum negligens circa se extiterit, negligatur ab il
lo qui eum misericorditer monet et petit ne ambo
in foveam cadant, quam stultus evitare noluit. Et
infra. Tanta itaque vis confessionis est, ut si deest
sacerdos, confiteatur proximo. Et infra. Sepe enim contingit
quod penitens non potest verecundari coram sacerdote quem
desideranti nec locus nec tempus offert. Et si ille cui
confitebitur potestatem solvendi non habet, fit
tamen dignus venia ex desiderio sacerdotis, qui confitetur
socio turpitudinem criminis. Mundati enim sunt leprosi
dum ibant ostendere se sacerdotibus, antequam ad eos
pervenirent. Unde patet Deum ad cor respicere dum
ex necessitate prohibentur ad sacerdotes pervenire.
Sepe quidem eos querunt sani et leti, dum querunt, antequam
perveniant moriuntur. Sed misericordia Dei est ubique
qui et iustis novit parcere, etsi non tam cito sicut
solverentur a sacerdote. Qui ergo omnino confitetur, et si peccatum
occultum est, sufficiat referre in notitiam sacerdotis
sacerdotis, ut grata sit oblatio muneris. Et infra.
Laboret itaque penitens in ecclesia esse et ad ecclesie
unitatem tendere. Nisi enim unitas ecclesie succurrat,
nisi quod deest peccatori sua operatione compleat, de ma
nibus inimici non eripietur anima mortui. Credendum
est enim, pietas fidelium expostulat coram Deo, quod omnes elemosine
totius ecclesie, et orationes et opera iustitie et misericordie succur
rant recognoscenti mortem suam ad conversionem. Ideoque
nemo penitere digne potest quem non sustineat unitas
ecclesie. Ideoque non petat sacerdotes per aliquam culpam ab uni
tate ecclesie divisos. Iudas enim qui penituit ivit ad
phariseos, relinquens apostolos: nichil invenit au
xilii nisi augmentum desperationis. Dixerunt enim: Quid ad
nos? tu videris. Si peccasti, sit tibi; non succurrimus.
Non peccata tua caritative suscepimus, non comportanda
promittimus, non qualiter deponas bonis docemus. Quid enim nobis
et misericordie, qui non sequimur opera iustitie? Isti ad apostolos, isti
ad illos qui oraverant pro socru Petri febricitante,
quod chananea in prophetia matre optulerant. Interrogant
Petrum pro se effundentem lacrimas. Non fugisset Ma
riam et Martham que vitam Lazaro impetraverunt, non turbam
plorantem que unicum filium acquisierat vidue.
Ivit ad divisos et divisus periit. Et infra.
Sacerdos itaque cui omnis offert peccator, ante quem
statuitur omnis languor, in nullo eorum sit
iudicandus qui in alio iudicare est promptus.
Iudicans enim alium, qui est iudicandus, condempnat
seipsum. Cognoscat igitur se et purget in se quod alios

S. iii. q. vii. Iudicet

videt sibi offerri caveat ut a se precidat quicquid
in alio dampnosum reperit. Animadvertat illud evangelii
quod qui sine peccato est, prius in illam lapidem mittat.
Ideo enim liberavit peccatricem quia non erat qui iuste
proiceret lapidem. Quomodo lapidaret qui se lapidan
dum cognosceret? Nullus enim erat sine peccato, in quo
intelligitur omnes fuisse reos. Nam venialia
semper remittebantur per cerimonias. Si quod ergo in eis
peccatum erat, criminale erat. Deteriores itaque in his
sacerdotes sunt, se prius non edificantes, illi quidem dominum
observabant insidiis. In his itaque patentissimum
est crimen sacerdotum, tunc maxime detestabile, quod non prius
se iudicant quam alios alligant. Debet enim tamen
crimen quantumvis illud detestabile esse fieri. Hii quidem ad eum
erant ceci, quod summam sapientiam sperabant capere suis insi
diis, quod illi parant, quod tunc quisque vitavit. Nec
sacerdos qui in his peior illis iudicis extitit. Caveat
spiritualis iudex, ut sicut non commisit crimen nequitie, ita non
careat munere scientie. Oportet enim ut sciat cognoscere quicquid
debet iudicare. Iudiciaria enim potestas hoc expostu
lat, ut quod debet iudicare discernat. Diligens igitur
inquisitor, subtilis investigator, sapienter
et quasi astute interroget a peccatore quod forsitan ignorat
vel verecundia velit occultare. Cognito itaque cri
mine varietates eius non dubitet investigare, et
locum et tempus et cetera que supra diximus in exponenda eorum
qualitate. Quibus cognitis assit benivolus, paratus
erigere et secum onus portare. Habeat dulcedinem in af
fectione, pietatem in alterius crimine, discretionem in varietate.
Adiuvet confitentem orando, elemosinas faciendo
et cetera bona pro eo faciendo. Semper enim iuvet leniendo,
consolando, spem promittendo, et cum opus fuerit increpando.
Doleat loquendo, instruat operando. Sit particeps
laboris qui particeps vult fieri gaudii. Do
ceat perseverantiam; caveat ne corruat, ne iuste per
dat potestatem iudiciariam. Et si enim penitentia possit
acquirere gratiam, non tamen restituit mox in potesta
tem primam. Et si enim Petrus post lapsum restitutus fuerit,
et sepe lapsis sacerdotibus reddita sit dignitatis
potestas, non tamen est necesse ut omnibus concedatur quasi ex auc
toritate. Invenitur auctoritas que concedit et que imperat.
Invenitur alia que minime concedit, et vetat quod sepe tem
non pugnant, sed concordant, si tempus et locum et modum post pacem
adhibeat. Cum enim tot sint qui labuntur ut pristinam digni
tatem ex auctoritate defendant, et quasi usum peccandi
sibi faciant, recidenda est spes ista. Sed ubi locus est iusta,
non occurrat restitui postquam peccat. Itaque pontifex
... atque diocesanus suos sacerdotes semper abicere non

C. vi. Q. ii. cap. ult.
C. xxx. Q. i. Si quis
C. viii. Q. ii. C. i.
C. xxxii. Q. ii. Aneil
C. e. Q. e. C. ult.

mox restituere non statutum fuit a romano pontifice. Caveat sacerdos ne peccata penitentium aliis manifestet; quod si fecerit deponatur. Unde Gregorius.

Deponatur sacerdos qui peccata penitentis publicare presumat.

Sacerdos ante omnia caveat ne de his qui ei confitentur peccata sua alicui recitet, non propinquis, non extraneis, neque quod absit pro aliquo scandalo. Nam si hoc fecerit deponatur, et omnibus diebus vite sue ignominiosus peregrinando pergat.

Quod autem dicitur ut penitens eligat sacerdotem scientem ligare et solvere, videtur esse contrarium ei quod in canonibus invenitur, ut nemo videlicet parrochianum alterius iudicare presumat. Sed aliud est favore vel odio proprium sacerdotem contempnere, quod sacris canonibus prohibetur; aliud cecum vitare, quod hac auctoritate quisque facere monetur, ne si cecus ceco ducatum prebeat, ambo in foveam cadant. Unde Urbanus II.

Cuilibet sacerdoti commissum nisi pro prioris ignorantia alter sacerdos ad penitentiam non suscipiat.

Placuit ut deinceps nulli sacerdotum liceat quemlibet commissum alteri sacerdoti ad penitentiam suscipere sine eius consensu cui se prius commisit, nisi pro ignorantia illius cui penitens prius confessus est. Qui vero contra hec statuta facere temptaverit, gradus sui periculo subiacebit. Ipsa vero penitentia est usque in ultimum articulum vite. Unde Leo papa. De eodem.

Nemo desperandus est dum in hoc corpore constitutus est, quia nonnumquam quod diffidentia etatis differtur, consilio maturiore perficitur. Sed quam quam dedisse intib' per Augustinum scribat:

Si quis positus in ultima necessitate sue egritudinis voluerit accipere penitentiam et accipit, et mox reconciliabitur et hinc vadit, fateor vobis, non illi negamus quod petit, sed non presumimus quia bene hinc exit. Si securus hinc exierit, ego nescio. Penitentiam dare possumus, securitatem autem dare non possumus. Numquid dico dampnabitur? Sed nec dico liberabitur. Vis a dubio liberari? Vis quod incertum est evadere? Age penitentiam dum sanus es. Si sic agis, dico tibi quod securus es, quia penitentiam egisti eo tempore quo peccare potuisti. Si autem vis agere penitentiam quando iam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa. Item. Qui egit veraciter penitentiam et solutus fuit a ligamento quo erat constrictus et a Christi corpore separatus, et bene post penitentiam vixit sicut ante penitentiam vivere debuit, post reconciliationem quandocumque defunctus fuerit, ad Dominum vadit, ad requiem vadit, regno Dei non privabitur, a populo diaboli separabitur. Si quis autem etc. et infra. Baptizatus ad horam securus hinc exit. Fidelis bene vivens securus hinc exit. Agens penitentiam et reconciliatus dum sanus est, et postea bene vivens, securus hinc exit. Agens penitentiam ad ultimum

et reconciliatus si se-

curus exit hic, ego non sum securus. Unde securus sum, dico, et do securitatem. Unde securus non sum, penitentiam dare possum, securitatem dare non possum. Et pauca. Sed unde scis, inquit, ne forte Deus dimittat mihi? Verum dicis. Illud scio, hoc nescio. Nam ideo do tibi penitentiam quia nescio. Nam si scirem nichil tibi prodesse, non tibi darem. Item. Si scirem tibi prodesse, non te admonerem, non te terrerem. Due sunt res: aut ignoscitur tibi, aut non ignoscitur tibi. Quid horum futurum tibi sit nescio. Ergo tene certum, dimitte incertum. Nam si tunc vis agere penitentiam quando iam peccare non potes, peccata te dimiserunt, non tu illa.

Hoc autem quod Augustinus dixit, Cyprianus ostendit dicens: Idcirco, fratres karissimi, penitentiam non agentes nec dolorem delictorum suorum toto corde manifestam lamentationis sue professionem testantes prohibendos omnino censuimus a spe communionis et pacis, si in infirmitate atque in periculo ceperint deprecari, quia illos rogare non delicti penitentia, sed mortis urgentis ammonitio compellit. Nec dignus est in morte accipere solatium qui se non cogitavit moriturum. Item Augustinus in libro de penitentia. Nullus expectet quando peccare non possit. Arbitrii enim querit libertatem, ut delere possit commissa, non necessitatem. Qui prius itaque a peccatis relinquitur quam ipse relinquat ea, non libere sed quasi necessitate condempnat. Licet latro veniam meruisset in fine de omni crimine, non tamen dedit baptizatis peccandi et perseverandi auctoritatem. Tunc enim baptizatus est quando in cruce Christo confessus est. Penitentia autem si in extremo vite advenit, sanat et liberat in ablutione baptismi. Itaque nec purgatorium sentiunt in fine qui in fine baptizantur, sed predicti bonis sancte matris ecclesie recepti sunt in triplex bonum in una beatitudine. Illi autem qui cum potuerint numquam converti voluerint, consentientes cum iam peccare nequeunt, nec sic facile acquirunt quod volunt. Oportet enim ut penitentia fructificet, ut vita mortuo impetretur. Scriptum est: sine caritate neminem salvum esse. Non itaque in solo timore vivit homo. Quem ergo sic penitet oportet non solum timere iudicem Dominum, sed iustum diligere. Non tantum penam timeat, sed anxietur pro gloria; debet enim dolere de crimine, de omni eius perfecta varietate. Quid hic qui in uxoribus (?) de eius salute Augustinus potuit dubitare. Credo quod illi quod dixit: Quacumque hora ingemuerit et conversus fuerit, vita vivet. Dixit conversus fuerit, non tantum versus fuerit, vivet. Versum puto qui dolet de crimine; conversum qui dolet de omni eius quam exposuimus varietate. Verte a peccato quod

iam uult dimittere peccatum. Conuertitur igitur toto
tormento uittatur: quia non penas tantum si
ad bonum deum festinat tarde. Que conuersio si
contingit alicui in fine, desperandum non est de eius
remissione. Sed quoniam uix uel raro est tam iusta conuersio
timendum est de penitente sero. Quem enim morbus
urguet penitere, ad uix ueniet satis-
factionem. Maxime cum filii quos illicite di-
lexit sint presentes. uxor et mundus ad se uo-
cet. multos solet serotina penitentia decipere. Sed
quoniam deus semper potens est, semper etiam in morte iuua-
re ualet quibus placet. Cum itaque opus sit non hominis
sed dei fructifera penitentia, inspirare eam potest quandocumque
uult sua misericordia, et remunerare ex misericordia quos damp-
nare potest ex iustitia. Sed quoniam multa sunt que impe-
diunt et languentem retrahunt, periculosissimum est
et interitui uicinum ad mortem protrahere penitentie remedium.
Sed magnum est cui deus tunc inspirat. Tu uero si quis
es, uiam propter quam expectas dei clementiam, maiorem sen-
tiens dei bonitatem sua nequitia. Si enim sic
conuersus uitam uixerit, et non moriatur, non promit-
to quod euadat omnem penam. Nam prius purgan-
dus est igne purgationis qui in aliud seculum distulerit
fructum conuersionis. Hic autem ignis etsi eternus non sit,
miro tamen modo grauis est. Excellit enim omnem penam quam
umquam passus est aliquis in hac uita. Numquam in carne
tanta inuenta est pena, licet mirabilia mar-
tyres passi sunt tormenta, et multi nequiter quanta
sepe sustinuerunt supplicia. Studeat ergo quisque
ergo sic delicta corrigere, ut post mortem non oporteat
penam tolerare. Quedam enim peccata sunt que mortalia
in penitentia fiunt uenialia, non tamen statim sanata.
Sepe enim eger moreretur si non medicaretur, non statim
sanatur. languet, uiuit, curatur, qui prius erat moriturus.
Contra autem impenitentibus mortem, omnino mortem te-
nabit cruciatus. Quia enim impenitentes finiunt, si
semper uiuerent semper peccarent. ac dimiserunt ut semper esset
quod operarentur sine peccato. Obliti sine fine tor-
quentur qui numquam uirtute ditati, semper pleni iniquita-
te, semper sine caritate torquentur sine fine.

Q. IIII.

Quod autem orationis tempore coniugali opere alicui uaca-
re non liceat, Beatus Ieronimus in quodam sermone ita
scribit dicens. Tempore quo uxori debitum redditur,
a carnibus agni abstinere oportet.

Sciatis fratres karissimi quoniam quicumque uxori debitum
reddit uacare non potest orationi nec de carnibus co-
medere agni. Item. Si panes propositionis ab his

qui uxores suas tetigerant comedi non po-
terant, quanto magis panis ille qui de celo de-
scendit non potest ab his qui coniugalibus paulo ante
heserint complexibus uiolari atque contingi. Non quod
nuptias condempnemus, sed quod eo tempore quo carnes a-
gni manducaturi sumus uacare a carnalibus
operibus debeamus. Item Augustinus. A coniugali
concubitu sanctorum sollempnitatibus est abstinendum.

Quotienscumque aut dies natalis domini aut reliquae
festiuitates aduenerint, non solum ab infide-
lium concubinarum consortio, sed etiam a propriis uxoribus
abstinete. Item Ambrosius in sermone de aduentu
domini. Diebus ieiuniorum etiam a propriis uxoribus ab-

Fratres non solum debetis ab omni immun- stinere oportet.
ditia abstinere sed etiam ab uxoribus propriis studio
sustinere continentiae. nullus omnino uxori
sue iungatur. Item de super epistolam primam ad Corinthios.

De ———— eo ———— de.

Si causa procreandorum filiorum ducitur uxor, non mul-
tum tempus concessum uidetur ad hunc usum. Quia et die
festi et dies processionis et ratione conceptus et partus
iuxta leges cessare usum carnis his debere
temporibus demonstratur. Item Augustinus super epistolam ueteris et
noui testamenti. Uxoris usus certis diebus abstinere iubetur.

Xpiano cum uxore sua conuenire aliquando
licet, aliquando non licet. propter processionis et dies
ieiuniorum aliquando non licet conuenire, quia etiam a licitis
abstinendum est ut facilius impetrari possit quod
postulatur. Unde apostolus ex consensu ait. Abstinen-
dum est ad tempus ut uacetis orationi. Nam et secundum
legem in ieiunio cedere coniugatis non licet, plus
licet. Item Iohannes Crisostomus. Noue penitentium.

Qui in castigatione uita agit quod et inuenta non fuat.
uictus se dicit agere penitentiam frustra hic sermone pro-
mittit nisi egrediatur de cubili suo et ieiunii
continentiam addat. Item Gregorius. Ab ingressu ecclesie
temperare se debet uir cum propria uxore dormiens.

Uir cum propria coniuge dormiens nisi lotus aqua ec-
clesiam intrare non debet. Quoniam diu se bonum na-
tos debacre dum sanctitas atque ablutio
dire uideantur. romanorum tamen semper ab antiquioribus usus fuit post admixtionem — nec ipse
coniugis lauacri purificationem querere, et ab in-
gressu ecclesie paululum temperare. nec hoc dicentes
culpam deputamus esse coniugium. Sed quia ipsa quoque licita
admixtio coniugis sine uoluntate carnis
fieri non potest, a sacri loci ingressu est abstinendum.
quia uoluptas ipsa sine culpa esse nullatenus potest.

cum explendae libidinis uel reddendi debitum. ubi uenialis culpa. Si uero fiat causa prolis nulla uidetur culpa. Hec tamen omnia exortatoria uerba sunt.

Item de con. di. ii. c. ii.

S. xi. q. i. Aliud

S. xxii. q. vi. Decreui

S. di. viii. Sterm. c.

S. di. xxxi. Silat

Non enim de adulterio vel fornicatione, sed de legi-
timo et matrimonio susceptus erat qui dicebat:
Ecce in iniquitatibus conceptus sum, et in peccatis concepit me mater mea. Optat
itaque legitimam carnis copulam ut causa prolis fiat, non vo-
luptatis, et carnis commixtio causa liberorum,
sit gratia, non satisfactio vitiorum. Si quis vero suam coniu-
gem non cupidine voluptatis raptus, sed solummodo
causa liberorum gratia utitur, iste profecto sive de
ingressu ecclesie, seu de sumendo dominici corporis san-
guinisque misterio suo est iudicio relinquendus:
quia a nobis prohiberi non debet accipere, qui in igne positus
nescit ardere. Cum vero non amor prolis causa, sed vo-
luptas dominatur in opere commixtionis, habent coniuges
et de commixtione sua quod defleant. Tunc autem vir
qui post ammixtionem coniugis lotus aqua fuerit, et sacre
communionis valet accipere misterium, cum ei secundum prefinitam sententiam
etiam licuerit intrare. C.h. Hinc etiam diebus
abstinentie nuptie celebrari prohibentur. Unde in Laudi-
censi concilio. In .xl. diebus nuptias celebrare non licet.

Non oportet in .xl. aut nuptias vel quelibet natalitia
celebrari. Item ex concilio Martini pape. De eodem.

Non licet in .xl. natales martyrum celebrari, sed sabbato
tantum et dominica pro commemoratione eorum oblationes offer-
re. Sed et non natalitia vel nuptias liceat in .xl. cele-
brare. Item ex concilio Ylerdensi. De eodem.

Non oportet a .lxx. usque in octavas pasche et tribus ebdomadibus
ante festivitatem sancti Iohannis et ab adventu domini usque
post epiphaniam nuptias celebrare. Quod si factum fuerit
separentur. Item Nicholaus papa ad consulta Bulgarorum. De
eo qui uxorem ducit non violentiam facere in .xl. tempore. Eodem.

Nec uxorem ducere in .xl. tempore [...] eodem
convenire posse nullo modo arbitror. Si autem quandas
sibi uxor consensum adhibere voluit. Ceterum sine eius consen-
su non eam orationis continentia fraudari debet. Unde Augustinus
inter de adulterinis coniugiis. Nisi ex consensu com-
munis non accepti orationi coniuges vacare non possunt.

Ut vacent orationi non ex consensu volunt coniuges carnali
munere fraudari debito. Hinc etiam Arelatensi lege-
Nisi ex consensu communi coniugatis penitentia non detur.

Penitentiam coniugatis non nisi ex consensu dandam esse pro-
ximi. Quod autem sine consensu uxoris vir continentiam
vovere non possit multis auctoritatibus probatur. Ait enim Augustinus
super psalmum .c.xl.iiii. Non potest vir continentiam vovere
sine uxore, nisi uxoris teneat consensum.

Si dicat vir vale continere volo. Nolo, tua uxor est, non permittit. Quid enim tu vis?
Illa non vult. Numquid pro continentia tua debet illa
fornicari, et. Si alium nupserit te vivo, adul-
tera erit. Non vult tale lucrum deus, tale dampnum compen-
sari. Redde debitum. Et si non exigis, redde, perfi-
ficatione perfecta te deus computabit. Si non quia debetur
exigis, sed reddis quod debet uxori. Item Alexander
secundus Landulfo in Corsica. Non debet extor-
queri mulieri consensus ad continentiam vovendam.

Notificasti te mortem timens infirma-
tatum et peccatorum tuorum recordatione et timore val-
de pavefactum anxie quesisse monachum fieri,
et tuam uxorem minis et terroribus eam occidendi
ab hac licentiam extorsisse et monasticam vestem
sine abbate sumpsisse et monasterium petisse. Paulo
cum sanus factus esses, tue uxoris reclamati-
onibus et eiulatibus et planctibus tuique familie
dispersionibus, utpote penitus devictus, domum re-
measse, et per multos dies quorundam sapientum consi-
lio ad iam dicte mulieris cubile redisse. Nunc
autem sine tua uxore vivere licet, nostrum requiris consi-
lium. Si itaque de tempore est, ita ut vestrus nuntius narravit,
non videtur nobis convenire neque rectum factum, quod cum omnibus
ad monachicam vitam tendentibus legaliter et sancte
sit peragendum. Tu etiam leges in nullo acceptum, tu volente
tua uxore, partim timore mortis, partim vero
infirmitatis doloribus exanimatus, de tua secura
nulla videtur licentia accepta recessisti et monasterium
non petisti. Non enim voluntate, sed ex parte voluntate
et consensu, sicut sancti patres dicunt, fieri debet. Neque vero
fieri monasticum elige, aut professa continentia habi-
tum cum festinatione debet mutare. Item ex Augustino
penitenti. Vir potest abnuere vota continen-
tie que sine eius consensu mulier devovit.

Mulier si sine licentia mariti sui velum in capite levaverit,
miserit, si viro non placuerit, recipiet eam in coniu-
gium. Item Augustinus ad Ecditiam. Non potest vir conti-
nentie vota rescindere que eius assensu mulier devovit.

Quod deo pari consensu voveratis, perseveranter pro[...]misit
usque in finem reddere debuistis, a quo proposito si ille
lapsus est, tu saltem instantissime perseverares, quod te
non exortarer, nisi quia tibi ad hoc ipse consenserat. Nam
si numquam tenuisses eius assensum, nullus tamen nos
defendisset annorum. Et pauca. Non quia pariter
temperabatis ab immixtione carnali, ideo tuus maritus
esse desistat. Immo vero tanto sanctiores in vobis coniuges
manebatis, quanto sanctiora concorditer placita
servabatis. Nichil ergo de tua veste, nichil de au-
ro vel argento vel quacumque pecunia vel rebus ullis terrenis
tuis sine arbitrio eius facere debuisti. Et infra. Est
quidam pro modulo suo matronalis habitus, aliud viduali
veste distinctus, quia et fidelibus coniugatis salva
religionis causa vel observantia convenire. Hunc

C. Q. V.

S. xxvii. Q. ii. Situ

te martyrium si deponere volueris, ne te velut in
dicam illo vivente iactares. Puta quia non fuerit
in hac re usque ad dissensionis scandalum providendum:
magis in obedientie malo quam illius
abstinentie bono. Quid enim absurdius
quam mulierem de humili veste superbire? Cui te
potius expediret obtemperare candidis moribus
quam nigellis vestibus repugnare? Quia et si
te indumentum monachicum delectabat, et hoc gratius
posset marito observato exoratoque sumi, quam illo inconsulto con-
temptoque presumi. Quod si omnino non sineret, quid tuo proposito deperiret? Ab-
sit ut hinc displiceas Deo, quod coniuge tuo nondum de-
functo non induisti sicut Anna, sed sicut Susanna.
Ier. Continentie meritum habet qui invitus ab u-
xore debitum sibi reddere cogitur.

Secundum verba apostolica et si vir continere voluisset, et tu
noluisses, debitum tibi reddere cogeretur, et illi
Deus imputaret continentiam, si non sue sed tue cederet
infirmitati, ne in adulterium caderes. Quisquis
quasi compatiens infirmitati uxoris reddit debitum,
non exigit debitum. Aut si propter propriam infirmitatem
ducit uxorem plangens potius quod sine uxore esse non
potuit, quam gaudens quia duxit, quos sunt de quorum estimant
beatum non facit, quos senuit quoque quasi fuisse ... nisi presumtum. Et sic
ex eo tamen cum non habentibus securus expectat
diem novissimum. Ieronimus ad Armentarium et Paulinam.
Vota continentium sine uxoris consensu

Una solacium esse ... quia te adio reddi non possunt.
Quod voluisti, non solum hortarer, verum etiam preciperem
implere. Si forte tua coniux hoc tecum suscipere aut seu
carnis infirmitate recusaret. Nam tua devovenda
talia non sunt a coniugatis non ex consensu et voluntate
communi. Et hoc ipse fuit factum magis est corrigenda temeritas,
quam persolvenda promissio. Neque enim exigit
Deus si quis ex alieno aliquid voverit, sed potius
usurpare vetat alienum. Item Ieronimus. Absque ce-
teris operibus nec sola virginitas salvat, nec
cetera absque virginitate proficiunt.

Tunc salvabitur mulier si illos genuerit filios,
qui virgines permanserint, si quod ipsa perdidit acqui-
rat in liberis, et damnum radicis et carie in flore
compenset et pomis. Ideo hoc solum nunc dico, quod
absque ceteris operibus virginitas sola non salvat,
sicut omnia opera absque virginitate, puritate, con-
tinentia, castitate, imperfecta sunt. Ideo. Qui sitit
veniat et bibat, et qui potest capere capiat. Non dicit
velitis nolitis bibendum vobis est atque curren-
dum. Sed qui voluerit potuerit currere atque pota-
re, ille vincet, ille satiabitur. Et ideo plus amat
virgines Christus, quia sponte tribuunt quod sibi non fuerat
imperatum, maiorisque gratie est offerre quod non debeas,
quam reddere quod exigaris. Apostolus uxoris honestatem contemplatus
sitatis inquirit, esse causam hominis cum uxore non expe-
dit nubere, quod Dominus sanctitatis probans recte ait:
Quod sanctitatis quod non expediat homini ad celorum regna
tendenti accipere uxorem. Sed difficilis res est,
et non omnes capiunt verbum istud, verum quibus da-
tum est. Alios homines eunuchos natura facit, alios
vis hominum, michi eunuchi placent, quos castitatis non
necessitas fecit voluntas. Libenter illos in meo
recipio sinu, qui se castraverunt propter regnum celorum,
et ob mei cultum noluerunt esse quod nati sunt, simulque
tractanda sanctitate. Qui se inquit, etc. propter etc.
Si castitati mercedem habent regna celorum, ergo qui se
non castraverunt locum non possunt accipere castratorum.

Huius huius auctoritatis, et de precedentibus de
virginitatis affectu intelligunt, quia non in
voluntate solum sed in necessitate. Princeps
vero de effectu intelligitur, qui non in necessitate autem
votum sed in voluntate est. Nec enim non reprimittat
et ex remissis. Non licet illi uxorem ducere, qui suam
in uxorem suam velare permisit. velare permisit.
aliam non accipiat, sed simul continuat. Item Augustinus in
questionibus numeri. Vota abstinentie, que mulier
permittente viro promisit, illo prohibente, ... fuerit

Manifestum est ita voluisse legem feminam non cogi
sub viro esse, ut nulla eius vota que abstinentie causa
vovit reddantur, ab eo autem auctore fuerint permi-
tendo. Nam cum ad peccatum eius vir pertinere voluerit
si prius permiserit et postea prohibuerit, et tamen non dixit ut faci-
at quod mulier voverit quod permissa iam prius a viro fu-
erat. Unde dixit esse peccatum quod abnuit quod prius consenserat:
non tamen mulieri ex hoc iussum dedit, ut cum prius sui
concessit ei, postea sub prohibuerit contemptatur.

Ex premissis apparet quod continentie vota nec
mulier sine viri consensu, nec vir sine consensu mulie-
ris Deo reddere potest. Si autem consensu alterius eorum ab altero
promissa fuerit, et si prius modum in irritum deducere
voluerit qui permisit, non tamen valet, quia in debito con-
iugii neque mulier habet potestatem viri, sic nec vir
mulieris. Atque ideo quilibet eorum alterum a suo
iure absolverit, ad pristinam servitutem ipsum revo-
care non poterit. Quia autem in ceteris vir est caput mu-
lieris, et mulier corpus viri, ita vota absti-
nentie viro permittente mulier potest promittere,
ut tamen eo de prohibente repromissa non valeat implere.

et ubi diximus propter conditionem servitutis, quia viro in omnibus debet subesse. Unde Augustinus ait in libro quaestionum Genesis. **Mulieres viris suis subiectae esse debent.**

Est ordo naturalis in hominibus, ut feminae serviant viris, et filii parentibus, quia in illis haec iustitia est, ut maior serviat minori.

Item idem in quaestionibus veteris et novi testamenti. **Vir est caput mulieris.**

Haec imago Dei est in homine, ut unus factus sit dominus, ex quo ceteri orirentur, habens imperium Dei quasi vicarius eius, quia unius Dei habet imaginem. Ideoque mulier non est facta ad Dei imaginem. Sic etenim dicitur: Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum. Hinc etiam apostolus: Vir quidem non debet velare caput, quia imago et gloria Dei est. Mulier ideo velat, quia non est gloria aut imago Dei. Idem in eodem.

Satis hinc apparet, quemadmodum viris feminas subditas et pene famulas lex esse voluit uxores, dum constituit, ut dicente adversus uxorem viro testimonium, unde lapidaretur illa, si hoc verum esse demonstretur; ipsa tamen non vicissim lapidatur, si hoc falsum constituatur, sed tantummodo castigatur, et damna perficiat. Et cui iubetur adhaerere, quam carere voluerit. In aliis autem causis cum quis testimonio falso circumquam nocuerit, si hoc probaretur, iussit occidi eadem plecti pena, qua fuerat, si verum esset, ipse plectendus. Item Ieronimus super epistolam ad Titum. **De eodem.**

Cum caput mulieris vir sit, caput autem viri Christus, quaecumque uxor non subicitur viro, hoc est capiti suo, eiusdem criminis rea est, cuius et vir, si non subiciatur capiti suo. Verbum autem domini blasfematur, vel cum contempnitur Dei prima sententia et pro nichilo ducitur, vel cum Christi infamatur evangelium, dum contra legem fidemque naturae ea quae christiana est et ex Dei lege subiecta viro imperare desiderat, cum gentiles feminae viris suis serviant communi lege naturae. Item Augustinus in quaestionibus numerorum. **Arbitrium mulierem viri sui sequi oportet.**

Noluit itaque lex aliquid vovere de adversus arbitrium suum, ut non in aliquorum rerum licitarum atque concessarum abstinentia, vel quidem devotis feminae valeat auctoritas, sed viri. Ita feminae viri adhuc innuptae concesserat patri vota persolvere, si antequam persolveret nupsisset, et viro eius hoc cognitum non placuisset, non persolveret, et hoc omnino sine peccato, quia Deus mundavit eam, sic dictum est, id est mundam iudicavit. Neque hoc contra dominum fieri putandum est, cum ipse Deus hoc praecepit, hoc voluit. Item Ambrosius in libro quaestionum veteris et novi testamenti. **Nulla est mulieris potestas, sed in omnibus viri dominio subsit.**

Mulierem constat subiectam dominio viri esse, et nullam auctoritatem habere. Nec docere potest, nec testis esse, neque fidem dare, nec iudicare. Idem in Exameron in tractatu diei quarti. Adam per Evam deceptus est, non Eva per Adam. Quem vocavit ad culpam mulier, iustum est, ut eam gubernationem assumat, ne iterum feminea facilitate labatur. Idem super primam epistolam ad Corinthios. Mulier debet velare caput, quia non est imago Dei. Sed ut ostendatur subiecta, et quia praevaricatio per illam inchoata est, hoc signum debet habere, in ecclesia propter reverentiam episcopalem non habeat caput liberum, sed velamine tectum, non habeat potestatem loquendi, quia episcopus personam habet Christi. Quasi ergo ante iudicem Christum, sic ante episcopum, quia vicarius domini est, sic propter peccatum originale subiectae debent videri. Idem in libro de paradiso. Nec illud otiosum est: quare non de eadem terra, de qua plasmatus est Adam, sed de ipsius Adae costa facta sit mulier, nisi ut sciremus unam in viro et muliere corporis esse naturam, unum fontem generis humani. Ideo non duo a principio facti vir et mulier, neque duo viri neque duae mulieres, sed primum vir, deinde ex eo mulier. Unam enim naturam volens hominum constituere Deus, ab uno principio creaturae huius incipiens multarum disparium naturarum eripuit facultatem.

Evidentissime itaque apparet, ita virum esse caput mulieris, ut nulla vota abstinentiae vel religiosae conversationis liceat sine eius licentia Deo offerre. Et si viro permittente repromissa fuerint, non licet eius votum opere complere, cum vir voluerit revocare permissionem. Votum vero continentiae ita alterius permissu ab altero valet offerri, quod post permissionem non valet irritari....... E....... D....... U....... C.

IN. XXXIIII. Causa.

De his qui in captivitatem ducuntur: quorum uxores dum audiunt illos mortuos aliis nubunt, quae a crimine adulterii immunes esse docentur, non forte prioribus de captivitate redeuntibus posterioribus cohaerere maluerint. De his qui in aliam provinciam fugiunt, quorum uxores eos sequi noluerint. De iugiribus

S. xxi. q. iii. c. iii. / i. de eo. di. ii. Nullus episcopus

S. ii. q. iii. quod non probavit / et q. viii. quod crimen

Vim in accusatione uxoris deficiente non eque dele[..] puniri cum in aliis est quae

S. xxxii. q. vi. c. vir.

S. xxvii. q. i. De filia eius / Solo. hic de occulto / ibi de manifesto.

S. p. di. xxiii. mulier. / i. de eo. di. iiii. Muli

et que post conscientiam in uiro nupsit alieno. De his etiam qui nescienter dormierit cum sorore aliena uel uxoris. De simpliciter fornicantibus, uel cum duabus sororibus, uel cum matre et filia, uel cum patre et filio. Quibus omnibus sic ignorantibus etiam coniugia non negantur; ita scientibus prohibentur penitus.

QUIDAM VIR

IN CAPTIUITATEM EST DUCTUS. Pro captiuitate uxor eius audiens illum mortuum nupsit alii. Demum ille de captiuitate rediens repetit uxorem suam. Illa posterioris amore capta aspernatur thorum prioris. Nunc primum queritur an sit rea adulterii que uiuente uiro suo alii nupsit. Secundo an redeunte isto sit cogenda recedere a secundo et redire ad primum. [marg.: nondum putauit suum uirum mortuum] Quod utique quod criminatur auctoritate Leonis pape qui scribens Niceto aquilegiensi episcopo ait. Que alicui nupsit putans uirum suum mortuum esse illo redeunte ad priorem redire cogatur.

Q. I. C. I

Cum per bellicam cladem et per grauissimos hostilitatis incursus ita quedam dicantur esse diuisa coniugia ut abductis in captiuitatem uiris femine eorum remanserint destitute. Que uiros proprios aut interemptos putarent, aut numquam a dominatione crederent liberandos, in aliorum coniugio sollicitudine cogente transierunt. Cumque statu rerum auxiliante domino in meliora conuerso nonnulli eorum qui putabantur perisse remeauerint: merito caritas tua uidetur ambigere quid de mulieribus que aliis sunt iuncte uiris a nobis debeat ordinari. Sed quia nouimus scriptum quod a deo iungitur uiro mulier: et iterum agnouimus preceptum ut quod deus iunxit homo non separet, necesse est ut legitimarum federa nuptiarum redintegranda credamus et remotis his que hostilitas intulit unicuique quod legitime habuit reformetur. Omnique studio procurandum est ut recipiat unusquisque quod proprium est. Non tamen culpabilis iudicetur, et tamquam alieni iuris inuasor habeatur qui personam eius mariti qui iam non esse estimabatur assumpsit. Sic enim multa que ad eos qui in captiuitatem ducti sunt pertinebant, in ius alienum transire potuerunt. Tamen plene iustitie est ut eisdem reuersis propria reformentur. Quod si in mancipiis uel agris aut etiam in domibus et possessionibus recte seruatur: quanto magis in coniugiorum redintegratione faciendum est, ut quod clade belli turbatum est pacis remedio reformetur. Et ideo si uiri post longam captiuitatem reuersi ita in dilectione suarum coniugum perseuerant ut eas cupiant redire in suum consortium, omittendum est et inculpabile iudicandum est quod necessitas intulit, et restituendum quod fides poscit. Et infra. Si autem aliqui mulieres ita posteriorum amore uirorum sunt capte ut malint his coherere quam ad legitimum redire consortium, merito sunt notande, ita ut etiam ecclesiastica communione priuentur. Que de re excusabili contaminationem criminis elegerunt, ostendentes sibimet pro sua incontinentia placuisse quod iusta remissio poterat expiare. Redeant ergo in suum statum uoluntaria redintegratione coniugia, neque ullo modo ad opprobrium male uoluntatis trahatur quod conditio necessitatis extorsit. Quia sicut hee mulieres que ad uiros suos reuerti noluerint impie sunt habende, ita ille que in affectum initum redeunt merito sunt laudande. [marg.: S. xxii. Q. iii. Inter ceteras; In de co. di. v. ...]

I. C. Item Innocentius Probo. Viro et uxore de captiuitate redeuntibus ad priora redeunt coniugia.

Cum in captiuitate Ursa mulier teneretur, aliud coniugium cum Restituta Fortunium commisisse cognouimus. Sed fauore domini reuersa Ursa nos adiit, et nullo diffitente se uxorem esse memorati perdocuit. Quare domine fili merito illustris statuimus fide catholica suffragante illud esse coniugium quod erat primitus gratia diuina fundatum, conuentumque secunde mulieris priore superstite nec diuortio eiecta nullo pacto esse legitimum.

I. C. Item ... admonendum ... Quod primo uiro relicto ii adhesit secundum relinquens priore recepto non potest. [marg.: S. xxvii. Q. ii. Si quis]

Non satis animaduertere potuit quid sit quod dicere uoluit alii uiro prius accepto. Certe a tamen uel multitudine nolentem rapuit, tamen prius non raptorem sed rapta dimisit. Legat

Decretum S. xxxii. Q. vii. Preceptum

Sponsam a secundo cognitam ad priorem redire non debere

libros Moysi invenimus et desponsatam viro: Si in civitate fuit oppressa et non clamavit, punitur quasi adultera. Si autem in agro oppressa, innoxia est et a violentium legibus subtrahitur. Ergo et ista soror, que vi dicitur vim passa esse, ab adultero iungetur; si vult corpus Christi accipere et non adulteram reputari, agat penitentiam. Ita duntaxat ut secundo viro, qui non appellatur vir sed adulter, amplius non copuletur. Quod si durum videtur et semel dilectum non potest deserere, nec preferre dominum voluptati, audiat apostolum clamantem: Non potestis calicem domini bibere et calicem demoniorum. Non potestis mense domini communicare et mense demoniorum. Et in alio loco: Que conventio lucis ad tenebras? Que consensus Christi ad Belial? Rem novam loquor, immo non novam sed veterem, que veteris testamenti auctoritate probatur. Si reliquerit secundum virum et reconciliari priori voluerit, non potest. Scriptum est enim in Deuteronomio: Si acceperit homo uxorem et habuerit eam, et non invenerit gratiam in conspectu eius propter aliquam feditatem, et scribat libellum repudii et dabit in manu illius, et dimittet eam de domo sua. Cumque egressa alterum maritum duxerit, et ille quoque oderit eam dederitque libellum repudii et dimiserit de domo sua, aut certe mortuus fuerit, non poterit eam prior maritus recipere in uxorem, quia polluta est et abhominabilis facta est coram domino, ne peccare facias terram quam dominus deus tuus tibi tradidit possidendam.

Non tenetur modo

C. Si autem inevitabili necessitate cogitur vir in aliam provinciam fugere, et uxor eum sequi noluerit, illo vivente innupta permaneat. Unde in eadem (?) ...

I lob. lib. viii. (?)

Quum in captivitate ducitur sequi non voluit maritum (?), innupta quamdiu ille vivit.

Si quis necessitate inevitabili cogitur in alium ducatum seu provinciam fugere, et uxor eius cum valet et potest amore parentum aut rerum suarum eum sequi noluerit, ipsa omni tempore quamdiu vir eius quem secuta non fuerit vivit, semper innupta permaneat.

C. Quod autem de coniugatis auctoritate Leonis supra dictum est, et de virginibus intelligendum videtur, ut si post consensum viro nupserit alieno, non teneat. Unde Augustinus in libro de fide et operibus: **Non est adultera virgo que nesciens viro nubit alieno.**

Si virgo nesciens viro nupserit alieno, hoc si nesciat, numquam ex hoc erit adultera. Si autem sciat, iam incipit esse ex hoc ex quo cum alieno sciens cubavit. Sicut iure prediorum tamdiu quisque bone fidei possessor rectissime dicitur quamdiu se possidere ignorat alienum. Cum vero scierit nec ab aliena possessione recesserit, tunc male fidei perhibetur, tunc iure iniustus vocabitur.

A. d. pre. hr. Sic. S. xxiii. Q. vi. (?)

C. Sic et ignorantia eum excusat qui nesciens dormivit cum sorore uxoris. Unde in concilio Triburiensi legitur:

Non cogitur deserere legitimam uxorem qui nescius dormivit cum sorore eius. S. xxviii. q. i. Quod autem.

In lectum mariti absente uxore soror uxoris intravit, quam ille uxorem suam esse putans dormivit cum ea. Super hoc visum est, si postea hoc probaverit quod inscius fecit hoc scelus, post quam penitentiam que indicata fuerit, agat legitimum suum coniugium ... habere permittatur. Illa autem digna vindicta affligatur, et in eternum coniugio privetur.

C. De simplicibus vero fornicantibus, vel cum duabus sororibus, vel cum matre et filia, vel cum patre et filio, tenendum est, ut ignorantibus coniugia non negentur, scientibus perpetuo prohibeantur. Unde in eodem concilio legitur:

Matrimonia legitima non prohibeantur his qui per ignorantiam in incestum (?) ...

Si quis cum duabus sororibus **ignorantia excusat.** fornicatus fuerit, et soror sororem ab eodem antea stupratam nescierit, vel se sororem eius quam ante stupraverit non intellexerit, si digne penituerit, et se continere non valuerit, post annos VII coniugia illis non negentur. Si autem ignoraverit, usque ad mortem a coniugio abstineat. Item ex eodem. Si quis cum matre et filia fornicatus est, ignorante matre de filia et filia de matre, ille numquam accipiat uxorem, ille vero si voluerint accipiant maritos. Si autem hoc scierint, ipse femine absque maritis perpetuo maneant. Item ex eodem. Quidam fornicatus est cum quadam muliere, et ipsius filius nesciens patris factum stupravit eandem. Modo cum pater rescierit de se filioque et confessus est, statuimus melius esse ut taliter lapsis coniugia post legitimam penitentiam permittantur, quam forte deterius delinquant. Fornicatio autem sine spe coniugii maneat.

S. pe. Q. iii. Sic; S. xxvii. Q. ii. Quod; S. xxxii. Q. vii. ... (?)

S. xxvii. Q. ii. Sic sponsa (?)

N........E.......A..........T.

N. xxx.v. C.

De incestuosis agitur, in quo ostenditur quod usque in septimum gradum consanguinitatis, vel usque dum generatio recordatur aut in memoria retinetur, non ex propria cognatione nec ex consanguinitate uxoris liceat alicui aliquam uxorem ducere. Si vero contra statuta canonum aliqui copulati fuerint, separabuntur, nec licebit eis alias uxores ducere aut accipere quamdiu utrique vivunt, nisi ignorantia excusentur. In ea quoque agitur de his qui extra ordinem polluuntur, non ordine nature; de his etiam quibus bis gradibus permissum sit vel quarta vel v. generatione coniungi (?). De his quoque qui per affinitatem coniunctione uxoribus puniuntur (?), probantur usque in quem gradum ab earum coniunctione sit abstinendum, et duorum consobrinorum coniuges uni viro accipere non liceat. Item et o. quam usque

ad .vi. vel septimum gradum consanguinitatis coniunctio prohibeatur, et quoto consanguinitatis gradu computandi sint, et quoto in gradu affinitatis qui fratrem sororemve uxoris cognati dicantur. Quare aliis usque ad sextum, aliis usque ad .vii. gradum consanguineis iungi prohibeamur. Ibidem in .q. quibus accusantibus vel testificantibus consanguineorum coniunctio dirimenda sit, et in confessioni utriusque fides habeatur, et in periculo suo relinquantur, si, accusatione facta, adiurati se consanguineos esse negaverint. In ea questione ostenditur quod sinodale iuramentum quod separationis quod receditur (?) a uxoris, et quod nulli liceat occasione consanguinitatis uxorem suam dimittere et aliam ducere, nisi causa primum probata. Ibidem etiam demonstratur quod unius testimonio coniugia dissolvi non debent. Quare etiam negantur esse filii qui de incestuosis nascuntur. De his etiam ibidem agitur qui ignorantes coniuncti sunt in quarto gradu consanguinitatis vel affinitatis, dispensatione ecclesie relinquuntur (?). Ibidem etiam demonstratur quod hi qui coniunctionem incestam illicitam habebunt, in eam conditionem coniugii melioris libertatem non habeant (?), in eodem crimine usque ad mortem alterius eorum contumaciter perseveraverint. Quare in ea si ecclesia fraude testium aliquando ignorantia eorum decepta aliquos perseparavit, quique post separationem alia coniugia contraxerint, si postea deprehensa fuerit calliditas vel falsa opinio testium, an falsa sententia ecclesie sit retractanda. De ea quoque que ad secundas nuptias transit, utrum in eadem affinitate consanguineorum prioris viri remaneat, an soboles ex secundis nuptiis suscepta consanguineis prioris viri copulari possit, ibidem similiter queritur.

QUIDAM MORTUA uxore sua aliam sibi matrimonio copulavit, quam uxor defuncta .iiii. gradu consanguinitatis, vir autem .v. linea consanguinitatis attinebat. Post triennium liberis ex ea susceptis accusatur apud ecclesiam. Iste pretendit ignorantiam. Hic primum queritur, an liceat aliquam ex propria cognatione ducere in uxorem. Secundo, si ex consanguinitate uxoris aliquam possit in coniugem duci. Tertio, usque ad quem gradum quisque debeat abstinere sive a propriis sive ab uxoris sue consanguineis. Quarto, quare usque ad .vii. gradum consanguinitas computatur, ita quod nec ultra protenditur nec infra subsistit. Quinto, quomodo gradus consanguinitatis computandi sint. Sexto, qui iurare vel iurando propinquitatem firmare debeant. Septimo, an illi qui de incestuosis nati sunt filii reputentur. Octavo, si ignorantes de consanguinitate vel affinitate aliquam in uxorem duxerit, an ex dispensatione possit viro suo adherere. Nono, si contingit ecclesiam decipi, et causa consanguinitatis aliquam a viro suo separari, que post quadriennium nuptiis aliis celebratis deprehenditur non fuisse consanguinea prioris, an secunda coniugia sint rescindenda, et priora sint redintegranda. Decimo, si relicta alicuius de propria cognatione ad secundas nuptias transierit, an proles ex ea suscepta possit pertingere ad consortium alicuius de cognatione prioris viri.

q. I

Quod consanguineas in matrimonium nobis ducere liceat, exemplis et auctoritatibus probatur. Abraham namque Saray filiam fratris sui, sororem videlicet Loth, in uxorem duxit. Ysaac Rebeccam in coniugem accepit, que erat filia consobrini matris sue. Iacob duas sorores, Liam videlicet et Rachel, filias Laban avunculi sui, matrimonio sociavit. In lege quoque precepit Dominus Moysi ut nullus duceret uxorem nisi de tribu et familia sua. Item si aliquis absque liberis moreretur, precepit Dominus ut frater eius uxorem defuncti sibi copularet, et ex ea semen fratri suo suscitaret. Porro ad quoscumque lex propria pervenit, eius preceptis probantur obnoxii, nisi quando evangelicis mandatis vel apostolicis institutis evacuata monstratur. Nullo autem evangelico precepto vel apostolico instituto consanguineorum coniunctiones prohibite inveniuntur. Unde sicut ab initio ita et nunc licite probantur. His ita respondetur: Consanguineorum coniunctiones alias causa necessitatis permisse, alias causa rationis inveniuntur in parte. Cum enim unus ab initio vir atque una ex latere eius mulier adeo formaretur, necessario sorores fratribus copulabantur. Quod autem necessitate cogente fit, cessante necessitate pariter cessare oportet. Tanto quoque nunc damnabilius usurpatur consanguineorum coniunctio, quanto omnino necessaria probantur coniugia. Unde huiusmodi copula a lege prohibita invenitur Domino dicente per Moysen.

C. q. si sub fugit (?) p. matrimonium est revocanda.
C. sursum deorsum (?) ...
C. consanguinei vel alii ...
C. utrique si ignorant ...
S. vii. q. i. Olim
S. i. q. i. Quapropter (?)

turpitudinē sororis tue n̄ reuelab'. Hinc
aug' ait in libro de ciuitate di. Qr̄ consti
tutū sit ne consanguineas ducamus
Cum g' genus humanū p' p'ma uxores.
copulam uiri facti ex puluere. & coniugis ei ex
uirilate marium feminarumq; commixtione
op' h'ret ut gignendo multiplicarent. nec
essent ulli homines n' qui ex ill' duob; na
ti fuiss&. Uiri coniuges sorores suas ac
ceper&. q(uo)d p(er)fecto q̄nto ē antiquius c(om)pellente
necessitate. tanto p(ost)ea factū ē dāpnabili'
religione p(ro)hibente. Habita ē enī rō rc̄tis
sima caritatis ut hōies quib; eēt utilis atq;
honestissima concordia diuersor; necessitudi
nū uincul' necterent. n' unus in uno mul
tas h'ret. s; singule spargerent in singulos
ac sic ad socialem uitā diligentius plurime
plurimos optinerent. Pat' quippe & socer
duarum s̄ necessitudinum nom̄a. Dū g' quis
aliū h't patrem aliū socerū nu'osi' caritas se
porrig'. Utrūq; aut' un' adā eē cogebat'.
& filiis & filiabus suis qn̄ fr'es sororesq; c(on)iu
gio iungebant'. Sic & eua uxor eius utriq; se
xui filior; fuit & socrus & mat'. Q̄ si due
femine fuissent altā mat' altā socrus.
copiosi' se social' dilectio colligaret. S; & h;
unā fieret. tuc n' erat qn̄ n' fr's & sorores ex
ill' duob; p'mis nulli homines erāt. Fi
eri g' debuit q(uo)d potuit ut existente copia
unde ducerentur uxores q' iā n' erāt sorores.
Non solū illud n' fie(re)t s; ubi nulla necessita
eēt q(uo)d humano gn̄e c̄scente. & int' impio
dō; m'torū falsorūq; cultores sic obs(er)
uarent cnm'. Ut & si p(er)uersis legib; p(er)mitterent
f(ra)t(er)na coniugia melior tn̄ c(on)suetudo ip̄am
mallet exorrere licentiā. sicq; ad u'setur
q' nūquā lic' potuit. Copulatio g' maris
& femine q'ntū attin& ad gen' humanū q(uo)d
dā seminariū ē caritatis. Celestis u' caritas
op' h't. ut noxā gn̄ationis euadat.
Hactenus q' c(on)suetudine q' ab ip̄o exordio
humane p(ro)pagationis originē habuerūt. q' nul
la unquā lex eē inhibito euacuauerat.
Excusantur. abraā. ysaac. & iacob. & ceti
qui de p(ro)pria cog(na)tione ducebāt uxores q'
nis & alia cā rectissime rōnis q(ui)d factū
sit possit intelligi. Ceteris ydolatria fedatis
sola familia heber; in cultu' uni' di reman
sit. Un' abrahā a chaldeis cū fr'e suo in ignē
quē adorare noluit p(ro)iectus ē. ut numī
sue diuinitatis ex urēdo s'tiret. quē uē
nerando colere contēpsit. Neq; ex coniunctionē
infidelium fideles ad ydolatriā p(er)traherent'. ita
dm̄ offenderent. sic quondā ant diluuium filii
di commixti cū filiab; hominū ip̄m ad ira
cundiā p(ro)uocauerant. rectissime cautum
ut patriarche uiri sc̄issimi n' n' de p(ro)pria cog(na)ti
one. & de familia fideliū s' uxores accip(er)ent.
Hinc & cū filiis isrl' in t(er)rā rep(ro)missi
onis a dn̄o audiret. ne filias chananeo(rum)
s' in uxores accip(er)ent. nec suas eis nuptum
traderent statum subiungens dicens. ne faciant
uos recedere a dn̄o uro. & fornicari cū diis
alienis hinc & esdras ydumeas atq; aliaru(m)
nationum mulieres. p(ro)p(ter) q's filii isrl' ibant ad
deos alienos ab eis separari iussit. & talia cā
q're consanguineorū coniunctiones' tēp(or)e p(ri)
mū p(er)misse l' potius impatre fuint. Ds
sic ab initio salutē humani gn̄is disp(e)n
sauit. ut p'mitiuā ecc'ā nullo p(ro)p(ri)o instituit(?)
qui s' carnis c(on)sanguinitate erat p(ro)pinquu(s).
Un̄ de plebe iudaica p'mū ap(osto)los eleg' q's q'
fundamta eccl'e instituit q(uo)r(um) p(re)dicatione de
ead' plebe multi ad chr'm c(on)u(er)si. in sc(ri)p(tu)ris
originē eccl'e p(re)stiterunt. Dein in cecitate sue
p(er)fidie iudaica plebe relicta. ad gentes q' a fide
quam cognatione carnali a x(rist)o erant aliene. p(re)dicatio euangelii t(ra)nslata ē
& quasi consanguinee copulam x(rist)us aspernatus. de aliena cogna
tione sibi uxorē elegit. adimplens illud q(uo)d p(er) p(ro)ph(et)am p(re)dixerat. In
peccatis uiris dimisi matrem urā q' ablatam
& repudiatā. Et iterū p(er) aliū p(ro)ph(et)am. Voca
bo n' plebē meā plebē meā. In huius rei sa
c(ra)mentū consanguineo(rum) c(on)iunctiones p'mū i(n) p(ro)
p(er)misses nunc aut' p(ro)hibite. Et q(ui)a n' iu(n)a
tm̄ familia. sed in omni multitudine gentium
fideliū p(ro)p(ri)e inuenit. n' de p(ro)pria cog(na)tione s;
de q(ui)lib& alia cuiq; uxorem ducere c(on)cedit(ur).
Illud aut' q(uo)d p(re)cepta legis s(er)uanda dicit'
q' nec euangelicis n' ap(osto)licis institutis e
uacuata p(ro)bant'. uerū quidē ē s(ecundu)m illa om̄a
figuralia ap(osto)l's p(ro)bat ad t(em)p(u)s eē data. atq;
tū ueniente ueritate a s(er)uatum illa n' ult'.
eē s(er)uanda. H aut' ut sup(er) monstratū ē cā
sacrm̄ta a dn̄o instituta eē p(ro)bat' & h(uius)m(od)i c(e)t(er)is
figuralib; euacuatā e(ss)e c(on)stat.
q(ua)q(ua)m sic ap(osto)l's q(ui)dā c(on)fitendo adludit q'
euangelicis p(re)ceptis n' inueniebant' dif

C. q. d. nuptie t(er)ra(m), uirg(initas) celū replet.

D. xxviii. Q. ii. Si infidelis

finita. nec tamen ideo tanquam temeraria et superflua ab aliis apostolis fuit repudiata. sic et ecclesia post apostolica instituta quedam consilio perfectionis addidit ut puta de continentia ministrorum, de confectione misteriorum, de celebratione officiorum. que nulla tamen sunt respuenda sed diligenti veneratione suscipienda. Consanguineorum quoque coniunctiones quamvis evangelicis et apostolicis preceptis non inveniantur prohibite: sunt tamen fugiende quia ecclesiasticis institutionibus inveniuntur interdicte.

gl. II. et III.

Quia quoque a consanguineorum coniunctionibus sic probatum est abstinere oportet. unde nunc videndum usque ad quem gradum a consanguineis suis abstinere oporteat. vel si ex cognatione sue uxoris aliqua duci in coniugem liceat. De his scribit ita Gregorius papa. Usque in vii. generationem de sua cognatione nullus ducat uxorem.

De affinitate consanguinitatis per gradus cognationis placuit usque ad septimam generationem observare. Nam et hereditas rerum per legales instrumentorum diffinitiones sancitas usque ad septimum gradum protendit heredum successionem. Non enim eis succederent nisi eis de propagine cognationis deberetur.

Item Calixtus. Infamia notantur qui consanguineas ducunt uxores.

Coniunctiones consanguineorum fieri prohibete, quia has et divine et seculi prohibent leges. Leges ergo divine hoc agentes et eos qui ex eis prodeunt non solum eiciunt sed maledictos appellant. Leges vero seculi infames tales vocant et ab hereditate repellunt. Nos vero sequentes patres nostros infamia eos notamus et infames esse censemus, quia infamie maculis sunt aspersi. nec eos viros nec accusatores quos leges seculi reiciunt suscipere debemus. Eos autem consanguineos dicimus quos divine et imperatorum ac Romanorum atque Grecorum leges consanguineos appellant et in hereditate suscipiunt nec repellere possunt. Item Fabianus papa. Affines in v. generatione copulari possunt.

De propinquis qui affinitate per virum et uxorem veniunt defuncta uxore vel viro in quinta generatione coniungantur; in quarta si inventi fuerint non separentur. In tertia vero propinquitate non licet uxorem alterius accipere post obitum eius. Eque enim vir coniungatur in matrimonio consanguineis suis uxoris sue et consanguineis suis post mortem uxoris sue. Item Gregorius.

Qui propinquam sanguinis sui uxorem duxerit et separantur non licebit eis alias uxores in coniugio sociare quamdiu utrique vivunt. Nisi ignorantia excusentur. Unde ex concilio apud Vermeriam. Non prohibentur ducere uxorem qui ignoranter.

Si quis cum matre et filia fornicatus est incestum committit. Si quis ignorante matre de filia et filia de matre, ille nunquam accipiat uxorem. Ille vero si voluerint accipiant maritos. Si autem sciverint ipse femine absque maritis periculo maneant. Item ex eodem. Si homo fornicatus fuerit cum muliere et frater eius nesciens eandem duxerit uxorem, frater eo quod eam celaverit peniteat, et post penitentiam nubat. Mulier autem usque ad mortem peniteat et sine spe coniugii maneat.

De his vero qui ignoranter coniunguntur certe auctoritates inveniuntur. Unde Iulius papa. Ex propinquitate sui sanguinis vel uxoris usque in septimum gradum nullus ducat uxorem.

Nullum in utroque sexu permittimus ex propinquitate sui sanguinis vel uxoris usque in septimum generationis gradum uxorem ducere vel incestu macula copulari. propter illud quod addicimus quia sicut non licet cuiquam christiano de sua consanguinitate, sic nec licet de consanguinitate uxoris sue coniugem ducere propter carnis unitatem. Item ex concilio Agathensi. Incestuosi nullo coniugii nomine digni.

De incestis coniunctionibus nichil prorsus venie reservamus nisi cum adulterium separatione sanaverint. Incestos vero nullo coniugii nomine deputandos, quos etiam designare funestum est, hos enim esse censemus. Si quis relictam fratris que pene prius soror extiterat carnali coniunctione polluerit, si quis fratris germanam uxorem acceperit, si quis novercam duxerit, si quis consobrine se sociaverit, si quis relicte vel filie avunculi misceatur aut patrui filie vel privigne sue, aut qui ex propria consanguinitate aliquam aut quam consanguineus habuit concubitu polluerit aut uxorem duxerit. Quos omnes et olim et sub hac constitutione incestos esse non dubitamus. Tamen cathecumini usque ad legitimam satisfactionem maneant, et orare precipimus. Que tamen ita a presenti tempore prohibemus ut ea que sunt acta et constituta non dissolvamus. Sane quibus coniunctio illicita interdicitur, habebunt ineundi melioris coniugii libertatem. Item ex concilio Ilerdensi. Usque ad satisfactionem excommunicentur.

De his qui se incestu pollutione commaculant pla

J. e. c. Q. vi. Si duo et Q. viii. h. salu

S. xx. Si quis cum C. penit

J. xxvii. Q. ii. Q. de

J. inst. de nupt. J. xxvi. Q. i. C. i.

J. e. Q. viii. h

Ante quam sic coniungant. Alter ... esse invenit. ut dic. de ignoranter coniunctis.

J. e. Q. viii. C. ult.

C. de nupt. ce. Cele

S. iii. et iiii. Calixt. Consanguinei. J. e. Q. vi. Si duo. S. iii. Q. v. Accu. S. vi. Q. i. Infames

Aliud est ipa... vel a p... iuncta. v. J. e. Q. viii. h. salubre

Ecce summa capituli. Si quis ducit in coniugem propinquam scienter. uel non ducens polluit. naturali ordine nullus christianus debet eam in matrimonium ducere. Ut si extraneus aliquam habuerit coniugem. ut si maculauit eam naturaliter. nullus eius consanguineus debet eam habere in matrimonio.

cuit quisque in ipso detestando et illicito carnis coniubinio perseuerint. usque ad missam tamen catecuminorum mecum admittantur. Cum quibus nec cibum sumere ulli christianorum sicut apostolus instituit licebit. Item Gregorius ad Felicem messene ciuitatis episcopum.

Nullus ducat uxorem a consanguineo suo cognitam. uel aliqua pollutione maculatam.

Nec eam quam aliquis ex propria consanguinitate coniugem habuerit. uel aliqua illicita pollutione maculauerit in coniugium ducere nulli christianorum licet. uel licebit. quia incestuosus est talis coitus et abhominabilis deo et cunctis bonis hominibus. Incestuosos uero nullo coniugii nomine deputandos a sanctis patribus statutum esse legimus.

Naturae uidetur ordine. sed extra ordinem non sic. Ait enim Urbanus secundus Graciano neapolitano episcopo.

C. xxxii. Q. vi. Adul

Extraordinaria pollutio matrimoniale non impedit. si

Extraordinaria pollutio non in maritalibus. secretum admissa. uel sepius iterata. cum maritale effectum subtilius sacramentis ita constituit. quemadmodum nobis significatum est litteris. non uidetur matrimonium impedire quamuis ipsa criminosa sit et dampnabilis. Item Iulius papa.

Extra qui si extra ordinarie polluta est a consanguineo. propter extraneo nubere potest. si uero ab extraneo. fratri est eiusdem

Nullus ducat in coniugem relictam consanguineorum uxoris sue usque

Et hoc statutum est ut relictam patris uxoris sue. relictam fratris uxoris sue. relictam filii uxoris sue nemo in matrimonium sumat. relictam consanguineorum uxoris sue usque in ultimam progeniem nemo in uxorem sumat. In quarta autem et quinta si inuenta fuerint non separantur. Item idem.

A consanguineis propriis uel sue uxoris pariter cuique est abstinendum

Equaliter uero coniungat consanguineis propriis et consanguineis uxoris sue. Item Isidorus uel ex concilio maticensi.

In parentela propria et coniugis eadem consanguinitas est obseruanda.

In c. Q. x. c. i.

Sane consanguinitas quam in proprio coniugio seruanda est uiro hanc in uxoris sue parentela de lege nuptiarum custodienda est quia constat eos duos fuisse in carne una. Ideo quoque communis illis utraque parentela credenda est sicut scriptum est. erunt duo in carne una. Item Augustinus. Uxor non alteri deputatur quam filia.

In titulo de nupt. c. Affi

Si uir et uxor non una sunt. fit una caro. non aliter nurus deputanda est quam filia. Item Gregorius episcopis gallie.

Usque ad .vii. generationem progeniem suam unusquisque que seruare oportet.

In c. Q. viii. c. i. c.

Progeniem suam unumquemque usque ad septimam obseruare decernimus generationem. et quamdiu se agnoscunt affinitate propinquos: ad coniugalem copulam accedere denegamus. quod si fecerint separentur. Item Nicholaus

Amalfitane sedis suffraganeis de eodem.

C. de concubi

C. di. xxviii. quod dicitur christiano

De consanguinitate sua nullus uxorem ducat usque post generationem septimam. uel quousque parentela cognosci poterit. Laicus uero uxorem suam simul et concubinam habens non communicet ecclesie. Item ex concilio guarmatiensi. Quousque inter aliquos generatio recordatur aut in memoria retinetur.

In copulatione fidelium sibi iungi non expedient. generationis numerum non diffinimus. sed statuimus ut nulli liceat christiano de propria consanguinitate seu cognatione accipere uxorem. usque dum generatio recordatur. et cognoscitur. aut in memoria retinetur. Item ex concilio lugdunensi. Ex propinquitate sui sanguinis usque in .vii. gradum nullum ducat uxorem.

C. xxx. Q. v. c. i. et Q. iii. Alter

Nullus ex propinquitate sui sanguinis usque ad septimum gradum uxorem ducat neque sine benedictione sacerdotis. Qui autem nupturi erant a sacerdote benedici cum nube audiant.

Premissis auctoritatibus quicumque prohibentur coniunctione consanguinearum usque in septimam generationem. Sed obicitur illud Gregorii ad Augustinum anglorum episcopum. Anglicis permittitur in .iiii. uel .v. generatione copulari.

C. xxx. Q. v. c. i.

Quedam lex romana permittit. ut siue frater siue soror. seu duorum fratrum germanorum siue duarum sororum filius et filia misceatur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere. Unde necesse est ut quarta uel quinta generatio fidelium licenter sibi iungatur.

C. de nupt. Celebra

C. xxxii. Q. viii. q

Sed de hoc nolumus preterire quod Gregorius per multum temporis a Felice messine ciuitatis sicilie presule requisitus. utrum Augustino scripserit ut anglorum quarta generatione contracta matrimonia minime soluerentur. inter cetera talem rationem reddidit. quod scripsi Augustino anglorum genti episcopo alumno uidelicet tuo. ut recordaris scripsi in anglorum gente que nuper ad fidem uenerat ne a bono quod ceperat metuendo austeriora recederet. specialiter non generaliter me cum scripsisse cognoscas. Unde et mihi omnis romana ciuitas testis existit. Nec ea intentione hec scripsi mandata. ut postquam firma radice in fide fuerint solidati. si infra propriam consanguinitatem inuenti fuerint non separentur. aut infra affinitatis lineam .i. usque ad .vii. generationem iungantur. Sed quia adhuc illi neophiti existunt. eis primum illicita consinuare. et eos uerbis ac exemplis instruere oportet. Nam iuxta apostolum qui ait. lac dedi uobis potum non escam. illis modo non potestis uel prefixum est temporibus te-

Extra Quamuis ad anglicos. Alibi tamen inuenitur. quod non permisit prius copulari. sed copulatos sic manere.

nenda in dulcissimus, ne bonum quod in infirmaria dicte plantatum erat excuteretur: si aliquando tutum firmaretur, et usque ad perfectionem educeretur. Item obicitur illud Cabillonensis concilii.

In quarta vel vi. generatione nullus amplius copuletur coniugio.

Contradicimus ut in quarta vel quinta vi. que generatione nullus amplius coniugio copuletur. Ubi autem post interdictum factum fuerit, inventum separetur.

Hac auctoritate dum vi. generatione coniugium interdicitur, in septima permitti videtur. Sed gradus cognationis a quibusdam varie computantur. Alii namque patrem in primo gradu, filios in secundo posuerunt. Alii primum gradum filios appellant, negantes gradum cognationis inter patrem et filium esse, cum una caro probentur pater et filius. Auctoritates quoque consanguinitatis cautela usque in vii. gradum prohibentes, patrem posuit in primo gradu. Ille vero qui usque ad vi. gradum prohibent, primum gradum filios appellat. Atque ita fit ut eedem persone hac diversitate inveniantur in vi. vel vii. gradu. Item illud Fabiani quo affines in v. generatione copulari iubentur videtur esse contrarium illi decreto Iulii pape: Sicut non licet ulli christiano de consanguinitate sua, sic non licet de consanguinitate uxoris sue coniugem ducere propter carnis unitatem. Similiter invenitur contrarium illi capitulo Gregorii: Nec eam quam ex propria consanguinitate coniugem habuit etc. Sed illud Fabiani intelligendum est de duabus personis inter se affinitate coniunctis: ut si uxores duorum fratrum sibi contingunt, una eorum alterius matrimonio copulari post mortem eius non potest, affinem superstitem in coniugem ducere non in v. gradu affinitatis inveniantur. Unde quicumque alicui in uxorem duxerit, post mortem eius uxorem prioris gradu ducere non potest. Hinc etiam Iulius papa ait: Relictam consanguineorum uxoris sue, nec non et consanguineam uxoris sue seu relictam consanguineorum usque in quartam generationem nullus ducat uxorem.

Illud autem Gregorii intelligendum est: quod nullus de consanguinitate vel uxoris sue vel post mortem alicuius eorum, nullus de cognatione defuncti superstes matrimonio copuletur. Demonstratum est usque ad quem gradum quisque a propria consanguinitate vel cognatione sue uxoris abstinere debeat. ~~Quare autem usque ad vii. gradum consanguinitatis coniunctio prohibeatur, Debeatis (?) Ysidorus ethimologiarum lib. xi. cap. vi.~~ Pascalis vero secundus regino episcopo: De eo genere affinitatis affingit, quod copulam non ulterius gradum invenimus prohibita. Aurem...

Uxoris in primo genere affinitatis secundum vero in secundo.

Duorum consobrinorum coniuges uni tercie nubere non possunt.

Porro duorum consobrinorum coniuges non possunt, quamvis diversis temporibus, unum virum alteram post alterius obitum nubentem patiatur auctoritate canonica propter honestatis iusticiam accedere. Et novit prudentia vestra quod sicut ab uxoris sic a viri consanguineis abstinendum est.

Quare usque ad vii. gradum consanguinitatis coniunctio prohibeatur. Debeatis ascribit Ysidorus ethimologiarum libro xi. cap. vi.

Q. IIII.

Consanguinitas, dum usque ad vii. gradum consanguinitatis observetur, dum se paulatim propaginum ordinibus dirimens usque ad ultimum gradum se subtraxerit, et propinquitas esse desierit, tunc primum lex matrimonii vinculum eam recipit, et quodam modo revocabit fugientem. Ideo autem usque ad vi. gradum consanguinitatis constituta est, ut sicut vi. etatibus mundi generatio et hominis finitur status, ita propinquitas generis tot gradibus terminetur.

Q. V.

De gradibus vero consanguinitatis quomodo computandi sint, beatus Ysidorus sic loquitur. Quomodo dirimuntur gradus consanguinitatis.

Series consanguinitatis vi. gradibus hoc modo dirimitur. Filius et filia, quod est frater et soror, sit ipse truncus; illis seorsum seiunctis, ex radice illius trunci egrediuntur isti ramusculi: nepos et neptis primus; pronepos et proneptis secundus; abnepos et abneptis tercius; adnepos et adneptis quartus; trinepos et trineptis v.; trinepotis nepos et trineptis neptis vi. Item Alexander ii. Neapolitanis clericis et omnibus episcopis atque iudicibus per Italiam constitutis scribit de hoc modo ita dicens. Quomodo sint computandi gradus consanguinitatis.

Ad sedem apostolicam perlata est questio noviter exorta de gradibus consanguinitatis, quam quidam legum et canonum imperiti excitantes eosdem propinquitatis gradus contra sacros canones et ecclesiasticum morem numerare nituntur, novo et inaudito errore affirmantes quod germani fratres vel sorores inter se sunt in ii., filii eorum vel filie in quarta, nepotes vel neptes eorum in vi. Taliterque progeniem vel progeniem computantes, in huiusmodi vi. gradu eam terminantes dicentes deinceps viros et mulieres inter se posse nuptialia iura contrahere. Et ad huiusmodi prophanum errorem confirmandum in argumento assumunt seculares leges, quas Iustinianus imperator promulgavit de successionibus consanguineorum, quibus confisi ostendere moliuntur iure in ii. gradu esse in matos filios eorum in quarto, nepotes et neptes in vi. Sic seriem genealogie terminantes mutationem secundum patrum et antiquam ecclesie computationem ad nos usque perductam perversa quadam calliditate disturbare vel destruere nituntur. Nos vero domino annuente hanc questionem discutere curavimus in sinodo habita in Lateranensi consistorio, convocatis

Quia a non durat prima propinquitas, ut non inveniuntur nomina quibus sufficient.

Tria sunt genera affinitatis. Omnis vir consanguinei consanguineeque uxoris sunt viro in primo genere affinitatis, et econverso. Omnes vero uxores consanguineorum et viri consanguinearum uxoris sunt viro in secundo genere, et econverso. Omnes viri et uxores affinium uxoris sunt viro in tercio genere, et econverso. In primo quidem genere sic est abstinendum ab affinibus sicut a consanguineis. In secundo vero in v. gradu copulantur, in iiii. si inventi fuerint non separantur. In tercio genere in tercio gradu coniunguntur, in secundo si inveniuntur non separantur. Persona addita per copulam mutat genus, sed non gradum; per generationem gradum et non genus.

Secundum leges pater est in primo gradu, filii in secundo. Sic filii nepotum ad patruum in tercio. Inter se vero nepotes sunt in iiii., et sic de ceteris inferioribus.

ad hoc operae clericis temporis atque iudicibus diversarum provinciarum. Denique dum intitulatis legibus et sacris canonibus distincte invenimus ob aliud atque aliud causam alteram legum fieri, alteram canonum computationem. In legibus siquidem ob nichil aliud ipsa graduum intitulatio facta est, nisi ut hereditas vel successio ab una ad alteram personam inter consanguineos deferatur. In canonibus vero ob hoc progenies computatur, ut aperte monstretur usque ad quotam generationem a consanguineorum sit nuptiis abstinendum. Ibi prescribitur ut hereditas propinquis in legitimo conferatur. Hic vero ut rite et canonice inter fideles nuptie celebrentur. In legibus distincte non numeratur gradus nisi usque ad .vi. in canonibus autem usque ad .vii. distinguntur generationes. Hac igitur de causa quia hereditates nequeunt deferri nisi de una ad alteram personam, idcirco curavit secularis imperator in singulis personis singulos preficere gradus. Quia vero nuptie sine duabus non valent fieri personis, ideo sacri canones duas in uno gradu constituere personas. Utramque tamen computationem si attente ac subtiliter perspecta fuerint, idem sensisse et eandem in eis sententiam esse atque ad eundem terminum convenire manifestissimum erit. Iustinianus namque usque ad quem gradum consanguinitas protendatur in suis legibus diffinivit. Canones vero ultra .vii. nullam numerant generationem. .vii. quippe gradu determinato in ipsis legibus subintulit imperator. Hactenus ostendisse sufficiat quemadmodum gradus cognationis numerentur. Namque ex his palam est intelligere quemadmodum ulteriores gradus numerare debeamus. Generatio quippe per gradum additur. Ecce in his verbis aperte ostenditur tales gradus quales isti computant non tantum usque ad .vi. verum etiam ultra numerare debere. Quippe cum ultra sextum ulteriores gradus numerandos esse decernat, ubi et ulteriores nominat gradus, aperte indicat non sex tantum esse gradus, sed .vi. finitis adhuc alios numerandos. Non mirum cum in precedentibus ipse firmaverit imperator usque decimum in gradu quasi dicendo non esse tantum sex. Luce clarius constat. Hoc igitur [illegible] si ipse intendat. Quis autem istiusmodi perculit errorem? Enim vero si et secundum leges inter agnatos vel cognatos defertur successio, consanguineos esse non dubium est. Neque enim si succederent nisi inter se teste Iustiniano in .x. gradu sibi attinerent. Consanguinei igitur sunt qui sic sibi succedunt, quia si in decimo gradu consanguinei sibi extiterint:

Non est ergo terminata consanguinitas ut isti fatentur in .vi. tantum gradu. Quod igitur dicetur computatis namque gradibus sic isti numerant. Aut finitur consanguinitas in .vi. gradu aut non. Si autem finitur, false erunt leges quibus isti nituntur, que in .x. gradu sibi succedere consanguineos iubent. Quod si non finitur consanguinitas in huiusmodi gradu .vi., falsidici erunt isti qui volunt ultra .vi. gradum nolle computare consanguinitatem. Et ergo aut leges erunt false aut isti qui sic finiunt generationem. Sed vero cum dicunt leges vel acceperint canones, dicamus ideo veritas habet, scilicet quia terminatur consanguinitas in huiusmodi .vi. gradu, terminatur in .vii. secundum canones gradu. Utraque enim computatio sic supra diximus uno fine concluditur. Namque duo gradus legales unum gradum canonicum efficiunt. Fratres itaque quos seculares leges dicunt in secundo gradu, iuxta canones numerantur in primo. Filii fratrum qui illic numerantur in .iiii. hic computantur in .ii. Nepotes vero qui ibi in .vi. hic numerantur in .iii. Sic deinceps que legibus scribuntur in .viii. et .x. in canonibus diffiniuntur in .iiii. et .v. Atque hinc de reliquis sciendum est, ut quos canones dicunt in .vi. vel in .vii., secundum leges accipiuntur in duodecimo vel in .xiiii. Hanc computationem intelligens predictissimus papa Gregorius, dum quereretur in quota generatione fideles coniungi debeant, ipsas seculares leges in testimonium adducens Augustino Anglorum episcopo sic rescripsit: Quedam terrena lex in Romana republica permittit, ut sive fratris vel sororis seu duorum fratrum germanorum vel duarum sororum filius et filia misceantur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere. Unde necesse est ut iam in .iii. vel quarta generatione copulatio fidelium licenter sibi iungi debeat. Nam a secunda quam prediximus omnino debent abstinere. Ecce hic aperte monstratur filios vel filias fratrum in secunda generatione numerari, et si fratrum filii vel filie numerantur in .ii., fieri non potest ut ipsi fratres non sint in prima. Quod si fratres computantur in prima, filii eorum in .ii., dubium non est quin eorum nepotes sint in .iii., pronepotes in .iiii. Sic et reliquos usque ad .vii. Sciendum quoque ex his sancti Gregorii verbis quibus ait: .iii. vel in .iiii. generatione copulentur fideles, occasionem acceperunt illi certamina contendi, dicentes se licere hoc facere post quartam. Predictissimi doctores sua sententia diffiniunt. Istud quoque [illegible]

In institutis de succ. cog.

I de gradib. cognat.

uel animo de fide titubantur: ad uitandam mei
dem patris sententiam non hic generaliter cunctis:
sed specialiter anglorum genti mandasse:
Nam post modum a Felice messane sicule
presule requisitus. sibi quod augustino man
dauerat generaliter cuncte ecclesie tenendum esse:
apertissime monstrauit. non aliis hoc quod illi
genti mandasse. ne bonum quod ceperant me
tuendo austeriora desererent. Sed illis
postquam in fide essent firma radice solidati.
et uniuersali ecclesie censuit esse tenendum semper:
ut nullam de propria consanguinitate uel de affin
itate infra septimam generationem aliquis
sibi audeat coniugio copulare. Ecce aperte
monstratum est ex uerbis ipsius legis. et au
ctoritate predictissimi pape gregorii. quid de
gradibus consanguinitatis numerandis sentire
debeamus. quamuis alia quedam ratio parum ipsos
reuincat aduersarios. Nam sicut ipsi fatentur
nullo .iii. gradu consanguinitas finiretur:
omnes post ramusculos qui ultra illum gradum ipsi
tura arboris continentur: uel ut superfluos oporteret
detruncari. Sed quia omnes qui in pictura predi
cte arboris numerantur ex una parentela consistunt.
nunquam sine diminutione consanguinitatis
poterunt separari. uelut non sine dampno cuique
ualent a proprio corpore. manus brachia et pedes
truncari. Illa quoque sacrorum preceptio cano
num. quo iubetur a propria abstineri consanguinitate quam
diu generatio recordatur. aut in memoria reti
netur. non a predicta parentela discrepat computa
tione. Nam sicut .iiii. gradibus canonice et
usualiter numerantur ultra quos non consanguinitas
inuenitur. nec nomina graduum reperiuntur. non succes
sio potest amplius prorogari non memoriter aliqua
generatio recordari. Ne enim in hac consangui
nitatis computatione aliqua de hinc ambigui
tas uitari remaneret. aliam quam quidam faciunt
mentionem in hac disputatione duximus
discutiendam. Sunt enim quidam qui a fratribus et
a filiis eorum .i. patruelibus uel consobrinis ge
nealogiam numerare inceperunt. dicentes filios
fratrum in .i. generatione computari debere. quia fratres
quasi quidam truncus ex quo ceteri ramusculi oriantur
existunt. Sed non ista graduum computatio sibi non
intellecta fuit. ab ea quam supra exposuimus in
sententia potuit esse diuisa. Isti enim quoque in numerandi
initium sumunt a filiis fratrum non pergradiuntur

ultra .vi.tam generationem. Sicut enim totius mundi sex e
tates existunt. et humane uite tantum .vi.
status: ita in consanguinitate sex tantum
autumant computandas esse generationes quibus
finitis noue coniunctionis dicunt posse fieri
initium. ut qui fugientem possint reuocare
consanguinitatem. Hec itaque computatio quamuis in
cipiat a fratrum filiis. terminatur usque ad .vi.tam
tantumdem ualet quemadmodum incipiat a fratribus et compu
tatur usque ad .vii. Nec ulla in fine sui consistit
diuersitas: quamuis in medio graduum uarietas
uideatur. Ultima enim generatio si a fratribus sumat
initium numerandi .vii. inuenitur. si a filiis fratrum
.vi. reperitur. Taliter ergo determinatis gradibus con
sanguinitatis. apostolica auctoritate uos
monemus fratres et filii uniuersi omnibus: sic seriem gene
alogie computandam esse intimemus quemad
modum sancti patres numerandam esse sanxerunt. et an
tiquissimos sancte uniuersalis ecclesie per longa
tempora olim computasse monstrauimus. Nam siquis
presumpserit et obstinata mente a recto tramite apostoli
ce sedis deuiare uoluerit. taliter quamuis
in nuptiis celebrandis gradus parentele numerare
contendit: primum pro sua temeritate celesti pena
plectetur. post modum uero gladio perpetui anathe
matis nouerit se iugulandum. Item gregorius. Quod
consanguinei uxoris ad uirum pertinere dicuntur.

PORRO autem de (et quoto gradu consanguinitatis sit computandi.)
affinitate quam dicimus parentelam esse que ad
uirum ex parte uxoris. seu que ex parte uiri
ad uxorem pertinet manifestissima ratione quasi
secundum diuinam sententiam ego et uxor mea sumus
una caro. profecto utriusque mea suaque paren
tela propinquitas una efficitur. Quocirca ego et u
xor sororis mee soror: in uno primo gradu
erimus. filius uero eius secundo gradu erit a me. nep
os uero .iii. Idque utrique in ceteris agendum est
successionibus. Uxorem uero propinqui cuiuscumque
gradu sit. ita me oportet attendere quemadmodum
ipsi quoque gradu aliqua femina sibi propinquitatis sit.
quia nimirum uxori mee de propinquitate sui uin
culis cognationis gradibus conuenit obseruandum.
Quod uero aliorsum sentiunt antiqui. s. a quibus tanto uos
sollicitius oportet cauere quanto apertius deprehenditis
illos diuinis legibus oppugnare. Item ex actis
pape. Qualiter parentele gradus computantur.

PArentele gradus taliter computamus. Si quod ego
et frater meus una generatio sumus primum quoque gradum

Eadem sententia est in ultimis tribus
computationibus. secundum eam que incipit
a filiis filiorum. in .vi. gradu possunt
copulari. et secundum eam que incipit
a filiis. in .vii. coniungi possunt.
Secundum autem eam que a patre in
cipit. non nisi in .viii. gradu possunt
copulari. Copulati tamen .sic.
ualent manere.

efficimus, nullo gradu distamus. Rursum filius meus fratrisque mei filius sibi germanos ac gradum faciunt: necesse aliquo gradu separantur: atque ad hunc modum ceterae successiones. Porro de affinitate quam dicimus parentelam, require supra cap. Gregorii.

Item Alexander II. *Equivocatione cum soror uxoris cognata vocatur.*

Quod autem fratres sororesve uxoris sive cognati dicuntur equivocationis vitio fit, et necessitate vulgaris appellationis, potius quam ulla causa cognationis. Uxor fratris fratrissa potius quam cognata vocatur. Mariti frater levir dicitur. Duorum autem fratrum uxores ianitrices vocantur: quasi eandem ianuam terentes, vel per eandem ianuam intrantes. Viri soror glos appellatur. Sororis autem viri non habet speciale nomen, nec uxoris frater.

Item Ysidorus. *Nomina graduum superiorum seu inferiorum sive ex latere venientium.*

Primo gradu superiori linea continentur pater et mater: inferiori filius et filia, quibus nulle alie persone iunguntur. Secundo gradu continentur superiori linea avus, avia; inferiori nepos, neptis. Intransversa frater, soror. Que persone duplicantur. Avus enim et avia tam ex patre quam ex matre accipiuntur. Que persone sequentibus quoque gradibus similiter per subiectorum quique gradu consistunt, ipso ordine duplicantur. Iste persone in II gradu ideo duplices appellantur, quia duo avi sunt, et paternus et maternus. Item duo genera sunt nepotum, sive ex filio sive ex filia procreati. Frater, soror ex transverso veniunt, id est avunculus frater patris, avunculus frater matris, qui avunculus nominatur, qui et ipsi hoc ordine duplicantur. Tertio gradu veniunt supra proavus, proavia. Infra pronepos, pronepotis. Ex obliquo fratris sororisque filius vel filia, patruus, amita, id est patris frater et soror. Avunculus, matertera, id est matris frater et soror. Quarto gradu veniunt supra abavus, abavia. Infra abnepos, abneptis. Ex obliquo fratris et sororis nepos, neptis. Frater, soror patruelis, id est patrui filius vel filia, consobrinus, consobrina, id est avunculi et matertere filius vel filia. Amitinus, amitina, id est amite filius vel filia. Itemque consobrini qui ex duabus sororibus nascuntur, quibus accrescit patruus magnus, amita magna, id est avi paterni frater et soror. Avunculus magnus, matertera magna, id est avie tam paterne quam materne frater et soror. Quinto gradu veniunt supra atavus, atavia. Infra adnepos, adneptis. Ex obliquo fratris et sororis pronepos, proneptis. Fratres patrueles, sorores patrueles, amitini, amitine, consobrini, consobrine, filius vel filia, proconsobrini, proconsobrina, id est patrui magni, amite magne, avunculi magni, matertere magne filius vel filia, quibus accrescunt propatruus, proamita, hi sunt proavi paterni frater et soror; proavunculus, promatertera, hi sunt proavie paterne maternéque frater et soror, proavique materni. Hec species non aliis gradibus quam scripta est nullis vocabulis declarari potest. Sexto gradu veniunt supra tritavus, tritavia. Infra trinepos, trineptis. Ex obliquo fratris et sororis adnepos, adneptis. Fratres patrueles et sorores matrueles, amitini, amitine, consobrini, consobrine, patrui magni, amite magne, avunculi magni, matertere magne, nepos, neptis, proconsobrini filius vel filia, adpatruus, adamita. Hi sunt abavi paterni frater et soror, abavunculus, abmatertera, hi sunt abavie paterne materneque frater et soror, abavique materni. Hec quoque explanari amplius non potuit quam ipse auctor disseruit. Septimo gradu qui sunt cognati, recta linea supra infraque propriis nominibus non appellantur, sed ex transversa linea continentur fratris sororisque adnepos, adneptis, consobrini filii filiique. Successionis idcirco gradus VII constituti sunt, quia ulterius per rerum naturam nec nomina inveniri nec vita successionis propagari potest. In his VI gradibus omnium propinquitatum omnia nomina continentur, ultra que nec affinitas inveniri, nec successio potest amplius propagari.

De gradibus consanguinitatis vel affinitatis, quot sint et quomodo computandi, quibus etiam nominibus appellentur, auctoritate beati Ysidori atque Gregorii et Alexandri sufficienter monstratum est. Nunc queritur quibus accusantibus vel testificantibus consanguineorum coniunctio dirimenda sit. De his ita decrevit Fabianus papa. *Consanguineorum vel si progenies defecerit.*

Consanguineos *antiquiores vel propinquitatem in sinodo copu*lationem eorum nullus accuset, vel consanguinitatem *teneat* in synodo computet. Si propinqui ad quos notitia pertinet, id est pater et mater, soror et frater, patruus, avunculus, amita, matertera, et eorum procreatio. Si autem progenies defecerit tota, ab antiquioribus et veracioribus quibus eadem propinquitas nota sit, episcopus canonice perquirat. Si quis inventa fuerit propinquitas, separentur.

Item Urbanus Rigario Gemmensi episcopo. *Qui iurando propinquitatem firmare debeant.*

Notificamus tibi ut plures quam XII, duo ex propinquioribus uxoris defuncte vel viri eius qui accusatur.

patris matris

Frater et soror secundum leges sunt in secundo gradu, secundum divinitatem autem in primo, et similiter in sequentibus; in transverso ubi sit copulatio legalis semper.

Et in textu sunt VIII, in quarto XVI, et sic usque ad VII. Set hic duo avi et duo avie, quia uterque habet patrem et matrem, et sic de ceteris.

Filii duorum fratrum secundum canones sunt in II gradu, secundum leges in IIII. Patruus vero et nepos in nullo sunt gradu [illegible] videtur quod hic dicitur. Solutio. Patruus et nepos non sunt in aliquo gradu, sed attinent sibi tertio gradu secundum leges. Quecumque simul sunt in gradu attinent sibi, sed non convertitur. Eadem oppositio et solutio est in sequentibus.

Et i. prolis, s. filii, quia cum consobrini sint in IIII, filii eorum inter se sunt in VI, nepotes vero in VII inter se, unus autem ad patrem alterius in VII vel successionis, i. nepotis.

Q. VI.

hanc propinquitatem iure iurando firmauerint uel sint ... uidua. ex antiquioribus uel uicinis quibus hec propinquitas sit nota qui bone fame uiri et testimonii sint, remoto amore, timore, pretio, et omni malo studio supradicto, consanguinitatem firmauerint, sine omni mora coniugia dissoluantur. Quod si propinqui uel extranei ubi tantum propinquitatem testantur, et iuramento probare noluerint uel nequiuerint, coniugium nullatenus dissoluatur, sed penitentia eis sit propter infamiam uel peccati maculam si forte inibi contraxerint aliquam iniungatur. Item ex registro urbani pape habito in apulia. Sue confessioni relinquuntur

Si duo uiri quorum incestum nullus iurando affirmat. et eas consanguinitatem nullus iurando firmauerit et ipsi forte confessi fuerint, coniugia dissoluantur. Si uero neutrum contingit, episcopi eos per baptismum per fidem per iudicium uestrum in uera obedientia obtestantes, quatinus palam faciant utrum se sicut fama est recognoscant consanguineos. Si negauerint, sue ipsis relinquendi sunt conscientie, ita tamen ut si aliud in conscientia habeant, se a liminibus ecclesie a corpore et sanguine domini et a fidelium communione nouerint segregatos atque infames effectos donec ab incesti facinore desistant. Si se in iudicio episcoporum separauerint, quamdiu uixerint aliam accipere non prohibentur.

Ecce quibus accusantibus uel testificantibus consanguineorum coniunctiones sunt dirimende. Cuiusmodi uero iuramentum ab accusatore sit exigendum ex romano ordine habetur. Est autem huiusmodi.

De parentela. Iuramentum accusatoris.

De parentela illa quam dicunt esse inter N. et istam eius coniugem N. quicquid inde scis aut audisti a tuis propinquis antiquioribus, tu per nullum ingenium nec propter timorem, nec propter amorem, aut propter premium, aut propter consanguinitatem celabis episcopo tuo aut eius misso, cui hoc requirere iusserit quandocumque te exinde interrogauerit. Sic te deus adiuuet et iste sanctorum reliquie. Iuramentum testium.

Illud sacramentum quod iste iurauit de illa parentela quam inter filium tuum uel eius coniugem N. computat, quod tu illud obseruabis in quantum sapis. Sic te deus adiuuet.

Hoc iuramentum non separationis sed synodale institutum ab euaristo papa. Item. Synodale iuramentum.

Episcopus in synodo residens post congruam allocutionem vii. ex plebe eius parrochie uel eo amplius prout uiderit expedire, maturiores honestiores atque ueraciores uiros in medium debet euocare. et allatis sanctorum pignoribus unumquemque illorum tali sacramento constringet. Amodo in antea quicquid nosti aut audisti aut postmodum inquisitus es, quod contra uoluntatem dei et rectam christianitatem in ista parrochia factum sit aut futurum erit, sicut in diebus tuis euenerit, tantum ut ad tuam cognitionem quocumque modo peruenerit, si scis aut indicatum tibi fuerit synodale causam esse, et ad ministerium episcopi pertinere, quod tu nec propter amorem nec propter timorem nec propter pretium nec propter parentelam ullatenus celes episcopum aut eius missum cui hoc inquirere iusserit, quandocumque te exinde interrogauerit. Sic te deus adiuuet et iste sanctorum reliquie. Istud sacramentum quod iste iurauit de sinodalica, quod tu illud ex tua parte obseruabis in quantum sapis aut audisti aut ab hac die in antea inquisitus es, sic te deus adiuuet.

Ex his iuramentis illud superius est in principio pauli ... Porro iuramentum separationis innocentius papa ii. scribit octoniensi episcopo dicens. Iuramentum eorum qui consanguinitatem probant.

De parentela illa unde nos consulere uoluisti, utpote qui in admiratione est audientiam appellatam aliorum fratrum recepta suscepimus, quam uti quidem in camera patris nostri narrabat. Et primo quidem tam in gradibus quam in nominibus personarum discordasse, postmodum uero in multo eorum computatores eandem parentelam dicuntur conuenisse. Ceterum in huiusmodi casibus summopere considerandum est, qualitas personarum quam aliquid de quo consanguinitatem astruere uolunt, qui et ius iurandum prestare debent, quod neque gratia neque pretio uel odio alicuius hoc dicant esse consanguineos de quibus agitur, sed potius quia credant ita uerum esse et ita se a suis maioribus audiuisse. In quibus omnibus non debet aliqua uarietas esse uel contrarietas inueniri.

Qui uero separant ab inuicem huiusmodi iuramentum prestabunt. Iuramentum separationis.

Ab isto die in antea tu per nullum ingenium te sociabis huic tue consanguinee, nec in coniugio, nec in adulterio, nec cum illa ad unam mensam manducabis et bibes, aut sub uno tecto manebis, nisi in ecclesia aut in alio publico loco ubi nulla mala suspicio potest esse, uel ibi coram testibus idoneis propter aliquam necessitatem pariter colloquimini. Nec aliam coniugem accipies nisi forte postea tibi licentia data fuerit ab episcopo tuo aut eius misso. Sic te deus adiuuet.

Occasione uero consanguinitatis uxorem suam dimittere, et aliam ducere non licet alicui, nisi causa primum probata fuerit. Unde alexander ii. Guilielmo de mosteno. Nisi coram ecclesia consanguinitate probata uxorem dimittere non licet.

C. xxxiiii. Q. ii. Sc.

Multorum relatione cognovimus te propria velle
abiecta uxore · et adherere aliam propinquam · consan
guinitatis occasione. Unde apostolica auctorita
te te inducendo mandamus ut hanc quam nunc
habes uxorem · nullatenus presumas dimittere ·
et aliam ducere donec a coepiscoporum religiosorum consi
lium eam iuste examinaveris. Recipiatur uxor
eam quam iniuste dimisit · bene iurabit ·

Reconciliationis iuramentum.

Ab isto die in antea istam coniugem · N · quam iniuste
dimiseras · ita tenebis sicut maritus suam debet
habere coniugem · in dilectione et debita disci
plina · nec eam per ullum malum ingenium a te
separabis nec ea vivente aliam accipies · sic te deus
adiuvet. C. Hac auctoritate
quicumque in quarto vel quinto consanguinitatis gradu
coniuncti inventi fuerint · ab ecclesia separari iubentur ·
Unde queritur si ecclesia fraude testium aut ignorantia eorum
decepta aliquos separaverit · qui post separationem a
lia coniugia contraxerint · si postea deprehensa fuerit calli
ditas vel falsa opinio testium · an priora coniugia
sint redintegranda. Quod fieri non posse argumentis
et auctoritate probatur. Sententia namque non per ap
pellationem infra terminum legibus constitutum reve
lata fuerit irrevocabile robur optinebit.

Quod autem unius testimonio coniugia a quibusdam diri
muntur · nulla ratione ratum habetur. Cum Dominus dixerit
omne verbum stabit in ore duorum vel trium testium ·
etc. Item cum in lege divina sic dicatur · omnis controversia que
defertur ecclesiasticis fit secundum divinam legem sub
duobus vel tribus testibus terminetur domino dicente non
unus stet contra alium · sed in ore duorum vel trium testium
stet omne verbum · Item cum alibi dicatur. Nullus per quan
tumlibet excitate testimonio aliquid condat.
evidentissime apparet unius assertione coniu
gia non esse dirimenda. Q. autem queritur si illi qui de in
cestuosis nascuntur filii nascuntur. Augustinus in libro
questionum super leviticum cap. lxxiiii. determinat
inquiens. Non appellantur filii qui de incestuosis na
Quidem quicumque dormierit cum cognata sua scunt.
sine filiis morietur. cum filii ex huiusmodi coniunc
tionibus tamen nati videantur quamvis nascuntur. An hoc
intelligendum dicitur lege divina statutum ut quicumque ex eo
nati fuerint non deputentur filii · et nullo modo pa
rentibus iure succedant. De his vero qui ignoranter
coniuncti sunt · in quo gradu consanguinitatis vel affini
tatis ex dispensatione ecclesie relinquuntur. gg.

in registro diffinit dicens · Non separantur qui
De gradibus vero cognationis in vii. generatione ignoranter copulantur ·
tionum qui infra · vii · generationem in ma
trimonio sunt iuncti · si nescientes fecerunt ·
et multa annorum curricula sunt revoluta ·
et aut filios habent · in vii · quoniam in minus
aut fortasse in quinto huiusmodi non separantur.
Deinde nos permittente domino · ore ad os loquemur ·
hoc autem dico secundum indulgentiam · non secundum imperium · quod
ut de his duobus gradibus novas contraxisse
nuptias videntur. Item infra coronam
anni in modis omnibus separantur. Decetero
vero generalia ... statuta fuerint · ut nullus audeat deinceps
tale scelus perpetrare · et quicumque fecerint sine re
tractationis mora · a certis puniantur ultionibus ·
separantur. Hii vero qui propinquas san
guinis uxoris sue in matrimonio sibi socia
verunt · sicut iam dudum vobis scripsimus qui in eodem
gradu iuncti sunt · separantur aut suspendantur
eorum causa usque dum nos in simul vel domino auxili
ante conveniamus. Item de his qui mortua
uxore · ii · contrahere nuptias voluerunt · honeste
ne ste rationabiliter prospeximus · ab eorum consan
guineis usque ad quartum gradum genealogie
abstineant · Hec nos secundum indulgentiam etc.
sancte ecclesie matris nostre perlaximus. Ceterum iuxta
sententiam legum censura ... coercitionibus quoque
ubique discipline inventionibus: hominum mala
et illicita moribus omnibus refutandas · ut in futuro
deinceps tempore cuncta quiescant. Item de Feliciane
sine civitatis episcopo. In · iiii · vel · v · gradu qui
Hec salubri ... coniuncti fuerint separantur.
unde sancimus ne quis fidelium propinquam san
guinis sui usque quo affinitatis lineamenta
generis successione cognoscuntur matrimonio sibi de
siderat copulari · sicut cum maioribus nostris diffinitum est:
in moribus omnibus observetur. Quamvis usque ad septe
narium numerum parentele nullum umquam copulari con
licitum dam ... his videlicet qui ex patre vel matre
consanguinitatis descendunt parentela. Qui
autem tertium · iiii · vel in · v · gradu coniuncti fuerint se + minimum
parantur · quoniam scriptum est. Omnis homo ad proximam san
guinis sui non accedat · ut revelet turpitudinem eius
et cetera. Et qui fecerit quod prius excessus · peribit de
medio populi sui. Sane ... coniunctionibus illicita
habebit · ... coniugum ... libera
te. [E] Nisi in eodem inmune usque ad

D. ii. c. v. Cap. i.

D. iiii. c. ii. et iii. Vnius uo.

C. vi. Q. ii. In pri

Q. VII.

C. N. in col. ... vii. Ex copla
xu nefario aut incesto. seu
dampnato libi nec natales
nominandi. omnis patris sub
indigni beneficio. ut nec a
lium — a parentibus.

Q. VIII.

C. Q. iii. Sge me. cc.

C. Q. iii. De propinquis. cc. de incestuis. De his

morte alterius eorum contumaciter perseverauerint. Unde in Aurelianensi concilio. Non ducat uxorem quisquam quam ad mortem alterius

In incestuosis dicimus in ipso incestu perseuerantibus. detestando atque nefando scelere manentes. non inter fideles christianos. sunt gentiles aut catecumini habentur. id est cum christianis non sumant cibum nec potum. sed soli faciant hoc. Non osculentur. nec salutentur ab eis. Sed et si sunt sacerdotibus inobedientes extiterint. et tam nefando scelere segregari. atque ad penitentiam redire noluerint. inter eos habeantur quos propriis prediccant in mundo. uel inter eos de quibus perscriptas ait. Sine non audierit sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Et si alter eorum morte preuentus fuerit. alter quamdiu uiuit contra penitentiam et sine spe coniugii maneat. Hic distinguendum est. Gratianus. Quod incestus

Omnibus modis ecclesiastice decisa sunt mutari non expedit. disciplinae uel moderationi conueniens est. ut que rationabiliter ordinata fuerint uel decisa sunt. lapso post tempore debeant refragatione conuelli. Unde Stephanus quintus paulo episcopo placentino. Que utiliter decisa sunt a successoribus roborentur atque emendentur.

Leonem confidatio nos presumpta resecent. animo mentis auctoritate que antecessoribus nostris utiliter decisa fuerint roborare. et que a temerariis presumpta fuerint in prompto in uindicta omnium ulcisci. Reum quippe animo respectu diuini iudicis se nouerit esse. qui uetita uiuit firmata rescindere ac roborata que sibi ausu uiolare. Ecclesiastici quippe in gomus ordo confunditur. si aut temere illicita presumta est. ac non concessa impune temptantur. Presumunt negligentur ea que usurpant omittunt. excessum uniuersum procul dubio aliis aperiunt. Gratianus. Quia

quod hec sententia rationabiliter data est. non per appellationem infra certum terminum releuata apparet. quod neque post contractum coniugia sunt redintegranda. hic intelligendum est. Aliud est sententiam rescindere. et rationabiliter decisa turbare. atque aliud quod per subreptionem euenit. deprehensa corrigere. Sunt namque errorem cuiuslibet corrigere licet. atque ideo quod aliquando illicite committuntur sine predecessoribus admissa inueniuntur. immeritum reuocanda operatur. Porro illicite uxor a uiro suo separata est. et illo uiuente alii copulata. cui diuisione solius fornicationis causa. uxorem a uiro separari iubetur. Si ergo si aliquis cuius uir pu

taretur defunctus alicui copulatur. et quolibet occasione inueniendi ab eius consortio discedere. quamuis in iudicio ecclesie cogatur redire ad eum quem reliquerat. tamen si post tempus iterum uir quem mortuus putabatur redire contigerit. priora coniugia redintegrabuntur. sicut dependunt non fuisse consanguinei qui causa consanguinitatis ab inuicem separati sunt. priores consortium federa sunt reparanda. Quod autem que illicite admittuntur. uel admissa inueniuntur corrigenda sunt uel quod sententia romane sedis in melius mutanda ualeat. auctoritate Hylarii pape et Nicholai monstratur. Ait namque Hylarius episcopus urbis rome synodo presidens. Corrigendum quod illicite admittitur. ac quod a predecessoribus admissum inuenitur.

Quisquis contra id quod commisit illicite. a predecessoribus suis inuenerit admissum. si primum uult uitare periculum damnabit. Nos enim in nullo uolumus seueritate ultionis excedere. Sed qui in causis diuinis uel in contumacia uel aliquo excessu delinquunt. aut ipse quod prauam facta abolere noluerint. in sequendo malo non resecauerint inueniri. Quod uero deinceps postea tenatur custodiri. si placet omnes fratres. et subscriptionis pariter moderatione sinodali iudicio adiutam claudatur illicitum. Item Gregorius. Secundum sue consuetudinis tenorem apostolice uel

Apostolice sedis sententia tanta semper mutare sententiam consilii moderatione excipitur. tanta patientie maturitate decoquitur. tantaque deliberationis grauitate profertur. ut non mutanda necessarium ducatur. non forte sic prolata fuerit. ut retractari possit. uel immutanda a tenore premisse conditionis existat. Item Innocentius.

Uenia a predecessoribus dampnatos aliorum supplicationibus. emanauit nunc ad in presentem statum apostolica reformat maximum quem adeo dum thema fouerit. quod maxime et difficillimum maiorum meorum reuoluam sententias. fuerat de illo quamuis in ipsis commemoratis aliquid utique grauius constitutum. Uerum quia me ad prium ore falsum ut asseretis subrectum hunc sedi reticuit. per insidias demonstratur. que res a salute reduxit. ueniam hunc uobis tam admittimus. post condempnationem more apostolico subrogamus. tantisque uestris assertionibus uobisque tam bonis tam caris dare consensum omnibus diuinis rebus diuinum arbitrium. Puram quod approbatione fratris nostri sententia ac postulatione episcopi

Sed xxxiii. C. i. c. ii. Ex hoc ideo dicit quod lex hunc terminum statuit. sed post quod debet redintegrari.

Hac auctoritate q. iiii. c. v. [illegible] consanguinitatis coniuncti iuncti fuerint ab ecclesia separari iubentur.

QVIIII

[illegible] secundum ecclesia fraude [illegible] aliqui separauit. qui post separationem alia coniugia contraxerunt. si postea deprehensa fuerit calliditas uel falsa opinio testium. an priora coniugia sint redintegranda. Quod hoc fieri non posse argumentis et auctoritate probatur. Sententia namque nisi per appellationem infra terminum lege constitutum releuata fuerit. irreuocabile robur optinebit.

Fotinum a suo predecessore dampnatum innocentius concessit quibusdam in episcopum postulantibus quibus non petentibus custodium non dampnavit.

fortunam habeatote. Licitum est ita constitui ut
deprecamini, et tamen in melius conversa sententia
nam labore vel testimonio vestro potest vobis
suscipere. Custasium vero a me sepissime
comprobatum noluit expectare, ut diaconi gradum
expoliretur. Sollicitos enim vos pro salute eli-
berim audio. Certe si faciendum non habent ad-
mitto. Cui manum porrigit suam vobiscum por-
rigo. cui porrigo mecum porrigite. Item
Nicholaus papa. Sententia romane sedis in melius commutari

C. xv. Q. iii. verum etc.
D. di. xxviii.
D. di. xiii. Sic
C. vi. Q. iii. Cum

Sententiam romane sedis non negamus posse potius
in melius commutari. cum aut subreptum a-
liquid fuerit. aut ipsa pro consideratione etatum et temporum
seu gravium necessitatum dispensatorie quiddam
ordinare decreverit. Quoniam et egregium apostolum pa-
ulum quedam fecisse dispensatorie legimus que postea
reprobasse legimus. Quod tamen observandum est quando
illa romana videlicet ecclesia diligentissima consideratione
perspexerit vel legitime non quando ipsa que bene sunt definita
retractare noluerit. Item ex libro pontificali. A de-
Gregorii .iiii. cessoribus depositi a successoribus restitu-
Theodosium, quem Eugenius antecessor eius privavit. untur.
honore privavit ecclesie segniensis restituit episcopum.
Leontius dum esset presbyter depositus fuit. et postea
antiochena fuit patriarcha. Misenum episcopum
a felice papa dampnatum. gelasius successor il-
lius. et communioni reddidit. et ecclesie sue restituit.
Item Innocentius. episcopus prima macedonia constitutum.
Cuiusque iudicium apostolice sedis auctoritas retractare
Grave non oportuit iudicii prudentissimi valet.
mentibus virtus cuiuscumque retractare iudicium quia
veritas sepius exagitata magis splendescit in lucem.
et pluries revocata in iudicium gravius crimen pro-

C. v. Q. v. Illi

condempnat. Nam fructuosum est tractata sepius
recenseri. Sic ergo sententia romane
sedis in melius commutari valet. sic et hec
ecclesie sententia cum per subreptionem data cognoscitur
rationabiliter revocari poterit. De eo autem quod ad vestras
nuptias tenet utrum in eadem affinitate consan-
guineorum posteris sui remaneat. an sobole
ex secundis nuptiis suscepta consanguinei po-
steris viri copulari possit. minime queritur. Debis ita

Q. X.

scribit gregorius venerio carolitano. Affinitas in
Fraternitatis vestre studii superstite non deletur.
Fose sagacitati fratri amande quod debeo refero
grates. Quam quesisti quod debuisti. iocundum
me reddidisti. Unde placuit ad inquisita ex
deo. Sede apostolica consule decrevisti si mulier

copula nuptiali ex eodem viro coniuncta.
cognationi eius pertineat si eo defuncto cog-
natio eius remaneat. vel si sublato viro cognationis
vocabula dissolvantur. vel si suscepte soboles
possint legitime ad posteris viri cognationis
transire copulam. Est enim verbum divinale durum
forte. et durabile est et insecabile. et immuta-
bile. non momentaneum. non transitorium. Attentionem
perscrutati veritas que deus est in verbo dicit. Celum et terra
transibunt. verba autem mea non transibunt. Antequam deus in
carne appareret inter homines. conspiratione
dicit ad adam. Quam obrem relinquet homo patrem suum et
matrem. et adherebit uxori sue. et erunt duo in carne una.
Deinde cum veritas oriretur. de terra. inventa. visi-
bilis in humanitate appareret. interrogatur
si licitum esset homini uxorem relinquere. Quod ap-
tens veterum non forte formidolose excludit ma-
ritalem copulam. Unde protulit statum in medio.
eam ore ipsa sententiam quam ante secula manens cum patre
verbum inspiravit ade. Ipse confirmans quod ipse
primus protulit homo. Quam obrem relinquet homo patrem
et matrem et adherebit uxori sue et erunt duo in carne una.
Si una caro fiunt. quomodo potest aliquis eorum propinquitate pertinere
vero non pertineat alteri. Hoc minime fieri posse
credendum est. Porro viro defuncto in superstite
affinitas non deletur. nec alia copula coniugalis
affinitatem posteris copule solvere valet. Sed neque
alterius coniunctionis soboles placet affinitatem
posteris viri consortium transire. pro eo quod verbum
divinum validum est et forte. Et vivum quod est dicit propheta. Ubi verbum domini stabit i.e.
Cum in principio dicit et factus sunt. i.e. mundus et omnia que in eo sunt. Statuit ea Et alius propheta.
in eternum et in seculum seculi. preceptum posuit et non preteribit.
Nam per verbum atque preceptum efficitur in carne una.
i. masculum et feminam. quam in nullam inutilitudi-
nem utriusque sexus non destituit unum facere secum.
Sic perscrutatis dicit. Non rogo pro his tantum sed et
pro his qui per verbum eorum credituri sunt in me. ut unum
sint. sicut tu pater in me. et ego in te. ut et ipsi in
nobis unum sint. Si quis ergo sacrilego temera-
rio ausu. in defuncto quod restat propinquitatem ex-
tinguere vel sublato affinitatis vocabula
dissipare. vel susceptam sobolem alterius copule
propinquitati posteris credit legitime sociari. Hunc
quod dicimus verbum validum est et forte. Et quod tam facile vel
tam velociter quod non dissolvere. Sed non credit verbum domini
in eternum manere. Et licet tantam eos certamine quod nullus locum
magis inter capedine. a se distantibus coniuncta
et conglutinata figere cuicumque refugere. vel minus


tatis corpus uoluens. Numquid erit humani ingenii, quod ipsas quatuor partes ab inuicem ualeat segregare, ut una quaeque per se possit agnosci? Sic ergo quatuor anni simul duo conficiunt minimum tempus, quod duobus fit una coniunctio. Hanc similitudinem de quatuor elementis uult homo considerare colligere potest, si eorum una quaeque species quam minutis diuisionibus partita est per singulas minime se assignans partes; fit idem in metallis. Hoc in liquoribus probatur, in coloribus pictor persequitur arte colores ammiscendo ex uisibilibus fucis corpora singulis. Item Innocentius. Soboles ex secundis nuptiis genita consanguineis sponsi uiri copulari non debet.


Si quis patruus, aut auunculus uxore amissa obierit, et illa iterum alium postea duxerit, filios siue filias suae ex illo genuerit, cum his nostris omnibus commisceri prohibeo, quia uir et mulier una caro est. Item ex Romana synodo. De eodem.

Si qua mulier ad secundas nuptias transierit, et ex eis soboles genuerit, nullo modo prioris consortium cognationis sponsi sui pertingere.

IN · XXXVI CA

De raptoribus agitur qui sint raptores, et quae poena sit eis imponenda, et an raptae post rapinam purgatam raptoribus suis licite copulari ualeant.





patre ignorante quidam muneribus illexit, ad conuiuium inuitauit. Finito conuiuio iuuenis uirginem oppressit. Quo comperto a parentibus iuuenem, puella ac more nubentium a iuuene dotatur, et postea in uxorem ducitur. Queritur an ille raptum admiserit? Secundo: an rapta raptori nubere possit, patre assensum prebente? Quod autem ille raptum admiserit, multorum auctoritate probatur. Ait enim Ysidorus in ii. libro ethimologiarum cap. xxxiii. Quid sit raptus. Raptus est illicitus coitus, a corrumpendo dictus. Unde qui rapto potitur stupro fruitur. Item Gelasius papa. Ubi raptus admittitur.

Lex illa praeteritorum principum ibi raptum dixit esse commissum, ubi puella, de cuius ante nuptiis nichil actum fuerit, uidetur abducta.

Cum ergo haec illicito coitu sit corrupta, cumque ita sit abducta, id est a domo patris ducta, quae de eius nuptiis nichil actum fuerit, raptam appellandam negari non potest. Sed cum omnis illicitus coitus, non cuiuslibet illicita defloratio raptus appellatur. Aliud est enim fornicatio, aliud stuprum, aliud adulterium, aliud incestus, aliud raptus. Fornicatio licet generaliter uideatur esse cuiuslibet illicitus coitus, qui fit extra uxorem legitimam, tamen specialiter intelligitur in usu uiduarum, uel meretricum, uel concubinarum. Stuprum autem est proprie uirginum illicita defloratio, quando uidelicet non praecedente coniugali pactione utriusque uoluntate uirgo corrumpitur, patre iniuriam ad animum statim post cognitionem non reuocante. Adulterium uero est alieni thori uiolatio. Unde adulterium dicitur quasi ad alterius thorum accessio. Incestus est consanguinearum uel affinium abusus. Unde incestuosi dicuntur qui consanguineis uel affinibus suis abutuntur. Raptus admittitur cum puella uiolenter a domo ducitur patris, ut corrupta in uxorem habeatur. Siue puellae solummodo siue parentibus tantum siue utrique uis illata constiterit, hic morte mulctatur. Si uero ad ecclesiam cum rapta confugerit, priuilegio ecclesiae mortis impunitatem promeretur. Unde in Mauretanensi concilio legitur. Si raptor cum rapta ad ecclesiam confugerit.

De raptoribus autem id constituendum esse censuimus, ut si ad ecclesiam raptor cum rapta confugerit, et feminam ipsam uiolentiam pertulisse constiterit, statim liberetur de potestate raptoris, et raptor mortis uel poenarum impunitate concessa, aut ad seruiendum subiectus sit, aut redimendi se liberam habeat facultatem. Si uero quae rapitur patrem habere constiterit, et puella raptori consenserit, potestati patris excusata reddatur, et raptor patri superioris conditionis satisfactione teneatur obnoxius. C. Ex hac auctoritate liquet quod aliquando uis infertur parentibus, non puellae, cum dicitur: si puella raptori consenserit. Aliquando utrique uiolentia profertur cum permittitur: si raptor cum rapta confugerit, et feminam ipsam uiolentiam pertulisse constiterit. Puellae autem tantum, parentibus uis infertur cum uoluntate patris puella uiolenter adducitur, uel a patre traditur concubitui, cuius copulae numquam consensum adhibuit. Hic autem neque parentibus neque puellae uim inferri uidetur, cum neque illis prohibentibus

Q. I

C. xxvii. q. ii. Raptus / et q. iii. Lex

Quid sit fornicatio, quid stuprum, quid incestus, quid adulterium, hic diffinit.

C. xxvii. q. i. Virginum / C. xxxvi. q. iii. et iiii. c. i. Ceterum / D. lxiii. et imperator

C. xxvii. q. i. Virgini / C. xxxvi. q. ii. et iii. c. i. Rex

neque illa renitente vel invita sit abducta. Aliud enim est promissionibus aliquam seducere, aliud vim sibi inferre. Unde quia neutrum vis illata probatur, raptor hic iure dici non debet. Sed rapina dupliciter fieri dicitur. Aliquando enim res ipsa rapitur, aliquando ipsius rei usus tantummodo invito domino eripitur. Res ipsa tunc rapitur, cum invito domino eripitur, et in potestate rapientis manet. Aliquando non res ipsa affectatur, sed usus eius domino prohibente invito usurpatur. Hic ergo raptum admisit, quia florem virginitatis puelle renitenti invito eripuit. ¶ Nunc queritur an, purgato vitio rapine, raptor in uxorem possit raptam accipere. Quod quidem convictio auctoritate sacrorum canonum penitus prohibetur. Legitur namque in concilio Calcedonensi cap. xxvii.

q. II.

Raptores puellarum cum sibi consentientibus excommunicentur.

Eos qui rapiunt puellas sub nomine simul habitandi, cooperantes aut conniventes raptoribus, decrevit sancta synodus, ut si quidem clerici sunt, decidant a gradu proprio, si vero laici, anathematizentur. Item Symachus.

Ob immanitatem sceleris abiciuntur raptores viduarum vel virginum.

Raptores viduarum vel virginum ob immanitatem tanti facinoris detestamur. Illos vehementius persequendo, qui sacras virgines vel volentes vel invitas matrimonio suo sociare temptaverint. Quos pro tam nefandissimi criminis atrocitate a communione suspendi precipimus. Item imperator Iovinianus. c. t. i. t. de episcopis et clericis.

C. xxvii. q. i. virgini

Si quis non dicam rapere, sed attemptare tantum matrimonii iungendi causa sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali pena feriatur. Item ex concilio Cabilonensi.

C. xxxii. q. iiii. C. iii. q. iiii. c. iiii.

De puellis raptis necdum desponsatis. Item decretum.

Statuimus in Calcedonensi synodo septimo est. Eos qui rapiunt puellas sub nomine simul habitandi cooperantes et conniventes raptoribus, decrevit sancta synodus, ut si quidem clerici sunt, decidant a gradu proprio, si vero laici, excommunicentur. Quibus verbis datur intelligi, quod non solum mali auctores dampnandi sunt, quando participes consilii et conniventes tanto anathemate feriuntur, et iuxta canonicam auctoritatem ad coniugia legitima raptas sibi vindicare nullatenus possunt. Item Gregorius.

Excommunicetur raptor vidue vel virginis cum sibi faventibus.

Si quis virginem vel viduam non desponsaverit, rapuerit vel furatus fuerit in uxorem cum sibi faventibus, anathema sit. Item ex concilio Parisiensi.

Anathematizetur qui viduam vel filiam alterius extra parentum voluntatem rapuerit.

Nullus autem viduam aut filiam alterius extra parentum voluntatem aut rapere presumat, aut regio beneficio consultum postulandam. Quod si fecerit, ab ecclesie communione remotus, anathematis gladio feriatur.

In Lomb. de rapt. l. ult. C. si nupserit. ex rescripto pr.

His auctoritatibus evidenter datur intelligi, quod raptor in uxorem raptam ducere non valet. Sed raptor et rapta nomina sunt viciorum, non personarum. Vicia autem cum per penitentiam purgata fuerint, nomina eorum abolentur. Unde in quadam omelia Gregorius ait de eodem: Apud omnipotentem quippe dominum nec ille fallax habebitur, qui culpam mendacii per penitentiam delet.

C. xxii. q. ii. Abraham. C. xxii. q. i. Si. Apud.

Prohibetur ergo premissis auctoritatibus rapta raptori copulari, antequam vitium rapine aboleatur, donec ille raptor et illa rapta iure appellantur. Ceterum cum illa patrie potestati restituta fuerit, et raptor sue rapine penitentiam egerit, cum voluntate parentum utriusque in unum convenientes, non prohibentur ad invicem copulari. Unde Ieronimus ait.

Quot sint legitima coniugia, et quod rapta voluntate patris raptori nubere potest.

C. xxxii. q. ii.

Tria legitima coniugia in scripturis leguntur. Primum legitimum est virgo casta in virginitate viro legitime data, et reliqua que secuntur in predictis. Secundum, virgo deprehensa in civitate a viro et illi per vim copulata; si voluerit pater eius, dotabit eam iste vir, quantum iudicaverit pater, et dabit pretium pudicitie eius. Tertium, si illa deprehensa sit, non fuit voluntas patris, dabit eam predicto viro, tradet eam alii et dotabit eam, et legitima erit ei. Sed primum his duobus prefertur. Item Ambrosius in apologia David.

Cum voluntate parentum rapta sibi coniugium (?) habere promittitur.

Denique puelle pater illius que ... uterque concubitu nulli desponsata protulerit, l. dragmas argenteas accepit, ipsa autem in coniugio permanebit. Item ex concilio Meldensi.

Post penitentiam raptoribus et raptis licita coniugia conceduntur.

Si autem necdum eas quas rapuerint cum voluntate parentum sub desponsationis vel dotalitii nomine in coniugium duxerint, quando hec institutio omnibus fuit promulgata, ab eorum coniunctione separentur, et ipsi publice penitentie subiugantur (al. rapuerint). Rapte autem parentibus legaliter restituantur. Peracta autem publice penitentia, si eas in matrimonium exegerint, et cuiusque parentibus placito coniugio socientur. Non in his

C. xxxvi. q. ii. In adole (?)

rapta. s. imp. ... l. alii. a magistr. ...

regłam constituunt. sciendum magnale
omis utamur. q sic tollabiliu sestimam
(q. ut q n peccauit. t alii h; ut uideat magister)
q sumus ex coniugatis obierit. his qui
p penitentia exegerint & supstites extitit trare
coniugium n psumat n eps aliq; ocesserit
indulgentia. u ignorem possit amouere
offensa. H ac auctoritate int
tenti oli n pmittit rapte raptori p p co
pula. Si pmittit utriq; p p legitimo oiu
gio copulam. u rapta uidet n raptori sz alii p
pmibar. Similiter raptor p p. n ea qua ra
puit. sz alia pmittit habe uxorem. Cu n
raptor & rapta penitentie subigi pcipiat
sunt usq; copłam auctoritas ulla pmittet.
frustra circa finem capituli dicetur. Q d
sum ex coniugatis &c. Eorum naq; q libet de
cedente quip exegerint supstites remanebit
Non g hac auctoritate raptor phibet in co
niugium raptam pos se accipe. pot uenit
ius ap aqs g m q necessaria uoluntate pa
rentum ps admitti copłam. Sic enim ipsa
doleg. Necessaria uoluntate parentum raptores
P Lacuit ubi raptas coniuges posse habe.
qui rapuit feminas l furant. aut seducit
(n pacem penitenti)
eas nullatenus habent uxores. quamuis eis
p modum conuenerit aut eas dotauerint l nu
ptialit cu consensu parentum suorum acceperint.
H ec auctoritas n piudicat auctoritati ier
(motilice)
maxime cu ulla testimonio dicitur legi
timat. Legitime g p p pactam raptor potit
sz copłare quam rapuit n pat puelle illam
raptori dedit uoluit.

ordinem eccłe ab omnibus eq̃litate custodiri. vn
statuendum est ut sicut ubiq; fit p amiso
nas collationes ab epis l pbris dicant.
& hymni matutini l uespertini diebus omnib
decantent. & in conclusione matutinarum
l uespertinarum missarum. p hymnos capi
tella de psalmis dicant. & plebs collecta
oratione ad uespam ab epo dimittat cu
bndictione. De eod. Decreuit generum dnsi. De eod.
I d semp placuit obsuari u omnibus diebus
p matutinos & uespos. oratio dnica a sa
cerdote pferat. Gregorius. vii. ignatii synodo. De eod.
I n die Resurrectionis usq; in sabbatum in albis. & in die pente
costes. usq; in sabbatum eiusdem tres psalmos tm ad noc
turnos tresq; lectiones antiquo more canimus &
legimus. Omnibus diebus aliis pertotum annum
si festiuitas est. viiii. lectiones dicimus. Aliis
u diebus xii. psalmos & iii. lectiones reci
tamus. In dnicis diebus. xviii. ps. excepto
die pasce & pentecostes. viiii. l. celebrimus.
Illi aut qui in diebus cotidianis. tm viiii
ps tres lectiones. celebre uoluit n ex regula
scorum patrum. sz ex fastidio comprobant h facere.
Nos aut & ordinem romanum inuestigantes.
& antiquum more nre eccłe imitantes sicut an
tiqs patres statuimus fieri. sic supius pnota
uimus. Ex hom l gg pp. De obsuatione
Q uadragesima summa obsuatione xl.
obsuanda est. u ieiunium in ea pt dnicos
dies qui de abstinentia subtracti sunt. n quem
infirmitas impedierit. nullatenus soluat.
q ipi dies decime sunt anni. A pma g dnica
xl usq; in pascha dni. vi. ebdomade cpu
tant. Quarum uidel dies xl & duo fiunt. ex qb
dum sex dies dnica abstinentie subtrahunt.
n plus in abstinentia quam xxx & vi. dies
remanent. Ubi g illa. Si p. ccc. & lxv dies an
n uoluitur. & si p. xxx. & vi. dies affligimur
qi recte anni decimas damus. Sz u sacer
nus. xl. dierum adimpleat quem saluator
nr suo sacro ieiunio consecrauit. quatuor dies
pori ebdo ad supplementum xl dierum tollant
a. iiii. fr q cap ieiunii subnotat. & u. fr
seqns. vi. & sabbm. nostos dies. iiii. su
perioribus xxx. & vi. adiungimus. xl dies
in abstinentia n habemus. Iubemur aut ab opibus
do omnium bonorum nrorum decimas dare. Eu
sebius pp. Ieiunia n soluant legitima abq;

S. p. i. di. xii. Capitula.

S p. i. di. iiii. C. Quadrage.
S. p. e. di. iii. C. vi.

Fuit totum q hoc pa
ragrapho d falsum
uidet. qa rapta
raptori copulari
pot. nec rapte
penitentia e iponen
da ...

Hic bene finit.

Infrascripta capitula que ponuntur in
duobus sequentibus foliis usq; ad prin
cipium libri de ossecratione remittu
tur in fine libri. Et ibi posita
inuenies tale signum. ⋀

De ordine Officiorum. C onuenit

Ieiunia in ecclesia a sacerdotibus *necessitate probabili* constituta sine necessitate rationabili non soluantur.

Jeronimus. *Cotidiana ieiunia duplicatis vel triplicatis sunt preferenda.*

Non dico ebdomadas, non dico ieiunia duplicata, sed saltem singulos dies absque ciborum luxuria transigamus. Idem. *De eodem.*

Sint tibi ieiunia cotidiana et refectio saturitatem fugiens. Nichil enim prodest biduo triduoque transmisso vacuum portare ventrem, si pariter obruatur. Idem. *De eodem.*

Sint tibi ieiunia pura, casta, simplicia, moderata, que in cotidie esurire et cotidie prandere. Apostolus igitur: Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino utere propter infirmitates tuas. Curat enim vulnera delinquentis, curatosque sanctificat ieiunium.

Ambr. in ps. c.xx. *Medicine precepta divine sunt conditioni contraria.*

Contraria divine condita sunt omnes precepta medicine. A ieiunio revocant, lucubrare non sinunt, ab omni intentione meditationis abducunt. Itaque qui se medicis dediderit, se ipsum sibi abnegat. Greg. in expositione beati Iob. *Quot modis gule vitium nos temptat.*

Quinque modis gule vitium nos temptat. Aliquando namque indigentie tempora prevenit; aliquando tempora non prevenit, sed cibos lautiores querit; aliquando quelibet sumenda preparari accuratius expetit; aliquando autem et ciborum qualitati et tempori congruit, sed in ipsa quantitate sumende mensuram refectionis excedit. Nonnumquam vero et abiectius est quod desiderat, et tamen ipso estu desiderii immensi deterius peccat. Item Prosper. *Absque puritate mentis ieiunia et orationes non prosunt.*

Nichil prodest homini ieiunare et orare et alia religionis bona agere, nisi mens ab iniquitate et ab obtrectationibus lingua cohibeatur. Jeronimus. *Mediocre bonum magno preferri non debet.*

Non mediocriter errat qui magis bonum prefert mediocri bono. Non ergo rationabilis homo dignitatem amittit, qui vel ieiunium caritati aut vigilias prefert sensus integritati, ut propter immoderatam atque indiscretam psalmorum vel officiorum decantationem aut amentie aut tristitie notam incurrat. Numquid vero flecti meditatione deus vult hominis? Non enim verbis tantum, sed corde orandus est deus. Quanto melior est cuiusque psalmorum cantatio cum cordis puritate ac serenitate et spirituali hilaritate, quam spiritus in modulatione cum anxietate cordis atque tristitia. Cum ergo per centum a nobis psalmi et missa dicitur (?), nil minus quasi pro uno quolibet dicitur accipitur. Audiat igitur qui ea que necessaria sunt corpori subtrahunt, illud quod per prophetam dominus loquitur: Ego dominus odio habens rapinam in holocausto. De rapina autem holocaustum offert, qui vel ciborum nimia egestate vel somni penuria corporis immoderate affligit. Videat igitur quid apostolus dicat: carnis curam ne feceritis in desideriis. Item Aug. super Iohannem. *Non a cibis sed ab iniquitatibus abstinere est magnum et generale ieiunium.*

Ieiunium autem magnum et generale est abstinere ab iniquitatibus et illicitis voluptatibus seculi, quod est perfectum ieiunium. In hoc seculo quasi quadragesimam abstinentie celebramus, cum bene vivimus, cum ab iniquitatibus abstinemus. Sed quia hec abstinentia sine mercede non erit, expectamus illam beatam spem et revelationem magni glorie dei et salvatoris nostri Ihesu Christi. In illa spe cum fuerit de spe facta res, accepturi sumus mercedem denarium. Denarius ergo qui accepturus nomen a numero decem reddit, et coniunctus quadragenario fit quinquagenarius. Unde cum labore celebramus quadragesimam ante pascha, cum letitia vero tamquam mercede accepta quinquagesimam post pascha. Nam huic tamquam salutari labori boni operis, qui pertinet ad quadragenarium numerum, additur quietis et felicitatis denarius, ut quinquagenarius fiat. Significavit hoc etiam ipse dominus multo apertius, quando post resurrectionem quadraginta diebus conversatus est in terra cum discipulis suis. Quadragesimo autem die cum ascendisset in celum, peractis decem diebus misit mercedem spiritus sancti. Ex dictis Appollonii. *Raptorem vel furem non facit necessitas, sed frivolitas.*

Discipulos cum per segetes transeundo vellent spicas, redentes ipsius Christi vox innocentes vocat, quia coacti fame hoc fecerunt. Item Ieronimus. *Non necessitas, sed voluntas perseverantiam facit.*

Quicquid enim necessitate fit, cito solvitur; quod voluntate arripitur, perseverat. Item Ioh. Os aureum. *Ciborum temperantia salutem, habundantia certum (?) parit.*

Nichil enim sic iocundum est, sicut cibus bene digestus et decoctus. Nichil sic salutem, nichil sic sensuum acumen operatur, nichil sic egritudinem fugat, sicut moderata refectio. Sufficientia quippe cum nutrimento et sospitatem simul operatur et voluptatem. Ex habundantia vero morbum facit et molestiam ingerit et egritudinem generat et facit. Quod enim facit fames, hoc et plenitudo ciborum, magis autem multo peiora. Fames quippe in paucis diebus aufert hominem et liberat ex hac

S. xxxii. l. iii. Aliq. p. d.

Ide uale missa p centu(m) a nobis facta coiter qualiter si p quib(us) singulariter fieri.

S. viii. l. v. d.

S. i. l. vii. q. p.
S. xxviii. c. i.

vita penali. Excessus vero ciborum consumit et putrescere facit corpus humanum et macerat egritudine diuturna, et vitae cum morte crudeli consumit. Ier. c. Iov. Ciborum de-

N ec tales ac **lautitie si superhabundaverint ledunt.** cipiamus cibos quos aut difficulter digerere aut comestos magno partos et perditos labore doleamus. Olerum pomorum ac leguminum et facilior apparatus est, et arte impendiisque cocorum non indiget, et sine cura sustentat humanum genus moderate sumpta, quia nec aviditate devoratur, quia irritamenta gule non habent, et leviori digestione decoquuntur. Nemo enim uno et duobus cibis hisque vilibus usque ad inflationem ventris honeratur, que diversitate carnium et saporis delectatione concipitur. Cum varius nidoribus fumant patine ad usum sui explenda fame, qui captivos trahunt. Unde et morbi saturitate nimia concidantur, multique inpatientiam gule vomitu remediantur, et quod turpiter ingesserunt turpius egerunt. Ypocrates in aforismis suis docet crassa et obesa que crescendi mensuram impleverunt, nisi cito ablatione sanguinis imminuantur, in paralisin et pessima morborum genera erumpere, et ideo esse necesse sanam decreptione, ut rursum habeant in quo possint crescere. Non enim manere in uno statu natura potest corporum, et aut crescere aut decrescere semper; nec posse vivere animal nisi crescendi capax sit. Unde et Galienus doctissimus ypocratis interpres athletas, quorum vita et ars sagina est, dicit in exhortatione medicine, nec vivere posse diu nec sanos esse; animasque eorum nimio sanguine et adipibus quasi luto involutas nichil tenue, nichil celeste, sed semper de carnibus eructuare et ventris ingluvie cogitare. Idem.

Multorum infirmitates ieiunia solvunt.

L egimus quosdam morbo articulari et podagre humoribus laborantes proscriptione bonorum ad simplicem mensam et pauperes cibos redactos convaluisse. Caruerant enim sollicitudine dispensande domus et epularum largitate que et corpus frangunt et animum. Irritator oratu appetitum ciborum, qui consumpti relinquunt penitentiam. Greg. VII. **Diebus sabbatorum a carnibus abstinere debemus.**

Q uia dies sabbati apud sanctos patres nostros in abstinentia celebris est habitus, nos eorundem auctoritatem sequentes salubriter ammonemus ut quicumque se christiane religionis participem esse desiderat, ab esu carnium eadem die, nisi maiori festivitate interveniente vel infirmitate impediente, abstineat. Fructuosus episcopus. **Monacho carnem gustare non licet.**

C arnem cuiquam monacho nec gustandi nec sumendi, dicendi concessa licentia, non quod creaturam dei iudicem indignam, sed quod carnis abstinentia utilis et apta monachis estimetur. Servato tamen moderamine pietatis erga egrotos. Quod si quis monachus violaverit et contra sanctionem regule usum quique vetitum vescendi carnibus presumpserit, sex mensium spatio retrusioni et penitentie subiacebit. Ier. ad Rusticum monachum. **De cotidianis operibus monachorum.**

N umquam de manu aut ab oculis tuis liber psalterii discedat. Dicatur ad verbum oratio sine intermissione, vigilet sensus, nec vagis cogitationibus pateat. Corpus pariterque animus tendatur ad dominum. Iram vince patientia. Ama scientiam scripturarum et carnis vitia non amabis. Nec vacet mens tua variis perturbationibus, que si pectori insederint, dominabuntur tui, et te deducent ad delictum maximum. Fac aliquid operis ut semper diabolus inveniat te occupatum. Si apostoli habentes potestatem de evangelio vivere laborabant manibus suis ne quem gravarent, et aliis tribuebant refrigeria, quorum pro spiritualibus debebant metere carnalia, cur tu in usus tuos successuras res non preparares? Vel fiscellam texe iunco vel canistrum plecte lentis viminibus. Seratur humus, areole equo limite dividantur, in quibus cum olerum iactata fuerint semina vel plante per ordinem posite, aque ducantur irrigue, quarum pulcherrimorum versuum spectator assistas. Ecce supercilio clivosi tramitis undam elicit. Illa cadens raucum per levia murmur. Saxa ciet, scatebrisque arentia temperat arva. Inserantur fructuose arbores vel gemmis vel surculis, ut parvo post tempore laboris tui dulcia poma decerpas. Apium fabricare alvearia, ad quas te mittunt Salomonis proverbia. Monasteriorum ordinem ac regularum disciplinam in parvis disce animalibus. Texantur et lina capiendis piscibus. Scribantur libri, ut et manus operetur cibos, et animus lectione saturetur. In desideriis est omnis otiosus. Egiptiorum monasteria hunc morem tenent, ut nullum absque opere et labore suscipiant, non tam propter vite necessaria

S. xxxii. q. ii. c.

S. xvi. q. i. Sic. Si dicat

S. p. i. di. v c. i. c. ii.

S. xvi. q. i. c. v. et vi.

quam propter animae salutem. ne vagantur per va-
riis cogitationibus. ad instar formicarum
iterum omnium in seruitium ducunt pedes suos
et insequuntur; Quid quaeso. prohibitum omnes qui
in urbibus habitant. Ecce illi fruuntur
suis rebus; ministrant ecclesiis. Adeunt
balnea. unguenta non spernunt. et monasterio flo-
reusant. Ad quae tamen respondeo. et vivebant
per deum. me in presenti opusculo non decreuisse dispu-
tare. sed monachum instituere. In v. capi-
tulari. *Absque sui prelati licentia canonicis*

S. xvii. li. i. Concil
S. p. i. di. xxxii. c. prete
S. di. xii. c. vte

Nominibus; quia quantum humana per- *nichil agere licet.*
mittit fragilitas. decernimus ut canonici
clerici. canonice uiuant. observantes divi-
ne scripturae doctrinam. et documenta sanctorum pa-
trum. et nichil sine licentia episcopi sui. vel magi-
stri eorum incomposite agere presumant. In u-
no quoque episcopatu simul manducent et dormiant.
ubi his facultas id faciendi suppetit.
Qui de rebus ecclesiasticis stipendia accipiunt.
in suo claustro remaneant. et singulis diebus
mane primo ad lectionem ueniant. et audi-
ant quid eis imperetur. Ad mensam ... similiter
lectionem audiant. et obedientiam secundum canones
suis magistris faciant. Ex consuetudine
si. *Colorum fucis mulieres uti non debent.*

S. xxi. li. iiii. c. i.

Fucare figmentis quo vel rubicundior vel can-
didior appareat. adulterina fallacia est. qua
non dubito etiam ipsos maritos se nolle decipi.
quibus solis permittendae sunt feminae ornari secundum
ueniam non secundum imperium. Nam uerus ornatus
maxime christianorum. nullus fucus mendax ue-
rum neque quidem auri uestisque pompa sed mores
boni sunt. Execranda autem superstitio ligatu-
rarum in quibus inaures uirorum in summis
ex una parte auriculis suspensae deputantur.
non ad placendum hominibus sed ad seruiendum
demonibus adhibentur. Ex simbolo ephesi-
ni concilii. cc. episcoporum qui habitum est contra nestorium.
de spiritu. *Quod spiritus sanctus procedit a patre et filio.*
dicit dominus in euangelio. Ille me clarificabit.
hoc rectissime sentientes unum christum et dei filium
non uelud alterius egentem gloriam ferentem a spiritu sancto
gloriam consecutum. quia spiritus eius non melior nec
superior ipso est. Sed quia humana opera faci-
ens. ad demonstrationem suae diuinitatis
uirtute propria spiritu utebatur. ab ipso glorifican-
dus esse dicitur. sicut vel disciplina quilibet unusquisque

clarificet. Quamuis enim in sua sit substan-
tia spiritus eius. et intelligatur in persona proprietas iuxta
id quod spiritus est et non filius. attamen alienus non est ab illo.
Nam spiritus appellatus est ueritatis et ueritas christus est.
Unde et ab isto similiter sicut ex deo patre procedit.
Denique hic idem spiritus et per sanctorum manus apostolorum
miracula gloriosa perficiens. dominum glorifica-
uit ihesum christum. postquam ascendit in celum. Nam
creditur christus natura deus existere. per suum spiritum uir-
tutes efficiens. Ideoque dicebat de meo
accipiet. et annuntiabit uobis. Didicimus
in libris de spiritu sancto. contra errorem grecorum.
De eodem.
Saluator qui ueritas ait.
Non enim loquetur a semetipso hoc est sine me et sine meo et
sine patris arbitrio quia inseparabilis est a me
et patris uoluntate. Et amplius. Quia
ex se non est sed ex patre et me est. Hoc enim ipsum quod sub-
sistit. et loquitur a patre et a me illi est. Ego ueri-
tatem loquor. id est inspiro quod loquitur. Siquidem
spiritus ueritatis est. Dicere autem et loqui in trinita-
te est. non secundum consuetudinem nostram. qua ad nos
sermocinantes loquimur accipiendum. sed
iuxta formam incorporalium naturarum et maxi-
me trinitatis quae uoluntatem suam ingerit in cor-
da credentium. Eorum cordibus inserit quae eam
digni sunt audire. Liquide ergo est dicere patrem.
et audire filium vel econtra filium loquentem audire
patrem. eiusdem naturae esse patrem et filium. in patre et
filio consensus est significatio. Spiritus sanctus qui est
spiritus ueritatis. spiritusque sapientiae non potest audire filium
loquentem quem nescit cum hoc ipsum sit quod profertur a
filio. id est procedens deus de deo. spiritus ueritatis proce-
dens a ueritate consolator manans de consolatore.
Denique ne quis illum a patris et filii uolun-
tate et societate discerneret. scriptum est. Non enim
a semetipso loquitur. sed sicut audit loquitur. Con-
simile et de se ipso saluator ait. Sicut audio
et iudico. Et alibi. Non potest filius a se ipso facere
quicquam. nisi quod uiderit patrem facientem. *Presbiteri qui sunt ciuium*
nullus presbiterorum *ebrietatem et comessationes suo periculo*
quando ad annuum sanctorum diem. xxx. aut vii. vel iii. *decimae*.
aut alicuius defuncti aut quoquo uocatione ad col-
lectam presbiteri conuenerint. se nullatenus inebriare pre-
sumant. nec precari in amore sanctorum vel ipsius aut
bibere. aut alios adbibendum cogere. vel se alie-
na precatione ingurgitare. nec plausus et risus
inconditos et fabulas inanes ibi referre aut
cantare presumant. vel turpia ioca. vel urso. vel

S. xxii. li. i. Statu

De consecratione

tornatricibus, que se fieri confitentur, non larvas demonum, quia hoc diabolicum est et sacris canonibus prohibitum. Ex concilio Laudicensi.

Spectaculis clerici interesse non debent.

S. di. xxxiiii. c. presbiteri. S. di. i. q. dic. S. xxxii. q. i. De his. S. p. i. di. xliiii. c. Non oportet

Non oportet ministros altaris vel quoslibet clericos spectaculis aliquibus, que aut in nuptiis aut scenis exhibentur, interesse, sed antequam thimelici ingrediantur surgere eos de convivio et abire debere. Ex eodem.

Clericus vel laicus sine iussione episcopi non peregrinetur.

Non oportet ministrum altaris vel quemlibet clericum sine iussione episcopi ad peregrinandum proficisci. Laicum etiam sine canonicis litteris, id est formata, similiter non oportet alicubi proficisci. Aug. ad Possidonium, et quicumque cos frs.

Explicit liber de officiis.

Post omnes causas agitur de consecratione ecclesiarum, et quod misse non sint alibi celebrande quam in locis deo consecratis, et quod ecclesiarum consecratio absque missa fieri non d . . . . . e . . . . . b . . . . . e . . . . . t.

D. I.

DE ECCLESIARUM consecratione et de missarum celebrationibus non alibi quam in sacratis domino locis absque magna necessitate fieri debere liquet omnibus quibus sunt nota novi et veteris testamenti precepta. Tabernaculum enim Moysen domino precipiente fecisse et sacrasse cum mensa et altari eius et eneis vasis atque utensilibus ad divinum cultum explendum legimus. Et non solum divinis precibus eas sacrasse, set etiam sancti olei unctione domino iubente perunxisse novimus. Que utique hec facta sunt et non alii nisi sacerdotes sacra unctione delibuti domino quoque cum vestibus sanctis sacrati et levite intrabant, ferebant, erigebant et deponebant, ut prius institutionibus que hactenus a domino per Moysen constitute et precepte esse in lege domini repperiuntur. Quapropter et David regum piissimus amplificavit et ... tum dei templum domini edificare voluit, sed propter multum sanguinem quem effuderat prohibitus est. Tamen ipse collegerat expensas. Salomon quoque filius eius quod ipse facere optaverat, iubente et auxiliante domino perfecit templum cum altari et reliquis ad divinum cultum peragendum consecravit. In libro regum legitur: Fecit ergo Salomon in tempore illo festivitatem celebrem et omnis Israel cum eo multitudo magna ab introitu Emath usque ad rivum Egypti coram domino deo nostro VII diebus et VII diebus, id est XIIII diebus, et in die VIII dimisit populum. Iudei ergo loca in quibus domino sacrificabant divinis habebant supplicationibus consecrata, nec in aliis quam deo dicatis locis munera domino offerebant. Si enim Iudei qui umbre legis deserviebant hoc faciebant, multo magis nos quibus veritas patefacta est et gratia et veritas per Iesum Christum data est, templa domino edificare et prout melius possumus ornare, eaque divinis precibus et sanctis unctionibus suis cum altaribus et vasis, vestibus quoque et reliquis ad divinum cultum explendum utensilibus devote et sollempniter sacrare, et non in aliis quam in domino sacratis ab episcopis et non a chorepiscopis, qui sepe prohibiti sunt, nisi ubi predictum est summa exigente necessitate, missas celebrare nec sacrificia domino offerre debemus. Ubi si summa necessitas agere compulit, non in domibus offerre prohibitas. Si autem ut legitur in Laodicensi cap. xxiiii., quod hii qui non sunt ab episcopis ordinati, tam in ecclesiis quam in domibus exorcizare non possunt, multo magis gradus ministeria non ab eis qui a eos gradus sunt consecrati, quibus fungi debent, officia agi debent vel sacrificia offerri licet. S. di. lxviii. c. vlt. Quod autem ut paulo superius probatum est oblationes in domibus offerri non debent, in eodem concilio cap. lviii. prohibitum habetur. Ita: Non oportet in domibus oblationes celebrari ab episcopis vel presbiteris. Item Iginius papa cap. V. Ecclesiarum consecratio absque missa fieri non debet.

Omnes basilice cum missa debent semper consecrari. Ecclesie constructe ubi aut plures sunt quam necesse sit, aut maioris magnitudinis quam ut ex redditibus ad eas pertinentibus restaurari possint, episcopi providentia moderentur, qualiter consistere possint. Gelasii cap. xxxiiii. Absque precepto sedis apostolice nova ecclesia non consecratur.

De locorum consecratione quamvis fratrum superius fuit comprehensum, tamen quia patefactum est quod absque precepto sedis apostolice non

multi factas ecclesias vel oratoria sacrare presumant.
Item. Sine auctoritate summi pontificis nova non dedicetur basilica.

Precepta sinodalia, que ante paucos menses de sede nostra ad provinciam sunt directa, et antiquis canonibus constituta, et ea que in nostris continebantur adiudicamus, eorumque parte constat sine summi pontificis auctoritate ecclesiam noviter conditam non posse dedicari. Et quia ex hac basilica que taliter fuit ad cultum processionis adducta suspendisse missas probabiliter conputamus. Sed quia devotionis locus non debet a ministeriorum cotidiano vacuus permanere, fratres karissime, eorum martirum nomine, quorum relatio continet, auctoritatis nostre suscepta serie consecrabis, ut populorum frequentatio quam illic ante convenire memoravimus, servatis regulis ecclesiasticis et canonibus integre habeat firma religione continuam. Item. Non dedicentur basilice que preter auctoritatem sedis apostolice sunt edificate.

Basilicas noviter institutas non petitis ex more preceptionibus dedicare nemo audeat. Nec ambiant sibimet episcopi vindicare clericos potestatis aliene. Cum enim decreta venerabilium sanctionum nos quoque magno opere custodire nitamur, ac si non eorum dispendio in illa que pabulum vitalitatis fortasse conprehendi videantur laxamenta cedamus. Cumque nobis de salutari reverentia regularum cupiamus temere nichil dici, et cui sedes apostolica superior his omnibus favente domino que paternis canonibus sanxit perfixa pio devotoque studeat tenere, possidendis indignum est quemquam vel pontificum vel ordinum subsequentium hanc observationem refutare, quam beati Petri sedem et sequi videat et docere. Satisque conveniens sit, ut totum corpus ecclesie in hac sibimet observatione concordet, quam illic vigere conspiciat, ubi dominus ecclesie totius posuit principatum. Item Iohanni episcopo Sorano. Publice processiones non fiunt in oratoriis que preter auctoritatem sedis apostolice consecrantur.

Certum est quod nostris preceptionibus constitutum neque in ecclesia aut in oratorio quolibet sedis nostre non lege permissione dedicatis processiones presumant impendi, ne conditores fortunis subreptionibus regularum statuta prosilirent. Sicque in Iugenia spectabilis femina petitoria nobis oblatione suggesserit in possessionibus iuris sui eorum copula condidisse. Fratres karissime humanitatis intuitu, statuta non maculantibus et sepulcris tamen in conprehensis petitorio locis mistica noviter sollempnitate prestanda, ut defunctorum nomine solummodo divina celebrentur officia, preter frequentationem et processione cessante. Item Nicholaus papa clero et plebi Nomentensis ecclesie.
Sine nutu sedis apostolice ecclesia non debet institui.

Ecclesia, id est catholicorum collectio, quoniam sine apostolice sedis institui nutu, quamvis iuxta sacra decreta non ipsa debet absque preceptione pape basilica noviter construi, que ipsam catholicorum mentes in amplecti catenam dignoscitur. Item ex Aurelianensi. Sine designatione episcopi non edificetur ecclesia.

Nemo ecclesiam edificet antequam civitatis episcopus veniat, et ibidem crucem figat, publice atrium designet, et ante prefiniat qui edificare vult, que ad luminaria et ad custodiam et stipendia custodum sufficiat, et ostensa donatione sic domum edificet, et postquam consecrata fuerit, atrium eius sancte ecclesie sancta aqua aspergat. Item ex Bracarensi. ii.
Non consecratur ecclesia que pro questu cupiditatis edificatur.

Si quis basilicam non pro devotione fidei sed pro questu cupiditatis edificaverit, ut quicquid de oblatione populi colligitur medium cum clericis dividat, eo quod basilicam in terra sua condiderit, hoc decretum observari debet, ut nullus episcoporum tam abhominabili voto consentiat, nec basilicam que non pro sanctorum patrocinio sed magis sub tributaria conditione est condita audeat consecrare. Felix episcopus omnibus ubique orthodoxis. Sacrificia non nisi super altare et in locis deo sacratis offerantur.

Sicut non alii quam sacrati domino sacerdotes debent missas cantare, nec sacrificia super altare offerre, sic nec in aliis quam domino sacratis locis, id est in tabernaculis divinis precibus a pontificibus delibatis, missas cantare aut sacrificia offerre licet, nisi summa coegerit necessitas. Sanctum est enim missas non cantare aut non audire quam in his locis ubi fieri non oportet, nisi pro summa contingat necessitate, quoniam necessitas legem non habet. Unde scriptum est: Vide ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris, sed in loco quem elegerit dominus deus tuus. In domibus tamen ab episcopis suis personis oblationes celebrari nullatenus liceat. Item ex concilio Tiburtiensi. Non nisi in locis sacratis missarum sollempnia celebrentur.

Missarum sollempnia non ubique sunt celebranda, sed in locis ab episcopo sacratis vel ubi episcopus permiserit celebranda esse censemus. Item Clemens. Precibus divinis consecrantur ecclesie.

Ecclesias propter quam nulla facere loca que divinis precibus sacrare oportet. Item. Sacrificare et missas celebrare non licet nisi in locis deo sacratis.

S. i. q. vii. Ex hiis
S. di. xi. Nolite
S. xxiiii. q. i. Rogamus
S. xvi. q. vii. Ut geri
S. xvi. q. i. ...
S. i. q. ii. c. i.
S. i. q. iii. Ecclesia
S. i. q. i. c. Sig.
S. xvi. q. vii. Ecclesias

Hic ergo habemus in presenti vita positos oportet vos agnoscere voluntatem dei, ubi et agnita et sacrificandi locus: quam in aliis locis sacrificandum et missas celebrandum non licere nisi in his in quibus episcopus iusserit, aut ubi ab episcopo regulariter ordinato, tenente videlicet unitatem, consecrata fuerit. Aliter enim non sunt hec agenda nec rite celebranda. Item Silverius papa. **Abiciatur sacerdos qui in locis non sacratis missas celebrare presumit.**

Nullus presbyter missas celebrare presumat nisi in sacratis domino locis ab episcopo, qui sui particeps decreto voluerit esse sacerdotii. Item ex pp. omnibus orthodoxis. **Singulis annis dedicationum sollempnitates celebrentur; consecrentur ecclesie de quarum consecratione dubitatur.**

J. e. di. iiii. Vi-
...dos. Placuit

Sollempnitates dedicationum ecclesiarum et sacerdotum per singulos annos sunt celebrande. De ecclesiarum consecrationibus, quotiens dubitatur, et nec certa scriptura nec certi testes existunt a quibus consecratio sciatur, absque ulla dubitatione scito eas esse sacrandas; nec talis dubitatio facit iterationem, quoniam non monstratur esse iteratum quod nescitur factum. Item Gregorius papa de eodem. **Quod octo diebus dedicationum sollempnitas est celebranda.**

Sollempnitates dedicationum ecclesiarum per singulos annos sollempniter sunt celebrande, ipso domino exemplum dante, qui ad festum dedicationis templi omnibus id faciendi dans formam cum reliquis populis eandem festivitatem celebraturus venit, sicut scriptum est: Facta sunt encenia in Ierosolimis et hyemps erat, et ambulabat Ihesus in templo in porticu Salomonis. Quod autem octo diebus encenia sint celebranda, in libro Regum perlecta dedicatione templi reperies. Item ex Meldensi cap. viii. **Consecrentur ecclesie et altaria de quorum consecratione dubitatur.**

S. p. i. di. lxvii. ecclesias.

Ecclesie vel altaria que ambigua sunt de consecratione consecrentur, et superflua altaria destruantur. Item Yginus papa. **Quando ecclesia sit denuo consecranda vel salibus tantum exor- cizanda.**

Si motum fuerit altare, denuo consecretur ecclesia. Si parietes mutantur et non altare, salibus tantum exorcizetur. Si autem homicidio vel adulterio ecclesia violata fuerit, diligentissime expurgetur et denuo consecretur. Ex Niceno. **Ecclesia semel consecrata quando sit iterum consecranda.**

S. p. i. di. lxviii. c. ex eod. ecclesias.
J. di. v. Placuit

Ecclesiis semel deo consecratis non debet iterum consecratio fieri, nisi aut ab igne exuste, aut sanguinis effusione, aut cuiusquam semine pollute fuerint, quia sicut infans a quolibet sacerdote in nomine patris et filii et spiritus sancti semel baptizatus non debet iterum baptizari, ita nec locus deo dedicatus iterum consecrandus est, nisi propter eas causas quas superius nominavimus, si tamen fidem sancte trinitatis tenuerint qui consecraverunt eum. Item Iohannes papa. **De eodem.**

J. e. c. iiii. Placuit.

Ecclesias Arrianorum ubicumque inveneritis, catholicas eas divinis precibus et operibus absque ulla mora consecrate, sicut et nos fecimus cum pro causa sancte et Theodorici regis Constantinopoli fuissemus. Item Gregorius in dialogo. **De eodem.**

S. i. c. iiii. Eccla

Arrianorum ecclesiam in regione urbis huius que Subura dicitur cum clausa usque ad biennium permansisset, placuit ut in fide catholica introducta illic beati Sebastiani et sancte Agathe martyris reliquiis dedicari debuisset. Quod et factum est et cetera. **De eodem.**

Agapitus papa vas catholicum, evangelii tuba, pro deo instruxit: sacra altaria sedis sue, que Anthimi sacrilegi infecta fabulis fuis, catholicis precibus eluit. Item Vigilius papa. **De eodem.**

De fabrica vero cuiuslibet ecclesie, si diruta fuerit, instauranda, et si in eo loco restaurari debeat consecrationis sollempnitas, ubi sanctuaria non fuerint, nichil iudicamus officere, si per eam minime aqua exorcizata iactetur, quia consecrationem cuiuslibet ecclesie in qua sanctuaria non ponuntur celebritatem tantum scimus esse missarum. Et ideo si qua sanctorum basilica a fundamentis etiam fuerit innovata, sine aliqua dubitatione, cum in ea missarum fuerit celebrata sollempnitas, totius consecratio sanctificationis implebitur. Si vero sanctuaria que habebat ablata sunt, rursus earum repositione et missarum sollempnitate reverentiam sanctificationis accipiat. Item ex decretis Formosi pape cap. x. **Absque episcopi permissione sui in ecclesia consecrata non erigatur altare.**

Nullus presbyter in ecclesia consecrata aliud altare erigat, nisi quod ab episcopo loci fuerit sanctificatum vel permissum, ut sit discretio inter sacrum et non sacrum, nec dedicationem fingat nisi sit, quia si fecerit, degradetur si clericus est, si laicus, anathematizetur. Item ex concilio Africano cap. i. **Evertantur altaria que sine sanctorum reliquiis eriguntur.**

Placuit ut altaria que passim per agros et vias tanquam memorie martyrum constituuntur, in quibus nullum corpus aut reliquie martyrum condite probantur, ab episcopis qui eisdem locis presunt, si fieri potest, evertantur. Si autem hoc propter tumultus populares non sinitur, plebes tamen admoneantur ne illa loca frequentent, ut qui recte sapiunt nulla ibi superstitione devincti teneantur. Et omnino nulla memoria martyrum probabiliter acceptetur, nisi aut ibi corpus aut aliquę reliquię certe sint, aut ibi origo alicuius habitationis vel possessionis vel passionis fidelissima origine tradatur. Nam que per somnia et per inanes quasi revelationes quorumlibet hominum ubicumque constituuntur altaria, omnimodis reprobentur. Item ex concilio Aurelianensi.

cap. iii. Non est consecranda ecclesia in qua pagani sepeliuntur.

Ecclesiam ubi paganus sepultus est non licet consecrari neque missas in ea celebrare, sed tractare foras et mundare oportet. Item ex concilio Agrippinensi. De ecclesia in qua fidelium cadavera sepeliuntur.

Ecclesiam in qua mortuorum cadavera infidelium sepeliuntur sanctificare non licet. Sed si apta videtur ad consecrandum, inde evulsis corporibus et rasis parietibus vel tignis eius locus reedificetur. Si autem consecrata prius fuit, missas in ea celebrare licet, tamen si fideles fuerint qui in ea sepulti sunt. Item ex Martini pape. Super monumenta in qua sacramenta non distribuantur ministeria.

Non oportet clericos ignaros et presumptores super monumenta in campum ministeria portare, aut distribuere sacramenta, sed aut in ecclesia aut in basilica ubi martyrum reliquie sunt deposite, ibi pro defunctis oblationes offerri solere. Neque liceat christianis prandia ad defunctorum sepulchra deferre et sacrificare mortuis. Item ex Triburiensi. Quod tecta combusta missis possint celebrari.

Concedimus tamen sicubi gentilium percussis nostris exigentibus peccatis per semetipsum factum est a Normannis et Sclavis et Hungaris et a malis christianis, seu aliquo quocumque modo ecclesie fuerint incense et combuste, in capellis cum tabulis consecratis missarum celebrare permittimus, donec ipse ecclesie restaurentur. In ruinis vero potius, si ecclesia defuerit, sub divo seu in tentoriis, si tamen tabula altaris consecrata ceteraque sacra ministeria ad id officium pertinentia ibi affuerint, missarum sollempnia celebrari concedimus. Item ex Epaonensi cap. vi. Crismate non ungantur altaria nisi fuerint lapidea.

Altaria si non fuerint lapidea crismatis preterea unctione non sacrentur. Ad celebranda autem divina officia ordinem quem metropolitanum tenent comprovinciales eorum observare debebunt. Item ex Agathensi. Crismatis unctione et sacerdotali benedictione sacrentur altaria.

Altaria placuit non solum unctione crismatis sed etiam sacerdotali benedictione sacrari. Item ex Aurelianensi c. iii. In privatis oratoriis licet orare, non tamen missas celebrare.

Unicuique fidelium in domo sua oratorium licet habere et ibi orare; missas autem celebrare ibi non licet. De vii synodo. In privatis oratoriis absque consensu episcopi nullus ministrare presumat.

Clericos quilibet ministrare in oratoriis qui est domo sua sine consensu episcopi loci illius habet facere presumpserit. Si quis vero hoc non observaverit, deponatur.

Item ex concilio Agathensi. Qui extra parrochias habent oratoria his diebus ad parrochiam redire cogantur.

Si quis etiam extra parrochias in quibus legitimus est ordinariusque conventus oratorium habere voluerit, reliquis festivitatibus ut ibi missas audiat propter fatigationem familie iusto ordine permittimus. Pascha vero, natale domini, epiphaniam, ascensionem domini, pentecosten et natale sancti Iohannis baptiste, et si qui maxime dies in festivitatibus habentur, non nisi in civitatibus aut in parrochiis audiantur. Clerici vero si qui in festivitatibus his quas supra diximus in oratoriis, nisi iubente aut permittente episcopo, missas facere voluerint, a communione pellantur. Item Aug. Quibus ex causis loca sanctorum transmutanda sint.

Tribus ex causis loca sanctorum transmutanda sunt. Prima cum necessitas persecutorum loca eorum gravaverit. Secunda cum difficultas locorum fuerit. Tertia vero cum malorum societate gravantur. Item ex Magontiensi cap. l i. Quod licet alicui corpora sanctorum de loco ad locum transferre.

Corpora sanctorum de loco ad locum nullus transferre presumat sine consilio principis et episcoporum sancteque synodi licentia. Item Yginus papa. In usus laicorum non licet cedant ligna ecclesie dedicate.

Ligna ecclesie dedicate non debent ad aliud opus iungi nisi ad aliam ecclesiam, vel igni comburenda, vel ad profectum in monasterio fratribus. In laicorum opera non debent admitti. Item Clemens Iacobo Ierosolimorum episcopo. Vestimenta sacra et vasa pre vetustate consumpta incendantur, et cineres eorum in loco sacro recipiantur.

Altaris palla, cathedra, candelabrum et velum, si fuerint vetustate consumpta, incendio dentur, quia non licet ea que in sacrario fuerint male tractari, sed incendio universa tradantur. Cineres quoque eorum in baptisterio inferantur, ubi nullus transitum habeat, aut in pariete aut in fossis pavimentorum iaciantur, ne introeuntium pedibus coinquinentur. Mortui non obvolvantur vestimentis altaris.

Nemo presbiterorum quod dicimus mortuum credat advolvendum, aut ei scapulas operire velit palla que fuit in altari, aut certe que diacono data est in missa domini. Quod si fecerit vel levite qui inde negligentiam habuerint, diaconus termino sex quoque mensibus a divino erit remotus altari. Quod si preterea anathemate eos clericum non ammonuerit, presbiter x annis et mensibus v excommunicatus sit. Propterea decimas sacramentas subiecta

sibi non admonuerint ministra, et postea cum grandi humilitate mater recondatur ecclesie. Pallas uero et uela que in secretario sordidata fuerint, ac ministeria diacones cum humilibus ministris intra sacrarium et uela atque linteamina dominice mense abluant, ne forte puluis dominici corporis male decidat. Sindonem uero non foris abluant, et erit eis in operatione peccatum. Ideo committatur sacrarium ministris, et per primum cum diligentia custodire. Si in peluis noua comparetur, et postea non in nichil aliud tangatur. Sed nec ipsa peluis ubi uelis apponatur lauandis, nisi que ad dominici altaris cultum pertinet. Palle in alia peluim lauantur, et in alia uela ianuarum. Curandum sit et ostiarius examinatione maioris, ne quis negligentia aut ignarus aduenti ianue domus domini manus incognita tangat. Ita statum erroris discat omnis homo, quia uenit iuxta domum domini est. Item Sixtus papa. *Sacrata uasa non nisi a sacratis hominibus tangantur, et uestimenta* *altaris ... fecerunt.*

In sancta apostolica sede statutum est, ut sacra uasa non ab aliis quam a sacratis dominoque dicatis hominibus contrectentur, ne pro talibus presumptionibus iratus dominus plagam imponat populo suo, et hi etiam qui non peccauerunt pereant, quia perit iustus sepissime pro impio. Item Stephanus episcopus familiari amico Hylario. *Non nisi a sacratis hominibus uestimenta sacra ferantur.*

Vestimenta ecclesie quibus domino ministratur et sacrata debent esse et honesta. Quibus in aliis usibus non debent frui quam ecclesiasticis et deo dignis officiis. Que nec ab aliis debent contingi aut ferri nisi a sacratis hominibus, ne ultio que Baltasar regem percussit super hec transgredientes ueniat, et corruere eos faciat ad ima. Item ex concilio aurel. *Diuina misteria nuptiis non prestent ornamentis.*

Ad nuptiarum ornatum ministeria diuina non prestentur, ne dum impiorum tactu uel pompa secularis luxurie polluuntur, ad officium sacri ministerii uideantur indigna. Item ex concilio Tiburiensi cap. viiii. *In ligneis uasis dominici corporis et sanguinis sacramenta non sunt celebranda.*

Vasa quibus sacrosancta conficiuntur ferri misteria, calices et patene, de quibus Bonifacius martyr et episcopus interrogatus, si liceret in uasculis ligneis sacramenta conficere, respondit: Quondam sacerdotes aurei ligneis calicibus utebantur, nunc e contrario lignei sacerdotes aureis utuntur calicibus. Zepherinus sextus x. romanus episcopus patenis uitreis missas celebrare constituit. Deinde urbanus viii. x. papa omnia ministeria sacra fecit argentea. In hoc enim sicut et in reliquis cultibus magis ac magis per incrementa temporum decus succreuit ecclesiarum. Nostris enim diebus, quibus in pace familia fuimus, ne decus matris ecclesie minuatur, sed magis cumuletur et amplificetur. Statuimus ut deinceps nullus sacerdos sacrum misterium corporis et sanguinis ihesu christi domini nostri ihesu christi in ligneis uasculis ullo modo conficere presumat, ne unde placari debet, inde irascatur deus. Item ex concilio remensi cap. vi. *Ex qua materia calix cum patena fieri debeat.*

Ut calix domini cum patena, si non ex auro, omnino ex argento fiat. Si quis autem tam pauper est, saltem uel stagneum calicem habeat. De ere autem aut ex auricalco non fiat calix, quia ob uini uirtutem eruginem pariter et uomitum prouocat. Nullus autem in ligneo aut in uitreo calice presumat missam cantare. Item ex epistola Eusebii pape et Siluestri. *Non in serico sed in puro linteo sacrificium celebretur.*

Omnium consulto constituimus ut sacrificium *altaris* altaris non in serico panno aut in tincto quisquam celebrare presumat, sed in puro linteo ab episcopo consecrato terreno scilicet lino procreato atque contexto, sicut corpus domini nostri ihesu christi in sindone linea munda sepultum fuit. Item ex vi. synodo. *A quibus sit tradita missarum celebratio.*

Iacobus frater domini secundum carnem, cui primum credita est ecclesia ierosolimitana, et Basilius cesariensis episcopus, cuius claritas per totum refulsit mundum, in scriptis ad hoc nobis misse celebrationem. Item Telesphorus papa vii. a petro. *Qua hora missarum officia sint celebranda.*

Nocte sancta natiuitatis domini saluatoris missas celebrent presbiteri, et hymnum angelicum in eis sollempniter decantent, quia eadem nocte que ab angelo pastoribus est nuntiatus, et subito facta est cum angelo multitudo militie celestis laudantium et dicentium: Gloria in altissimis deo et in terra pax hominibus bone uoluntatis. Reliquis uero temporibus missarum celebrationes ante horam diei tertiam minime sunt celebrande, quia eadem hora et dominus est crucifixus et super apostolos spiritus sanctus legitur descendisse. Item ex Cartaginensi concilio cap. viii. *Non nisi a ieiunis hominibus sacramenta celebrentur altaris.*

Sacramenta altaris non nisi a ieiunis hominibus celebrentur, excepto uno die anniuersario quo cena domini celebratur. Nam si aliquorum pomeridiano tempore defunctorum siue episcoporum siue ceterorum commendatio facienda est, solis orationibus

S. p. i. di. xx. iii. Sacratas et di. xxiii. Non

S. p. i. di. xx. iii. Sacratas.

i. di. v. ut epi.
S. vii. q. i. c. Absit

fuit. si illi qui faciunt, vel presenti intererunt. Item ex concilio Cabilonensi. **Ante missarum sollempnia circa horam nonam decantata in xl. nulli comedere liceat.**

Solent plures qui se ieiunare putant in xl. mox ut signum audierint ad horam nonam manducare, qui nullatenus ieiunare credendi sunt, si ante manducaverint quam vespertinum celebretur officium. Concurrendum est enim ad missam et auditis missarum sollempniis et vespertinis officiis, largitis elemosinis ad cibum accedendum est. Si vero aliquis necessitate constrictus fuerit vel ad missam venire non valeat: estimata vespertina hora completa oratione sua ieiunium solvat. Ex concilio.

In ieiuniis quattuor temporum circa vespertinam horam in sabbato vel sancto circa noctis initium missarum sollempnia sunt celebranda. Unde Leo episcopus. Quod a patribus nostris. Item Gelasius. Ordinationes presbiterorum. Item Pelagius. Dilectionis tue scripta. Require in tractatu ordinandorum.

S. p. i. di. lxxv. Leo. Quod a patribus.
S. p. i. di. lxxv. Capitulo.
S. p. i. di. lxxvi. ponte. Di leo.

Ex concilio. Prima quoque parte dierum missarum sollempnia non inmerito celebrantur. Unde Leo papa Dioscoro Alexandrino episcopo. **Etiam prima parte diei missam celebrare licet.**

Necesse autem est ut quedam pars populi sua devotione privetur, si unius tantum misse more servato sacrificium offerre non possint nisi qui prima diei parte convenerint. Studiose ergo fraternitatem tuam familiari ammonemus alloquio, ut quod nostre consuetudini ex forma paterne traditionis insedit, tua quoque cura non negligat, ut per omnia nobis fide et actibus congruamus. Propter quod revertenti filio nostro Possidonio presbitero hanc dilectioni tue epistolam dedimus perferendam, qui nostris processionibus atque actionibus frequenter interfuit, et totiens ad nos missus quid in omnibus apostolice sedis auctoritas teneret agnovit. Item Augustinus.

Misse peculiares non sunt in publico.

Et hoc attendendum est, ut misse peculiares, que per dies sollempnes a sacerdotibus fiunt, non ita in publico fiant, ut per eas populus a missarum sollempniis que hora iii. canonice fiunt abstrahantur. Sed sacerdotes qui in circuitu urbis aut in eadem urbe sunt, et populus in unum ad publicam missarum celebrationem conveniant. Item Alexander papa. **Quot missas sacerdotibus in die celebrare liceat.**

Sufficit sacerdotibus unam missam in die celebrare, quia Christus semel passus est et totum mundum redemit. Non modica res est unam missam facere: et valde felix est qui unam digne celebrare potest. Quidam tamen pro defunctis unam faciunt, et alteram de die si necesse sit. Qui vero pro pecuniis aut adulationibus secularium una die presumunt plures facere missas, non existimo evadere dampnationem. Item ex concilio Toletano iii. **Ex salvatoris et apostolorum exemplo ymnos debere cantari.**

De hymnis canendis, et salvatoris et apostolorum habemus exemplum. Nam et ipse dominus hymnum dixisse perhibetur, Matheo evangelista testante: Et hymno dicto exierunt in montem oliveti. Et Paulus apostolus ad Ephesios scripsit dicens: Implemini spiritu, loquentes vobis metipsis in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus. Et quia nonnulli hymni humano studio in laudem dei atque apostolorum et martirum triumphos compositi esse noscuntur, sicut hi quos beatissimi doctores Hylarius atque Ambrosius ediderunt, quos tamen quidam specialiter reprobant, pro eo quod de scripturis sanctorum canonum vel apostolica traditione non existunt: respuant ergo et illum hymnum ab hominibus compositum, quem cotidie publico privatoque officio in fine omnium psalmorum dicimus: Gloria et honor patri et filio et spiritui sancto in secula seculorum amen. Nam et ille hymnus quem nato in carne Christo angeli cecinerunt: Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis, reliqua que ibi secuntur ecclesiastici doctores composuerunt. Ergo nec ipsi in ecclesiis canendi sunt, qui in sanctarum scripturarum libris non inveniuntur. Componuntur ergo misse sicut preces vel orationes, sive commendationes seu manuum impositiones, ex quibus si nulla decantentur in ecclesia, vacant officia omnia ecclesiastica. Ammonet huiusmodi fieri atque hortatur Timotheum apostolus dicens: Obsecro igitur primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus et pro omnibus qui in sublimitatibus sunt. Sicut ergo orationes ita et hymnos in laudem dei compositos nullus nostrum ulterius improbet. Item Leo vii.

In novo testamento qui ymni decantati ab angelis non duo solummodo hymni ab angelis **inveniuntur.**

In novo testamento inveniuntur decantati Alleluia atque Gloria in excelsis deo, quos pariter in hebdomada intimavimus. Quapropter homines utrisque acumina angelice iubilationis expulsi in hac misere vite Babilone super flumina eius sedemus et flemus, dum recordamur illius Syon. Quia non decet hymnum. Quod novem ebdomadibus alleluia intermittimus, non incongrue per viiii. ebdomadas viiii. ordines angelorum accipimus. Quorum x. ordo per superbiam corruens. Angelicum numerum im

c. Alleluia dimittitur nove ebdomadibus

mit. et a felicitate pepulit. Quin et de obitu eius
sue diminutioni et pariter ruinam sibi imminere
a perfecta laude creatoris fuere prepediti. Quorum
recuperationi et consolationi consulens omnipotens deus
creator. primum hominem de limo terre formavit.
qui sui generis multiplicatione. dampna cele
stis patrie resarciret. atque angelorum gaudium
suppleret. Quod spe angelici chori admodicum letati
non mirum si ex lapsu ipsius hominis fuit contristati.
Unde nove ordinum concentus. in laude creatoris re
mansit imperfectus. donec imperfectus. donec in christo re
surgente resurrexit prolapsus ille protoplaustus.
Ibi augmento sui collegii et spe melioris an
gelice excitati gaudiis. in novum alleluia consurrexe
runt. una eo pariter devotione. Quem et nos pro modu
lo nostro imitantes ab christi quem lapsus protoplausti
mecum recitat alleluia. viiii. ebdomadibus in
termittimus scilicet usque in pascha ubi christus resurgens
a mortuis et vitam nostram in gaudium convertit
et alleluia nobis reddidit. Item michi rodulfo britann
ensi archiepiscopo. In cena domini gloria in excelsis deo de cantetur.
PORRO gloria in excelsis deo ab episcopis in cena
domini. inter missarum sollempnia more nostro di
cendum est. Pallio vero apostolico eadem die utitur in
tantum quibus est ab apostolica sede permissum. Item za
charias papa. Cum baculo aut capite velato ad
celebrandum missarum sollempnia clericus non accedat.
Nullus episcopus aut presbiter. seu diaconus ad celebranda
missarum sollempnia presumat cum baculo intra S. vii. q. i. excomunicat. rott. Rich. ā.
re. aut velato capite altari dei assistere. quoniam
et apostolus prohibet viros velato capite orare in
ecclesia et si fecerint presumptores communione priventur. Cum vero
ingressus fuerit episcopus aut presbiter ad missarum sollempnia
celebranda. non passio aliqua intervenerit. nullo modo
audeat data oratione recedere. vel ab alio presbitero
aut episcopo suppleantur missarum sollempnia. sed qui
initium ponit suppleat usque in finem. Si quis
vero presumpserit preter quod posuimus agere a sacro corpore
et sanguine domini nostri ihesu christi sit suspensus. Item ana
cletus [...] omnibus episcopis. Quod testes episcopus
Episcopus deo sacrificans sacrificans secum habere debet.
testes secum habeat. In sollempnioribus quippe di
ebus. aut vii. aut v. aut iii. diaconos qui eius oculi
dicuntur. et subdiaconos atque reliquos ministros. S. p. i. di. xciii. Diaconi. S. ii. q. vii. C. vlt.
secum habeat. qui sacris induti vestimentis in fronte
et a tergo. et presbiteri e regione. dextra levaque contrito
corde et humiliato spiritu ac prono stent vultu.
custodientes eum a malivolis hominibus et consensum
presbiter sacrificio. Peracta autem consecratione omnes
communicent. qui noluerint ecclesiasticis care
re liminibus. Item lucius papa omnibus episcopis. Episcopus
sine religiosis testibus divina sacramenta non celebrat.
Iubemus apostolica auctoritate vel septem testes vobiscum
sacerdotes et levitas habeatis. Et licet conscientia
sufficere possit propria. tamen propter malivolos iuxta apostolum
tamen et testimonium vos oportet habere bonum. ab
his qui foris sunt. Igitur duo presbiteri et tres
diaconi. in omni loco episcopum non deserant propter testi
monium ecclesiasticum. Item sother episcopus. Nisi duobus
presentibus presbiter missam celebrare non presumat.
Hoc quoque statutum est ut nullus presbiterorum
missarum sollempnia celebrare presumat. nisi duobus
presentibus sibique respondentibus ipse tertius habeat.
quia cum pluraliter ab eo dicitur dominus vobiscum. et illud
in secretis orate pro me. apertissime convenit. ut
ipsius respondeatur salutationi. Item ex canone
apostolorum. Communione priventur qui usque ad finem missarum
Omnes fideles qui conveniunt sollempnia non audiunt.
in sollempnitatibus sacris ab ecclesia. et scripturas
apostolorum et evangelium audiant. qui autem non perse
veraverint in oratione usque dum missa peragatur nec sanctam
communionem perceperint. velut inquietudi
nes ecclesie commoventes convenit communione privari.
Item ex concilio cartaginensi. iiii. De eo qui
Sacerdote verbum in ecclesia faciente qui egressus de
auditorio fuerit excommunicetur. Item ex concilio agathensi.
Die dominico missas ex integro seculares audire
Missas die dominica secularibus totas audire debere
speciali ordine precipimus ita ut ante benedic
tionem sacerdotis egredi populus non presumat. Quod si fecerint
ab episcopo publice confundantur. Item ex concilio aurelianensi.
Populus non ante discedat quam missas ex integro
Cum ad celebrandas missas in dei nomine ex celebret.
convenitur. populus non ante discedat quam misse sollempni
tas compleatur. Et ubi episcopus non fuerit. benedictionem
accipiat sacerdotis. Item ex concilio cartaginensi. iiii. Excommuni
cetur qui pretermisso conventu ecclesie ad spectacula
Qui die sollempni pretermisso ecclesie conventu vadit. I p. c. di. v. Ad
ad spectacula vadit excommunicetur. Item ex concilio cartaginensi. I c. di. iii. c. ii.
iiii. Usque ad missam catecuminorum nullus ecclesiam
Episcopus nullum prohibeat ingredi prohibetur.
ingredi ecclesiam et audire verbum dei sive gentilem
sive hereticum. sive iudeum. usque ad missam cate
cuminorum. Item anastasius omnibus episcopis
Evangelia non sedendo audiantur sed stando audienda
Apostolica auctoritate mandamus. dum debemus.

sancta euangelia in ecclesia leguntur: ut sacerdotes et ceteri omnes non sedentes sed uenerabiliter curuati in conspectu euangelii stantes, dominica uerba intente audiant et fideliter adorent.

Item Gregorius VII. **Ad missarum sollempnia semper aliquid est offerendum.**

Omnis christianus procuret ad missarum sollempnia aliquid deo offerre et ducere ad memoriam quod deus per moysen dixit: Non apparebis in conspectu meo uacuus. Etenim in collectis sanctorum patrum liquido apparet quod omnes christiani offerre aliquid deo ex usu sanctorum patrum debent. Ad ipsum enim prius est confugiendum, quia in eo cura reposita est animae passiones. Uerum homines post eo ordine a nobis opem ab hominibus accersiunt. Ubi autem humana subsidia defecerint, tunc opinantur diuinum postulandum fauoris gratiam. Item Cyprianus. **Quod ipsa uoce sursum corda in missa cantata**

Quando autem stamus ad orationem fratres dilectissimi uigilare et incumbere ad preces toto corde debemus. Cogitatio hominis carnalis et secularis abscedat, nec quicquam tunc animus quam id solum cogitet quod precatur. Ideo et sacerdos ante orationem prefatione premissa parat fratrum mentes dicendo sursum corda, ut dum respondet plebs habemus ad dominum, admoneatur nichil aliud se quam dominum cogitare debere. Claudatur contra aduersarium pectus et soli deo pateat, nec ad se hostem dei tempore orationis uenire patiatur. Item Pelagius romane ecclesie antistes sedis episcopus uniuersis germanie atque gallie episcopis. **Quod prefationes in missa sunt cantande.**

Inuenimus has nouem prefationes in sacro catalogo tantummodo recipiendas. Idest unam in albis paschalibus. Alteram de ascensione domini. Tertiam de pentecosten. Quartam de natale domini. Quintam de apparitione domini. Sextam de apostolis. Septimam de sancta trinitate. Octauam de cruce. Nonam de ieiunio in quadragesima tantummodo dicendam. Item ex capitulis. **In omnibus missarum sollempnibus pro defunctis oratio fiat.**

Uisum preterea nobis est ut in omnibus missarum sollempnibus pro defunctorum spiritibus loco competenti ecclesia dominum deprecetur. Sicut enim nulla dies excipitur quin pro uiuentibus et quibuslibet necessitatibus deprecetur, ita in missarum nulla dies excipi debet quin pariter animabus fidelium preces domino missarum sollempnibus fundantur. Antiquitus quoque hic mos est sancte dei ecclesie ut in missarum sollempnibus et aliis precibus domino spiritus quiescentium commendet, dicente beato augustino: Non sunt pretermittende

S. di. lxx. Scōz

supplicationes pro spiritibus mortuorum quas faciendas pro omnibus in christiana et catholica societate defunctis laudamus. Defunctorum etiam tacitis nominibus eorum quos sub generali commemoratione suscepit ecclesia, ut quibus ad ista desunt parentes aut filii aut quicumque cognati uel amici, ab una eis exhibeatur pia matre communi. Item Innocentius episcopus urbis rome Decentio Eugubino.

Ante precem non sunt a sacerdote nomina recitanda.

De nominibus recitandis antequam precem sacerdos faciat atque eorum oblationes quorum nomina recitanda sunt sua oratione commendet, quam superfluum sit et ipse pro tua prudentia recognoscis, ut cuius hostiam necdum deo offeras eius ante nomen insinues, quamuis illi incognitum nichil sit. Item Alexander urbis rome episcopus orthodoxis omnibus. **Panis et uinum et aqua in sacrificiis sunt offerenda.**

D. II.

In sacramentorum oblationibus que inter missarum sollempnia domino offeruntur panis tantum et uinum aqua permixtum in sacrificium offerantur. Non enim debet in calice domini aut uinum solum aut aqua sola offerri, sed utrumque permixtum, quia utrumque ex latere eius in passione sua profluxisse legitur. Item Cyprianus Cecilio fratri salutem.

Uinum sine aqua uel econuerso in sacramentis offerri non licet.

Sic in sanctificando calice domini offerri non potest sola aqua, quomodo nec uinum solum potest. Nam si uinum tantum offerat quis, sanguis christi incipit esse sine nobis. Quando autem utrumque miscetur et adunatione confusa sibi iuncte copulantur, tunc sacramentum spirituale et celeste perficitur. Sic uero calix domini non est aqua sola aut uinum solum nisi utrumque misceatur, quomodo nec corpus domini non potest esse farina sola nisi utrumque copulatum fuerit et adunatum et panis unius compage solidatum. Idem.

Scriptura dicit ut quotienscumque **de eo de.** calicem in commemoratione domini et passionis eius offerimus, id quod constat dominum fecisse faciamus. Et uide frater karissime si quis de antecessoribus nostris uel ignoranter uel simpliciter non hoc obseruauit et tenuit quod dominus nos facere exemplo et magisterio suo docuit, potest simplicitati eius de indulgentia domini uenia concedi. Nobis uero non poterit ignosci, qui nunc a domino ammoniti et instructi sumus ut calicem domini cum uino mixtum, secundum quod dominus obtulit, offeramus. Item ex concilio martini pape. **Preter uinum et aquam et panem in sacrificio nichil debet offerri.**

Non oportet aliquid aliud in sacrario offerri preter uinum et aquam que in typo christi benedicuntur. Quia

dum in cruce penderet de corpore eius san-
guis et aqua effluxit. Haec tria unum sunt in Christo Iesu; haec
hostia et oblatio Dei in odorem suavitatis.
Item ex concilio Carthaginensi III. De eodem.
In sacramento corporis et sanguinis Domini nichil
amplius offeratur quam quod ipse Dominus tra-
didit, hoc est panis et vinum aqua mixtum. Nec
amplius in sacrificiis offeratur quam de uvis
et frumentis. Item ex VI. synodo. Oblationis sacrificio uvas nemo coniungat.
Didicimus quod in quibusdam
ecclesiis sacerdotes sacrificio oblationis coniun-
gant uvas, quas secundum usum in altario offerunt,
et sic simul utrasque populo dispensent. Praecipimus ergo
ut nullus sacerdos hoc ulterius faciat, sed in re-
missionem peccatorum populo oblationem solam di-
stribuat. Uvas autem seorsum benedictas populus qui pe-
tierit accipiat et fructuum datori agat gratias. Item
Iulius papa episcopis per Egyptum. De his qui in sacri-
ficando varie errabant.
Cum omne crimen atque peccatum
oblatis Deo sacrificiis deleatur, quid de cetero pro
delictorum expiatione Domino dabitur, quando in ipsa
sacrificii oblatione erratur? Audivimus enim
quosdam schismatica ambitione detentos contra divi-
nos ordines et apostolicas institutiones lac pro
vino in divinis sacrificiis dedicare. Alios
quoque intinctam eucharistiam populis pro complemento com-
munionis porrigere. Quosdam etiam expressum vi-
num in sacramento dominici calicis offerre. Alios
vero pannum lineum musto intinctum per totum
annum reservare, et in tempore sacrificii aqua par-
tem eius lavare et sic offerre. Quod quam sit evan-
gelicae atque apostolicae doctrinae contrarium et consuetudi-
ni ecclesiasticae adversum, non difficile ab ipso fonte
veritatis probabitur, a quo ordinata ipsa sacramentorum
mysteria processerunt. Cum enim magister veritatis verum
salutis nostrae sacrificium suis commendaret disci-
pulis, nulli lac sed panem tantum et calicem sub hoc
sacramento cognoscimus dedisse. Legitur enim in evangelica
veritate: accepit Iesus panem et calicem et benedi-
cens dedit discipulis suis. Cesset ergo lac sacrifican-
do offerri, quia manifestum et evidens exem-
plum veritatis evangelicae illuxit, quod praeter panem et
vinum aliud offerri non licet. Illud vero quod pro
complemento communionis intinctam tradunt eucharistiam
populis, nec hoc prolatum ex evangelio testimonium re-
ceperunt, ubi apostolis corpus suum et sanguinem
commendavit. Seorsum enim panis et seorsum ca-
licis commendatio memoratur. Nam intinctum
panem aliis Christum praebuisse non legimus, excep-
to illo tantum discipulo quem intincta bucella
magistri proditorem ostenderet, non quae sacramenti huius
institutionem signaret. Nam quod expresso botro,
id est vinaciorum quidam populo communicant, valde est omnino con-
fusum. Sed si necesse fuerit botrus in calice comprimatur
et aqua misceatur, quia calix dominicus iuxta ca-
nonum praeceptum vino et aqua permixtus debet
offerri, quia videmus in aqua populum intelligi,
in vino vero ostendi sanguinem Christi. Ergo cum in ca-
lice vino aqua miscetur, Christo populus adunatur, et creden-
tium plebs ei in quem credidit copulatur et iungitur.
Quae copulatio et coniunctio aquae et vini sic mi-
scetur in calice Domini, ut mixtio illa non possit
separari. Nam si vinum tantum quis offerat, san-
guis Christi incipit esse sine nobis. Si vero aqua sola sit,
plebs incipit esse sine Christo. Ergo quando botrus solus
offertur, in quo vini efficientia tantum designatur,
salutis nostrae sacramentum negligitur, quod aqua significat.
Non enim potest calix Domini esse aqua sola aut vinum
solum, nisi utrumque misceatur. Et vero quia iam
ex plurima et multiplex maior manavit sententia,
deinceps omnis talis error atque praesumptio
cessare debet, ne pravorum inordinata compago
statum veritatis enervet. Ideo nulli licitum de-
inceps erit aliud in divinis sacrificiis offerre,
nisi iuxta antiquorum sententiam conciliorum panem tantum
et calicem vino et aqua permixtum. De cetero aliter quam
praeceptum est faciens tamdiu a sacrificando ces-
sabit, quamdiu legitima paenitentiae satisfac-
tione correptus ad gradus sui officium re-
deat quod amisit. Item Alexander papa V. a Petro.
Nulla oblatio corporis et sanguinis Christi comparatione valet.
Nichil in sacrificiis maius esse potest quam corpus et
sanguis Christi. Nec ulla oblatio hac potior est,
sed haec omnes praecellit. Quae pura conscientia Domino of-
ferenda est et pura mente sumenda atque ab omnibus
veneranda. Et sicut potior est ceteris, ita potius exco-
li et venerari debet. Item Innocentius papa Decen-
tio Eugubino salutem. Ante confecta mysteria pacem non debemus offerre.
Pacem ergo asseris ante confecta
mysteria quosdam populis imperare vel sibi inter se sacerdo-
tes tradere, cum post omnia quae aperire non debeo pax sit
necessario indicenda, per quam constet populum ad omnia
quae in mysteriis aguntur atque in ecclesia celebrantur
praebuisse consensum, ac finita esse pacis concludenti
signaculo demonstrentur. Item Anacletus papa.
Ecclesiasticis liminibus careat qui ministerio quod potest

Peracta consecratione [ccion] communicare contempnit. omnes communicent, qui noluerint ecclesiasticis carere liminibus. Sic enim et apostoli statuerunt et sancta Romana tenet ecclesia. Item ex concilio Toletano XII.

Quisque sacerdos quotiens missam celebrat totiens sacram communionem percipiat.

Relatum nobis est quosdam de sacerdotibus non tot vicibus communionis sancte gratiam sumere, quot sacrificia in una die videntur offerre. Sed in uno die si plurima offerant sacrificia, in omnibus se oblationibus a communione suspendunt, et in sola tantum extrema sacrificii oblatione communionis sancte gratiam sumunt, quasi non sit totiens illi vero et singulari sacrificio participandum, quotiens corporis et sanguinis Domini nostri Iesu Christi immolatio facta constiterit. Nam ecce apostolus ait: Nonne qui edunt hostias participes sunt altaris? Certum est quia hi qui sacrificantes non edunt rei sunt dominici sacramenti. Quicumque ergo sacerdotum deinceps divino altario sacrificium oblaturus accesserit, et se a communione suspenderit, ab ipsa qua se indecenter privavit gratia communionis anno uno repulsum se noverit. Nam quale erit sacrificium cui nec ipse sacrificans particeps esse dinoscitur? Ergo modis omnibus tenendum est, ut quotienscumque sacrificans corpus et sanguinem Domini nostri Iesu Christi in altario immolat, totiens perceptionis cor. et san. Christi participem se prebeat. Item Gelasius papa Maiorico et Iohanni episcopis.

Corpus Christi sine eius sanguine sacerdos non debet accipere.

Comperimus autem quod quidam sumpta tantummodo corporis sacri portione a calice sacri cruoris abstineant. Qui proculdubio quoniam nescio qua superstitione docentur astringi, aut integra sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur, quia divisio unius eiusdemque misterii sine grandi sacrilegio non potest provenire. Item Aug.

Eucharistie communionem quod cotidie accipere nec reprehendit nec commendat.

Cotidie eucharistie communionem accipere nec laudo nec vitupero. Omnibus tamen dominicis diebus communicandum hortor, si tamen mens in affectu peccandi non est. Quam magis dico quia (eucharistie perceptione) purificat. Et ideo quamvis quis peccato mordeatur, peccandi tamen de cetero non habeat (voluntatem) et communicaturus satisfaciat lacrimis et orationibus, et confidens de Domini miseratione accedat ad eucharistiam intrepidus et securus. Sed hoc de illo dico quem mortalia peccata non gravant. Idem. Dixerunt quidam non cotidie accipiendam eucharistiam, alius affirmat cotidie. Faciat unusquisque quod secundum fidem suam pie credit esse faciendum. Neque enim litigaverunt inter se aut quisquam eorum se preposuit alteri. Zacheus et ille centurio, cum alter eorum gaudens in domo sua susceperit Dominum, alter eorum dixerit: Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum. Ambo Salvatorem honorificantes, quamvis non uno modo, ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consecuti. Ad hoc valet quod manna secundum propriam voluntatem in ore cuiusque sapiebat. Item Ambr.

Qui semper peccat celestis sacramenti medicinam semper accipiat.

Si quotienscumque sanguis Christi in remissionem peccatorum effunditur, debeo semper accipere, qui semper pecco, debeo semper habere medicinam. Item Hylarius episcopus.

Non abstineat a corpore domini qui excommunicari non meretur.

Si non sunt tanta peccata ut excommunicetur quis, non se debet a medicina corporis Domini separare. Item Fabianus papa ait.

Ter in anno quisque fidelium communicet.

Etsi non frequentius, saltem in anno ter laici homines communicent, nisi quis forte maioribus quibuslibet criminibus impediatur, in pascha et pentecoste et natale Domini. Item Sother papa.

Etiam in cena domini sacra communio debet accipi.

In cena Domini a quibusdam perceptio eucharistie negligitur. Que quoniam in eadem die ab omnibus fidelibus, exceptis his quibus pro gravibus criminibus inhibitum est, percipienda sit, ecclesiasticus usus demonstrat, cum etiam penitentes eadem die ad percipienda corporis et sanguinis dominici sacramenta reconcilientur. Item ex concilio Martini pape.

Pellatur ab ecclesia qui a communione sacramenti se per luxuriam avertit.

Si quis intrat in ecclesiam Dei et sacras scripturas audit, et pro luxuria sua avertit se a communione sacramenti et in observandis misteriis declinat constitutam regulam discipline, istum talem proiciendum de ecclesia catholica esse decernimus, donec penitentiam agat et ostendat fructum penitentie sue, ut possit communione percepta indulgentiam promereri. Item ex concilio Agathensi.

Non habentur catholici qui his tribus temporibus communicare despiciunt.

Seculares qui in natale Domini, pascha, pentecosten non communicaverint, catholici non credantur, nec inter catholicos habeantur. Item ex concilio Toletano I.

Corripiantur qui in ecclesia communicare contempnunt.

Hi qui intrant ecclesiam et deprehenduntur numquam communicare admoneantur. Quod si non communicant, ad penitentiam accedant. Si communicant, non semper abstineant. Si non fecerint, abstineantur. Item ex concilio Elibertano.

Ante sacram communionem ab uxore propria quisque abstineat.

Omnis homo ante sacram communionem a propria uxore abstinere debet tribus aut IIII aut VII diebus. Non inter catholicos connumerabitur qui in istis videlicet temporibus, pascha, pentecosten, natale Domini non communicaverit. Item Sergii pape.

ē. di. vi. Testamentum flōē peccm

xxvii. q. iiii. c. i. et ii.

Queri potest cum dicit beatus augustinus cur corpus christi dividatur in tres partes ita quod due remaneant sicce, altera ponatur in sanguine. In tribus partibus trinitas innuitur. Una pars autem siccis sumitur ad laudem et gloriam dei pro animabus beatorum sicut sanctus augustinus scribit. Altera pro illis qui in purgatorio sunt. Tercia que in sanguine ponitur pro viventibus qui volutantur in sanguine vel in peccatis.

Triforme est corpus. **Quare tres partes fiunt de corpore domini.** Pars oblate in calicem missa corpus christi quod iam surrexit monstrat. Pars comesta ambulans adhuc super terram. Pars in altari usque ad misse finem remanens corpus in sepulcro, quia usque ad finem seculi corpora sanctorum in sepulcris erunt. Item clemens. **A quibus custodienda sint sacramenta dominica.**

Tribus gradibus commissa sunt sacramenta divinorum misteriorum, presbitero, diacono et ministro, qui cum timore et tremore clericorum reliquias corporis domini custodire debent fragmentorum, ideo tanta in altario holocausta offerantur quanta populo sufficere debeant. Quod si remanserint in crastinum non reserventur, sed cum timore et tremore clericorum diligentia consumantur. Qui autem residua corporis domini que in sacrario relicta sunt consumunt, non statim ad accipiendos communes cibos conveniant, ne putent sancte portioni commisceri cibum qui per aqualiculos digestus in secessum funditur. Si ergo mane dominica portio editur, usque ad sextam ieiunent ministri qui eam sumpserunt, et si tertia vel quarta hora acceperint ieiunent usque ad vesperum. Sic secreta sanctificatione etiam custodienda sunt sacramenta. Precipimus etiam ne aliquis extero ecclesie sive laico de fragmentis oblationum domini ad mensam porrigatur. Unde scimus quia passim sanctuarii panes indignis impendi non possunt, si a mulieribus mundi sunt. Hinc et david ab abymelech sacerdote interrogatur cum panes sibi ad comedendum dari posceret, cum servis duntaxat mundi proferret, panes propositionis manducaverunt. Item ysidorus. **Inficiunt et non mundant.**

Qui scelerate vivunt **scelerosique communicare non desinunt.** in ecclesia et communicare non desinunt, putantes se tali communione mundari, discant nil ad emundationem proficere, dicente propheta: Quid est quod dilectus [fecit in domo mea] scelera multa? Numquid carnes sancte auferent a te malitias tuas? Et apostolus: Probet autem se homo, et sic de pane illo edat et de calice bibat. Item ex synodo viii. Basilii episcopi dicitur.

Dampnationem non salutem acquirit qui indigne sumit. Sine timore qui edocet nos apostolus dicens **contumeliosus christo communicat.** Qui manducat et bibit indigne iudicium sibi manducat et bibit. Item et ipse edocet nos ipse modus dominus dicens: Hoc est corpus meum quod pro multis datur. Hoc facite in meam commemorationem. Et apostolus de unigenito dei filio: Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Cum ergo anima fidem habet his dictis et considerat magnificentiam glorie ipsius et admiratur immensitatem humilitatis, quod tantus actualis obediens fuit patri usque ad mortem pro vita nostra, puto quia possit provocari ad effectum dilectionis ipsius et dei patris, qui unico non pepercit filio, sed pro nobis tradidit illum. Talem ergo fidem vel affectum preparare debet in animo suo his qui panem et calicem domini percipit. Augustinus in libro questionum. **Non a quibuscumque offeruntur esse consideranda.**

Et dixit dominus ad moysen et ad eleazarum filium aaron sacerdotem: Tollite turibula aurea [aurea] que iacent de medio exustorum, et ignem alienum hinc et inde spargant ibi, quia sanctificaverunt turibula peccatorum in animabus suis. Et faciant lamminas ductiles et circumpositionem altari, quoniam oblata sunt ante dominum et sanctificata sunt in signum filiis israel. Sed notandum in novo modo dicta sanctificata penas eorum a quibus peccatum fuerat [illegible] exceptum datum est ceteris que timerent. Circumpositionem autem altari cur exercere voluit ad hoc dicens, quoniam oblata sunt ante dominum et sanctificata sunt in signum filiis israel. Non ergo in eis reprobari voluit quod a talibus oblata sunt, sed hoc potius cogitari et attendi, quia ante dominum oblata sunt, id est quia ante dominum ut plus in eis valeret nomen domini ante quem oblata sunt, quam pessimum meritum eorum a quibus oblata sunt. Item ex decreto pii pape. **Penitentia eius cuius negligentia aliquid de sanguine stillat.**

Si per negligentiam aliquid de sanguine stillaverit in terram, lingua lambitur, tabula radetur; si non fuerit tabula, ubi non conculcetur, locus corradetur et igne consumetur et cinis intra altare condetur, et sacerdos xl. diebus peniteat. Si super altare stillaverit calix, sorbeat minister stillam et tribus diebus peniteat. Si super linteum altaris et ad aliud stilla pervenerit, iiii. diebus peniteat [si usque ad iii. viiii. diebus peniteat], et linteamina que tetigit stilla tribus vicibus minister abluat calice subtus posito, et aqua ablutionis sumatur et iuxta altare recondatur. Item ex penitentiali bede presbiteri. **Que sit imponenda**

Siquis per **da penitentia qui sacrificium evomit.** ebrietatem vel voracitatem eucharistiam evomuerit, xl. diebus peniteat. Clerici vel monachi seu diaconi presbiteri lxx. diebus peniteant. Episcopi xc. Si pro infirmitatis causa evomuerit, vii. diebus peniteat. Item ex carthaginensi cap. ii. **Sacerdotes non nisi ipsi**

Presbiteri ieiuni ad nonam **divina sacramenta ministrent.**

ritatem, quod quidam presbiteri in tantum paruipendant diuina misteria, ut laico aut feminę sacrum corpus Domini tradant ad deferendum infirmis. Et quibus prohibetur necessarium ingredi, nec ad altare adpropinquare, illis sancta sanctorum committuntur. Quod quam sit orribile quamque detestabile omnium religiosorum animaduertit prudentia. Igitur interdicit per omnia synodus, ne talis temeraria presumptio ulterius fiat; sed omnimodis presbiter per semetipsum communicet infirmum. Quod si aliter fecerit, gradus sui periculo subiacebit. Item Clemens. Quando misse celebrantur presbiteri

S. p. i. di. iii. Denique
S. ii. Q. vi. Sic. Sac. Laicos
Quando misse cantantur, nulli laico licet ingredi presbiterium.

Sacerdotum aliorumque clericorum. Laici gradum cleri presumunt. ecclesiis fungentium honores a laicorum apparere discrete conuenimus, quod obedire nulli liceat laicorum in eo loco ubi sacerdotes reliqui clerici consistunt, quod presbiterium nuncupatur, quando misse celebrantur consistere, ut libere ac honorifice possint sacra officia exercere. Item ex concilio Gerundensi. Sic in metropolitana ecclesia ita et in aliis misse sollempniter celebrentur.

S. p. i. di. xii. De his
S. c. di. i. Altari

Institutio missarum sicut in metropolitana ecclesia agitur, ita in Dei nomine in omnibus prouincie ipsius ecclesiis tam ipse misse ordo quam psallendi uel ministrandi consuetudo seruetur. Item Augustinus in libro x. de ciuitate Dei. Quid sit sacrificium uisibile, et quid sacramentum.

S. i. Q. i. c. vi. Multi

Sacrificium uisibile inuisibilis sacrificii sacramentum, id est sacrum signum est. Item alibi. Sacramentum est inuisibilis gratie uisibilis forma. Item in libro ii. de doctrina christiana. Quid signum sit. Signum est res preter speciem quam ingerit sensibus aliud aliquid ex se faciens in cogitationem uenire. Item Gregorius in omelia paschali. Post consecrationem non substantia sed speciem remanet.

Species et similitudo illarum rerum uocabula sortiuntur, que ante fuerant, scilicet panis et uini. Unde in fine cuiusdam misse oratur et dicitur: Perficiant in nobis, Domine, quesumus, tua sacramenta quod continent, ut que nunc specie gerimus rerum ueritate capiamus. Postulat quippe sacerdos ut corpus Christi quod sub specie panis et uini nunc geritur manifesta uisione sicuti reuera est quandoque capiatur. De qua uisione Dominus in euangelio Iohannis: Qui diligit me diligetur a patre meo, et ego diligam eum et manifestabo ei meipsum. Quamuis non improbabiliter quidam exponunt hoc loco carnis et sanguinis ueritatem ipsam eorum efficientiam, id est peccatorum remissionem. Item Eusebius emisenus. Visibile ea te in Christi corpore et sanguine inuisibiliter sumitur.

Quia corpus assumptum ablaturus erat ab oculis et illaturus sideribus, necessarium erat ut die cene sacramentum nobis corporis et sanguinis consecraret, ut coleretur iugiter per misterium, quod semel offerebatur in pretium; ut quia cotidiana et indefessa currebat pro hominibus salute redemptio, perpetua esset redemptionis oblatio, et perhennis uictima illa uiueret in memoria et semper presens esset in gratia. Vere unica et perfecta hostia fide estimanda, non specie, neque exteriori censenda uisu, sed interiori affectu. Unde celestis confirmat auctoritas, quia caro mea uere est cibus, et sanguis meus uere est potus. Recedat ergo omne infidelitatis ambiguum, quoniam quidem qui auctor est muneris, ipse est etiam testis ueritatis. Nam inuisibilis sacerdos uisibiles creaturas in substantiam corporis sui et sanguinis uerbo suo secreta potestate conuertit ita dicendo: Accipite et comedite, hoc est corpus meum. Et sanctificatione repetita: Accipite et bibite, hic est sanguis meus. Ergo ad nutum precipientis Domini repente ex nichilo substiterunt excelsa celorum, profunda fluctuum, uasta terrarum; sic pari potestate in spiritualibus sacramentis ubi precipit uirtus seruit effectus. Quanta itaque et quam celebranda beneficia uis diuine benedictionis operetur, et quomodo tibi nouum et impossibile esse non debeat quod in Christi substantiam terrena et mortalia conuertuntur, teipsum qui in Christo es regeneratus interroga. Dudum alienus a uita, peregrinus a misericordia, a salutis uia intrinsecus mortuus exulabas. Subito initiatus Christi legibus et salutaribus misteriis innouatus in corpus ecclesie non uidendo sed credendo transsiluisti, et de filio perditionis adoptiuus Dei fieri occulta puritate meruisti. In mensura uisibili permanens maior factus es te ipso inuisibiliter sine quantitatis augmento; cum idem atque ipse esses, multo alter fidei processibus extitisti. In exteriori nichil additum est, et totum in interiore mutatum est. Ac sic homo filius Christi effectus et Christus in hominis mente formatus est. Sicut ergo sine corporali sensu [deposita] uilitate pristina subito nouam indutus es dignitatem, et sicut hoc, quod Deus te lesa in te curauit, infecta diluit, inmaculata decorauit, non oculis sed sensibus tuis sunt credita; ita cum reuerendum altare cibis spiritualibus saciandus ascendis, sacrum Dei tui corpus et sanguinem fide respice, honora, mirare, mente continge, cordis manu suscipe, et maxime totum haustu interioris hominis assume. Item Aug.

Quod in specie panis et vini sacramentum sui Christus nobis

Qui passus est pro nobis dominus commendavit [in eodem]. nobis in isto sacramento sanguinem suum et corpus, quod etiam fecit nos ipsos. Nam et nos corpus ipsius facti sumus, et per misericordiam ipsius quod accepimus nos sumus. Recordamini et vos non fuistis et creati estis, ad aream dominicam comportati estis, laboribus boum, id est annuntiantium evangelium triturati estis. Quando catecumeni differebamini, in horreo servabamini. Nomina vestra dedistis, cepistis moli ieiuniis et exorcismis; postea ad aquam venistis et conspersi estis, et panis dominicus facti estis. Ecce quod accepistis. Quomodo ergo unum videtis esse quod factum est, sic unum estote vos diligendo vos, tenendo unam fidem, unam spem, individuam caritatem. Heretici quando hoc accipiunt testimonium contra se accipiunt, quia illi querunt divisionem, cum panis iste indicet unitatem. Sic et vinum in botris fuit et modo in uno est. Unum est in suavitate calicis post pressuram torcularis. Et vos post illa ieiunia, post labores, post humilitatem et contritionem iam in nomine Christi tanquam ad calicem venistis, et ibi vos estis in mensa, et in calice nobiscum vos estis. Simul enim hoc sumimus, simul bibimus, quia simul vivimus. Item in sermone de infantibus: Dominus noster Iesus Christus nos significavit, nos ad se pertinere voluit, misterium pacis et unitatis nostre in sua mensa consecravit. Qui accipit misterium unitatis et non tenet vinculum pacis, non misterium accipit pro se, sed testimonium contra se. Nulli est aliquatenus ambigendum unumquemque fidelium corporis sanguinisque dominici tunc esse participem quando in baptismate membrum efficitur Christi, nec alienari ab illius panis calicisque consortio, etiam si antequam panem illum comedat et calicem bibat de hoc seculo migraverit in unitate corporis constitutus. Sacramenti quippe illius participatione ac beneficio non privatur, quando in se hoc quod illud sacramentum significat invenerit. Idem inter sententias Prosperi.

Cum hostia frangitur passio Christi ad memoriam revocatur.

Cum frangitur hostia, dum sanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud quam dominici corporis in cruce immolatio eiusque sanguinis de latere effusio designatur? Item Leo episcopus et sancta synodus que in urbe Roma cum centum xiii honoratis et plebis sufficientis statu nobili.

De unitate corporis et sanguinis Christi nullus ambigat.

In quibus istius gratia tenebris inque genere licet, attamen desidie tempore iacuerit, vel non audiendi discendi vel lectione cognoscere, que ecclesia in omni tanquam sonum eius non ab infantium linguis vitas

corporis et sanguinis Christi inter omnia sacramenta doceatur. Quamvis illa mistica distributione spiritualis alimonie hic impertiatur, hic sumitur, ut accipientes virtutem celestis cibi in carnem ipsius, que caro nostra facta est, transeamus. Idem. Est cibus refectionis, est cibus sanguinis. Sicut caro domini vere est cibus, ita sanguis vere est potus. Idem. De corpore quidem dictum est: caro mea vere est esca, et sanguis meus vere est potus. Circa hoc corpus aquile sunt, que alis circumvolant spiritualibus. Unde et corpus Christi edimus, ut vite eterne possimus esse participes. Idem. Cum clare argumentis utimur, superioribus exemplis incarnationis exemplo astruamus misterii veritatem. Quid hic queris nature ordinem in Christi corpore, cum preter naturam sit ipse Christus partus ex virgine. Item Ambrosius ad caticuzandis rudibus.

Non natura nascitur sed consecratione.

Panis et calix non quibuslibet nobis efficitur corpus et sanguis Christi. Sed consecratione mistice fit nobis, non nascitur, per misterium quod ita fit nobis quasi sit panis et calix aliquid intus resurrectionis esse, non sacramentum religionis; non quod benedicimus gratiasque agimus domino in omni eius munere, non tamen spirituali verum in corporali. Idem in libro de officiis.

Ante benedictionem et panem et vinum est, post benedictionem non benedictione alia species nominatur corpus et sanguis Christi. Post benedictionem corpus significatur. Item in illo sacramento Christi est quod manducavit hoc corpus fieret remissio peccatorum. Item Augustinus inter sententias Prosperi.

Sub specie visibili panis et vini invisibile Christi.

Nos autem in specie panis et vini c. et sanguinem honoramus. Quas videmus res invisibiles, id est carnem et sanguinem honoramus, nec similiter pendimus has duas species quemadmodum ante consecrationem pendebamus, cum fideliter fateamur ante consecrationem panem esse et vinum quod natura formavit, post consecrationem vero esse carnem Christi et sanguinem quod benedictio consecravit. Idem.

Confessio magistri Berengarii.

Ego Berengarius indignus ecclesie sancti Mauritii Andegavensis ecclesie diaconus, cognoscens veram catholicam et apostolicam fidem, anathematizo omnem heresim, precipue eam de qua actenus infamatus sum, que astruere conatur panem et vinum que in altari ponuntur post consecrationem solummodo sacramentum et non verum corpus et sanguinem domini nostri Iesu Christi esse, nec posse sensualiter nisi in solo sacramento manibus sacerdotum tractari vel frangi aut fidelium dentibus atteri. Consentio autem sancte Romane ecclesie et apostolice sedi, et ore et corde profiteor de sacramentis dominice mense eandem fidem me tenere quam dominus S. i. ll. vii. C. Sig. Quoties

[vene]rabilis papa Nicholaus et haec sancta synodus auctoritate evangelica et apostolica tenendam tradidit mihique firmavit, scilicet panem et vinum quae in altari ponuntur post consecrationem non solum sacramentum, sed etiam verum corpus et sanguinem domini nostri Ihesu Christi esse, et sensualiter non solum sacramento, sed in veritate manibus sacerdotum tractari, frangi et fidelium dentibus atteri, iurans per sanctam et homousion trinitatem et per haec sacrosancta Christi evangelia. Eos vero qui contra hanc fidem venerint, cum dogmatibus et sectatoribus suis aeterno anathemate dignos esse pronuntio. Quod si ego ipse aliquando aliquid contra haec sentire aut praedicare praesumpsero, canonum severitati subiaceam. Lecto et perlecto sponte subscripsi. Hanc confessionem fidei de corpore et sanguine domini nostri Ihesu Christi a Berlengario Rome coram .c.xiii. episcopis factam misit papa Nicholaus per urbes Italie, Germanie, Gallie, et ad quecumque loca fama pravitatis eius pervenire ante potuit, ut ecclesie que prius doluerant de adverso [et perverso] gauderent de reverso atque converso. Ambrosius in libro de officiis. *Quare forma elementorum reservetur cum sit Christi corpus et sanguis.*

Forte dicas: quomodo vera caro, quomodo verus sanguis? quia similitudinem non video carnis, non video sanguinis veritatem. Primo omnium dixi tibi de sermone Christi, qui operatur ut possit mutare et convertere genera instituta nature. Deinde ubi non tulerunt sermonem Christi discipuli eius, sed audientes quod carnem suam daret manducare et sanguinem suum daret ad bibendum recedebant, solus tamen Petrus dixit: Verba vite eterne habes, et ego a te quo recedam? Ne igitur plures hoc dicerent, veluti quidam esset horror cruoris, sed maneret gratia redemptionis, ideo in similitudine quidem accipis sacramentum, sed vere nature gratiam virtutemque consequeris. Ego sum, inquit, panis vivus qui de celo descendi. Item Aug. in expositione psalmi .iiij.

Non carnaliter sed spiritualiter Christi corpus et sanguinem debere nos accipere.

Prima quidem, inquit, heresis in discipulis Christi velut ex absurditate sermonis eius facta est. Cum enim diceret: Nisi quis manducaverit carnem meam et biberit sanguinem meum, non habebit vitam eternam, illi non intelligentes dixerunt ad invicem: Durus est hic sermo; quis potest eum manducare? dicentes quia durus est hic sermo, separaverunt se ab illo, et remansit cum .xii. discipulis; illis instruxit eos qui remanserant: Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quicquam. Verba que locutus sum vobis spiritus et vita sunt. Intellexistis spiritualiter, spiritus et vita sunt; intellexistis carnaliter, etiam sic illa spiritus et vita sunt, sed tibi non sunt spiritus et vita. Spiritualiter intelligite que locutus sum. Non hoc corpus quod videtis manducaturi estis, et bibituri illum sanguinem quem fusuri sunt qui me crucifigent. Sacramentum vobis aliquod commendavi; spiritualiter intellectum vivificabit vos. Caro autem non prodest quicquam, sic quomodo illi intellexerunt. Carnem quippe sic intellexerunt quomodo in cadavere venditur aut in macello distrahitur. Sciens autem Ihesus ait: Hoc vos scandalizat quia dixi do vobis carnem meam manducare et sanguinem meum bibere? Si ergo videritis filium hominis ascendentem ubi erat prius. Quid est hoc? Hinc solvit quod illos moverat, hinc aperuit unde fuerant scandalizati; hinc plane si intelligerent. Illi autem putabant erogaturum se illud corpus suum. Ille dixit se ascensurum in celum utique integrum. Cum videritis filium hominis ascendentem ubi erat prius, certe vel tunc videbitis quia non eo modo quo putatis erogat corpus suum, vel tunc intelligetis quia gratia eius non consumitur morsibus. Item: Donec finiatur seculum sursum est dominus. Sed tamen hic nobiscum est veritas domini. Corpus enim in quo resurrexit uno loco esse oportet; veritas autem eius ubique diffusa est. Item Aug. in epistola ad Ireneum.

Quomodo Christi corpus quod in cruce pependit accipitur et quomodo non.

Non hoc corpus quod videtis manducaturi estis, et bibituri illum sanguinem quem effusuri sunt illi qui me crucifigent. Ipsum quidem et non ipsum: ipsum invisibiliter, non ipsum visibiliter. Unde et subditur: Si necesse est illud celebrari visibiliter, necesse est tamen invisibiliter intelligi. Item Aug. in sermone de verbis evangelii. *Quid sit corpus Christi manducare et*

Quid est Christum manducare? Nos *sanguinem eius bibere.* Non est solum in sacramento corpus eius accipere; multi enim indigne accipiunt, de quibus apostolus: Qui manducat et bibit calicem domini indigne, iudicium sibi manducat et bibit. Sed quomodo manducandus est Christus? Quomodo ipse dicit: Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum, in me manet et ego in eo. Qui manducat indigne, et si accipit sacramentum, acquirit magnum tormentum. Item Aug. in libro de remedio penitentie. *Credere in Christum est*

Ut quid paras ventrem et dentem? *manducare Christum.* Crede et manducasti. Credere enim in eum, hoc est panem vivum manducare. Qui credit in eum manducat eum. Item Aug. in libro sententiarum Prosperi. *Sacramento et re sacramenti sacrificium ecclesie conficitur.*

Hoc est quod dicimus, quod modis omnibus approbare contendimus: sacrificium ecclesie duobus confici, duobus constare, visibili elementorum specie et invisibili domini nostri Ihesu Christi carne et sanguine, et sacramento et re sacramenti, id est corpore Christi; sicut Christi persona constat et conficitur ex deo et homine, cum ipse Christus verus sit deus et verus homo; quia omnis res illarum rerum naturam et veritatem in se continet ex quibus conficitur. Conficitur autem sacrificium ecclesie

duobus modis: sacramento et sacramenti re, id est corpore Christi. Est quoque sacramentum et res sacramenti corpus Christi. Item. Caro eius est quam forma panis in sacramento opertam accipimus, et sanguis eius quem sub vini specie ac sapore potamus: caro videlicet carnis, et sanguis sacramentum sanguinis; carne et sanguine utroque invisibili, spiritali, intelligibili significatur visibile domini nostri Ihesu Christi et palpabile, plenum gratia omnium virtutum et divina maiestate. Item. Sicut ergo celestis panis qui vere Christi caro est suo modo vocatur corpus Christi, cum revera sit sacramentum corporis Christi, illius videlicet quod visibile, quod palpabile, mortale in cruce est positum; vocaturque ipsa carnis immolatio que sacerdotis manibus fit Christi passio, mors, crucifixio, non rei veritate sed significante mysterio: sic sacramentum fidei, quod baptismus intelligitur, fides est. Item Ieronimus in epistola ad Ephesios. *Quot modis caro Christi intelligatur.*

Dupliciter inquit intelligitur caro Christi et sanguis: vel spiritualis illa atque divina, de qua ipse ait: Caro mea vere est cibus, et sanguis meus vere est potus, et: Nisi manducaveritis carnem meam et sanguinem meum biberitis, non habebitis vitam in vobis; vel caro que crucifixa est, et sanguis qui militis effusus est lancea. Item Augustinus in libro de trinitate ad Corinthios. *De eodem.*

Quam domini morte liberati sumus, huius rei memores in edendo carne et potando sanguine que pro nobis oblata sunt significamus. Item in psalmo xx.

Quod Christus semel immolatus et quod cotidie immolatur.

Semel Christus mortuus est iustus pro iniustis et scimus et tenemus et spe immobili retinemus quod Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Verba ista apostoli sunt. Nec obliviscamur quod semel factum est in memoria nostra omni anno fit, quoties pascha celebratur. Numquid toties Christus occiditur? Sed tamen anniversaria recordatio representat quod olim factum est, et sic nos facit moveri tamquam videamus presentem dominum in cruce. Item in libro sententiarum Prosperi.

Semel immo- *De eodem.*
latus est in semetipso Christus et tamen cotidie immolatur in sacramento, quod intelligendum est quia in manifestatione omnem sui corporis in distinctione suorum membrorum omnium. Vere dicitur et ut habetur. Semel tamen in cruce pependit offerens patri se ipsum hostiam vivam et passibilem, mortalem, vivorum ac mortuorum redemptionis efficacem: eorum scilicet quos altitudo divini consilii redimendos iudicavit, prescivit, predestinavit, vocavit, modis atque temporibus quibus id fieri congruebat. Item Ambrosius in epistola ad Hebreos.

Hostia que semel oblata est in recordatione sue mortis cotidie offertur.

In Christo semel oblata est hostia ad salutem sempiternam potens. Quid ergo nos? Nonne per singulos dies offerimus? Offerimus quidem, sed ad recordationem mortis eius, et una est hostia non multe. Quomodo una et non multe? Quia semel oblata est Christus. Hoc autem sacrificium exemplum est illius, id ipsum semper et id ipsum, proinde hoc est sacrificium; alioquin dicetur quoniam in multis locis offertur multi sunt Christi. Nequaquam, sed unus ubique Christus, et hic plenus existens et illic plenus. Sicut enim quod ubique offertur unum corpus et non multa corpora, ita et unum sacrificium. Pontifex autem ille est qui hostiam obtulit nos mundantem, ipsam offerimus et nunc que tunc oblata est, consumi non potest. Quod nos facimus in commemoratione fit eius quod factum est. Hoc enim facite ait in meam commemorationem. Item Augustinus in libro responsionum ad Ianuarium. *Sacramentum corporis Christi non nisi ieiuni debemus accipere.*

Liquido apparet quando primo acceperunt discipuli corpus et sanguinem domini, non eos accepisse ieiunos. Numquid tamen propterea calumpniandum est universe ecclesie quod a ieiunis semper accipitur? Ex hoc enim placuit spiritui sancto ut in honorem tanti sacramenti prius in os christiani dominicum corpus intraret quam exteri cibi. Nam ideo per universum orbem mos iste servatur. Neque enim quia post cibos dominus dedit, propterea pransi aut cenati fratres ad illud sacramentum accipiendum convenire debent, aut sic faciebant quos apostolus arguit et emendat, mensis suis ista miscentes. Namque salvator quo vehementius commendaret misterii illius altitudinem, ultimum hoc voluit infigere cordibus et memorie discipulorum a quibus ad passionem digressurus erat; et ideo non precepit quo deinceps ordine sumeretur, ut apostolis per quos ecclesias dispositurus erat servaret hunc locum. Nam si hoc monuisset ille ut post cibos alios semper acciperetur, credo quod eum morem nemo mutasset. Cum vero ait apostolus de hoc sacramento loquens: Propter quod fratres cum convenitis ad manducandum, invicem expectate. Si quis esurit domi manducet, ut non ad iudicium conveniatis, statim subtexuit: Cetera autem cum venero ordinabo. Unde datur intelligi quod multum erat ut in epistola totum illum agendi ordinem insinuaret quod universa per orbem servat ecclesia ab ipso ordinatum esse, quod nulla morum diversitate variatur. Item Ambrosius in libro de sacramentis. *An consecratione est panis sed ubi Christi in eius corpus convertatur.*

Panis est in altari usitatus ante verba sacramentorum; ubi accesserit consecratio, de pane fit caro Christi. Quomodo autem potest qui panis est esse corpus Christi?

Consecratio autem quibus verbis et cuius sermonibus est? domini Ihesu. Nam reliqua omnia que dicuntur laudem deo deferunt, oratione petitur pro populo, pro regibus, pro ceteris. Ubi autem sacramentum conficitur, iam non suis sermonibus sacerdos utitur, sed sermonibus Christi. Ergo sermo Christi hoc conficit sacramentum. Quis sermo Christi? Hic quo facta sunt omnia. Iussit dominus, et facta sunt celum et terra et mare. Vides ergo quam operatorius sit sermo Christi. Si ergo tanta vis est in sermone domini Ihesu ut inciperent esse que non erant, quanto magis operatorius est ut sint que erant et in aliud commutentur. Et sic quod erat panis ante consecrationem, iam corpus Christi est post consecrationem, quia sermo Christi creaturam mutat. Et sic ex pane fit corpus Christi, et vinum cum aqua in calice mixtum fit sanguis consecratione verbi celestis. Sed forte dicis: speciem sanguinis non video. Sed habet similitudinem. Sicut enim mortis similitudinem assumpsisti, ita etiam similitudinem sanguinis bibis, ut nullus horror cruoris sit, et pretium tamen operetur redemptionis. Didicisti quia quod accipis corpus est Christi. Vis scire quibus celestibus verbis consecratur? Accipe que sunt verba. Dicit sacerdos: Fac nobis, inquit, hanc oblationem scriptam, rationabilem etc. In omnibus illa eucharistie usque ad accepit suum corpus suum sanguinem. Inde verba Christi: accipite et bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus. Vide singula. Qui pridie quam pateretur, accepit in sanctis manibus panem. Antequam consecretur panis est. Ubi autem verba Christi accesserint, corpus Christi est. Denique audi dicentem: accipite et edite ex hoc omnes. Hoc est enim corpus meum. Et ante verba Christi calix est vini et aque plenus. Ubi verba Christi operata fuerint, ibi sanguis efficitur qui plebem redemit. Ergo videte quantis generibus potens est sermo Christi convertere universa. Deinde ipse dominus Ihesus testificatur quod corpus suum et sanguinem accipiamus. Numquid debemus de eius fide et testificatione dubitare? Non debemus. Item. **Non corpus sed anima panis vite fulcitur eterne.**

Non iste panis est qui vadit in corpus, sed panis vite eterne qui anime nostre substantiam fulcit. Iste panis cotidianus est. Accipe cotidie quod cotidie tibi prosit. Sic vive ut cotidie merearis accipere. Item Augustinus in epistola ad Irenenum. **Per carnem Christi est panis vivus.**

Xpistus panis est de quo qui manducat vivit in eternum, de quo ipse mox dixit: et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi vita. Et determinat quomodo sit panis, non solum secundum verbum quo vivunt omnia, sed secundum carnem assumptam pro mundi vita. Humana enim caro que erat peccato mortua, carni munde unita, in corpore unum cum illa effecta, vivit de spiritu eius sicut vivit unum corpus de suo spiritu. Qui autem non est de corpore Christi non vivit de spiritu Christi.

Item. **Quod hic visibiliter in sacramentis spiritualiter in veritate manducatur et vivitur.**

Qui manducant et bibunt Christum, vitam manducant et bibunt. Illud manducare est refici. Illud bibere est vivere. Quod in sacramento visibiliter sumitur, in ipsa veritate spiritualiter manducatur et bibitur. Manducatur Christus, vivit manducatus, quia surrexit occisus. Nec quando manducamus partes de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit, et norunt fideles quomodo manducent corpus Christi. Unusquisque partem suam accipit. Unde et ipsa gratia partes vocantur. Per partes manducatur, et manet integer totus in corde tuo. Totus erat apud patrem quando venit in virginem. Implevit illam, non recessit ab illo. Quod videtur panis est et calix, quod et oculi renuntiant. Quod autem fides postulat instruenda, panis est corpus Christi, calix sanguis. Ista ideo dicuntur sacramenta, quia in eis aliud videtur et aliud intelligitur. Quod videtur speciem habet corporalem; quod intelligitur fructum habet spiritualem. Qui accipit misterium unitatis et non tenet vinculum pacis, non misterium accipit pro se, sed testimonium contra se. Item super Iohannem. **Quomodo spiritualiter corpus Christi sit accipiendum.**

Crede in eum. Christus hoc est manducare panem vivum. Qui credit manducat. Invisibiliter saginatur, quia invisibiliter renascitur. Et qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum vitam habet eternam. Participatione enim filii, quod est per unitatem corporis eius et sanguinis, homo manducans vivit, non sumens tantum in sacramento, quod et mali faciunt, sed usque ad spiritus participationem, ut in corpore domini tamquam membrum maneat et eius spiritu vegetetur. Quod est dum eius mandata servat. Ad altare dei invisibile, quo non accedit iniustus, ille pervenit qui ad hoc presens iustificatus accedit. Inveniet illic vitam qui hic discernit causam suam. Item in libro IIII de trinitate. **Spiritus sanctus invisibiliter corpus et sanguinem Christi significat.**

Corpus et sanguinem Christi dicimus illud quod ex fructibus terre acceptum et prece mystica consecratum rite sumimus ad salutem spiritualem in memoriam dominice passionis. Quod cum per manus hominis ad illam visibilem speciem perducatur, non sanctificatur ut sit tam magnum sacramentum nisi operante invisibiliter spiritu dei, cum hec omnia que per corporales motus in illo opere fiunt deus operetur. Item. **Per benedictionem panis efficitur corpus Christi.**

Non omnis panis, sed accipiens benedictionem Christi fit corpus Christi. Item. **Dupliciter corpus Christi intelligitur.**

Margin: deferunt deo

Margin: Quod species sanguinis non appareat.

Margin: xxxiii. l. iiii. cap. xi.

Commendavit autem Christus in hoc sacramento corpus et sanguinem suum quod fecit et nos ipsos. Nam et nos corpus ipsius facti sumus. Item. Sacrificium altaris sacramentum unitatis.

Hoc est sacramentum pietatis et signum unitatis vinculum caritatis. Qui vult vivere accedat et credat, et incorporetur. Hunc cibum et potum societatem vult intelligi corporis et membrorum suorum quod est ecclesia in predestinatis. Item. Spiritualiter magis quam corporaliter corpus Christi debemus accipere.

Panem de altari spiritualiter manducare, innocentiam ad altare portare. Item. Peccata si sint cotidiana vel non sint mortifera, antequam accedas dimittite debitoribus vestris si vis ut dimittatur tibi de ~~debitoribus vestris~~. Si dimittitis dimittetur tibi. Securus accede. Panis est, non venenum. Sed vide si dimittis. Nam si non dimittis mentiris ei quem non fallis. Mentiri deo non potes, fallere ipsum non potes. Item. Sacramentum non vitam corporis accipit qui a Christo discordat.

Qui discordat a Christo nec carnem eius manducat nec sanguinem bibit, et si tante rei sacramentum ad iudicium sue presumptionis cotidie accipit. Idem. Sancta nocent malis.

Etsi sancta malis possunt obesse, et mala prosunt bonis. Bonis sunt ad salutem, malis ad iudicium. Unde apostolus: Qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi manducat et bibit. Non quia illa res mala est, sed quia malus male accipit quod bonum est. Non enim mala erat buccella que Iude data est a domino. Salutem medicus dedit, sed quia ille indignus accepit ad perniciem, et mala prosunt bonis, sicut angelus sathane paulo. Et per malum non fit bonum cum bene accipit malum. Item. Non prohibe-

Nos prohibebat dominus. Attamen malus in mensa domini manducare pinguescere, sed exactorem in mensa domini manducare (fere exactorem) moneat timere. Idem. Et qui indigne accedit tamen corpus Christi accipit.

Sic Iudas cum buccellam tradidit Christus non malum accipiendo sed male accipiendo locum prebuit diabolo in se. Sic indigne quisquis sumens corpus Christi non efficitur ut quia malus est malum sit, aut quia non ad salutem accipit nihil accepit. Corpus enim et sanguis domini nihilominus erat illis quibus dicebat apostolus: Qui manducat indigne, iudicium sibi manducat et bibit. Item Ambrosius de sacramentis. Quibus exemplis preter naturam substantia panis et vini in corpus et sanguinem domini converti probetur.

Revera mirabile est quod manna deus pluit patribus et cotidiano celi pascebantur alimento. Unde dictum est: panem angelorum manducavit homo. Sed tamen panem illum qui manducaverunt omnes in deserto mortui sunt. Ista autem esca quam accipis, iste panis vivus qui de celo descendit, vite eterne substantiam ministrat. Et quicumque hunc panem manducaverit non morietur in eternum. Et corpus est Christi. Considera utrum nunc prestantior sit panis angelorum an caro Christi que utique corpus est vite. Manna illud de celo, hoc supra celum. Illud celi, hoc domini celorum. Illud corruptioni obnoxium si in diem alterum servaretur; hoc alienum enim ab omni corruptione. Quicumque religiose gustaverit corruptionem sentire non poterit. Illis aqua de petra fluxit, tibi sanguis Christi. Illos ad horam satiavit aqua, te sanguis diluit in eternum. Iudeus bibit et sitit. Tu cum biberis sitire non poteris. Et illud in umbra, hoc in veritate. Si illud quod miraris umbra est, quantum istud est cuius umbram miraris. Audi quia umbra est que apud patres facta est. Bibebant inquit de consequenti eos petra. Petra autem erat Christus. Sed non in pluribus eorum beneplacitum est deo. Nam prostrati sunt in deserto. Hec autem facta sunt in figura nostri. Cognovisti potiora. Potior est lux quam umbra, veritas quam figura, corpus auctoris quam manna de celo. Forte dicas: aliud video. Quomodo tu mihi asseris quod Christi corpus accipiam? Et hoc nobis superest adhuc ut probemus. Quantis igitur utimur exemplis ut probemus hoc non esse quod natura formavit, sed quod benedictio consecravit. Maioremque vim esse benedictionis quam nature, quia benedictione etiam natura ipsa mutatur. Virgam tenebat moyses, proiecit eam et facta est serpens. Rursus apprehendit caudam serpentis et in virge naturam revertitur. Vides igitur prophetica gratia bis mutatam esse naturam serpentis et virge. Currebant egipti flumina puro meatu aquarum; subito de fontium venis sanguis cepit erumpere; non erat potus in fluviis. Rursus ad prophete preces cruor cessavit, fluminum aquarum natura remeavit. Circumclusus undique erat populus hebreorum, hinc egiptiis vallatus, inde mari clausus. Virgam levavit moyses, separavit se aqua et in murorum speciem congelavit, atque inter undas via pedestris apparuit. Iordanis retrorsum conversus contra naturam in sui fontis revertitur exordium. Nonne claret naturam vel maritimorum fluctuum vel fluvialis cursus esse mutatam? Sitiebat populus patrum, tetigit moyses petram, et aqua de petra fluxit. Numquid preter naturam

non aptae est gratia ut aquam moveret de petra quam non ha-
bebat per naturam. Marath fluvius amarissi-
mus erat ut sitiens populus bibere non posset. Misit
moyses lignum in aquam, et amaritudinem suam
aquarum natura deposuit, quam infusa subito
gratia temperavit. Sub heliseo propheta uni ex filiis prophetarum
excussum est ferrum de securi et est statim mersum. Ro-
gavit heliseum qui amiserat ferrum. Misit etiam heli-
seus lignum in aquam et ferrum natavit. Utique
et hoc praeter naturam factum cognovimus. Gravior est enim
ferri species quam aquarum liquor. Advertimus igitur maioris
esse gratiae quam naturam. Et adhuc tamen propheticae benedicti-
onis miramur gratiam. Quod si tantum valuit humana
benedictio ut converteret naturam, quid dicimus de
ipsa consecratione divina ubi verba ipsa domini sal-
vatoris operantur. Nam sacramentum istud quod accipis
Christi sermonibus conficitur. Quod si tantum valuit sermo
heliae ut ignem de caelo deponeret, non valebit Christi
sermo ut species mutet elementorum. De totius mun-
di operibus legisti, quia ipse dixit et facta sunt, ipse
mandavit et creata sunt. Sermo igitur qui potuit ex nihilo
facere quod non erat, non potest ea quae sunt in id mutare quod non e-
rant? Non enim minus est dare quam mutare novas
naturas rebus. Sed quid argumentis utimur? suis utamur
exemplis, incarnationisque astruamus
mysterii veritatem. Numquid naturae usus praecessit
cum ihesus Christus dominus ex maria nasceretur? Si ordinem quae-
rimus viro mixta femina generare consuevit.
Liquet igitur quod praeter naturae ordinem virgo generavit. Et hoc quod
conficimus corpus ex virgine est. Quid quaeris naturae ordi-
nem in Christi corpore cum praeter naturam sit ipse dominus ihesus
partus ex virgine? Vera utique caro Christi quae crucifixa est,
quae sepulta est. Vere igitur illius carnis sacramentum est. Ipse cla-
mat dominus noster ihesus: hoc est corpus meum. Ante benedicti-
onem verborum caelestium alia species nominatur, post consecratio-
nem corpus significatur. Ipse dicit sanguinem suum.
Ante consecrationem aliud dicitur, post consecrationem sanguis
nuncupatur. Tu dicis amen, hoc est verum est. Quod sermo
sonat affectus sentiat. Item augustinus in quodam sermone
de verbis evangelii. Quomodo partes Christi manducantur.
Invitat dominus servos suos et integer permanet.
et praeparat eis cibum seipsum. Quis audeat manduca-
re dominum suum? Et tamen ait: qui manducat me vi-
vit propter me. Quando manducatur vita manducatur,
nec occiditur ut manducetur, sed mortuos vivifi-
cat. Quando manducatur reficit sed non deficit. Man-
ducetur Christus, vivit manducatus quia surrexit occisus.
Nec quando manducatur partes de illo facimus et quidem
in sacramento sic fit. Norunt fideles quemad-
modum manducent carnem Christi. Unusquisque
partem suam accipit, per partes manducatur in sa-
cramento, et manet integer totus in corde tuo et
totus in caelo. Item pascasius de corpore et sanguine Christi.
Cotidianum sacrificium non est iteratio passionis
Iteratur cotidie haec oblatio sed commemoratio.
licet Christus semel passus in carne, per unam eandemque
mortis passionem semel salvavit mundum,
de qua morte id est resurgens ad vitam mors ei ultra
non dominabitur. Quod profecto sapientia dei patris
necessarium pro multis causis hoc providit. Primo
quidem quia cotidie peccamus saltem peccatis sine
quibus mortalis infirmitas vivere non potest. Quia licet
omnia peccata donata sint in baptismo, infirmi-
tas tamen peccati adhuc in carne manet. Unde psal-
mista: benedic anima mea domino, qui propitiatur
omnibus iniquitatibus tuis, q. s. o. i. s. t. Et ideo quia
cotidie labimur, cotidie Christus pro nobis mystice im-
molatur, et passio Christi in mysterio traditur, ut qui semel
moriendo mortem vicerat, cotidie recidi-
va delictorum per haec sacramenta corporis et sanguinis
peccata relaxet. Unde oramus: dimitte nobis d. n.
Quia si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seduci-
mus et veritas in nobis non est. Item. Iterabatur hoc mysterium
et ob commemorationem passionis Christi sicut ipse ait:
hoc quotienscumque agitis in meam commemoratio-
nem facite. Quotienscumque enim hunc panem sumitis
et bibitis hunc calicem, mortem domini annuntiabitis
donec veniat. Non itaque sic accipiendum est donec
mors Christi veniat quia iam ultra non moritur, sed donec
ipse dominus ad iudicium veniat. In medium autem semper
mors est Christi prosecuti vitam positis nuntianda ut di-
scant quanta caritate dilexit suos quos pro eis mori dignatus
est, cui nos vicem debemus rependere caritatis quia ipse
nos prior dilexit cum essemus gehennae filii, ut di-
ligeremus eum a morte iam liberati. Item augustinus. Non
solum sub figura sed in veritate dominici corporis
Utrum sub figura et sanguinis sacramentum celebratur.
an sub veritate hoc mysticum calicis sacramentum fiat.
Hic veritas ait: caro mea vere est cibus et sanguis meus vere
est potus. Alioquin quomodo magnum erit panis quem ego
dabo caro mea est pro mundi vita, nisi vera sit caro?
Sed quia Christum fas dentibus vorari non est, voluit hunc
panem et vinum in mysterio vere carnem suam et sanguinem
consecratione spiritus sancti potentialiter creari, et cotidie pro
mundi vita mystice immolari, ut sicut de virgine
per spiritum vera caro sine coitu creatur, ita per eundem ex

Quemadmodum a bono. sic a malo sacerdote corpus Christi confici

Benedictam. Ascriptam. Ratam. Rationabilem. Acceptabilem.

sub figura panis et uini in specie uidetur corpus Christi consecratum: corpus Christi et ueritas et figura est. Ueritas dum corpus Christi consecratur et sanguis uirtute spiritus in uirtute ipsius ex panis uinique substantia efficitur. figura uero est id quod exterius sentitur. Iteratur autem cotidie hec oblatio licet Christus semel passus sit. quia cotidie peccamus peccatis sine quibus mortalis infirmitas uiuere non potest. et ideo quia cotidie labimur. cotidie Christus in specie pro nobis immolatur in catholica ecclesia in misterio corporis Christi nichil a bono maius nichil a malo minus perficitur sacerdote. Quia non in merito consecrantis sed in uerbo efficitur creatoris et uirtute spiritus sancti. Si enim in merito esset sacerdotis nequaquam ad Christum pertineret. Nunc autem sicut ipse est qui baptizat. ita ipse est qui per spiritum sanctum hanc suam efficit carnem et transfundit uinum in sanguinem. Unde et sacerdos: Iube inquit offerri per manus angeli tui sancti in sublime altare tuum in conspectu diuine maiestatis tue. Ut quid deferenda illuc deposcit. nisi ut intelligatur quia ista fiant in eo sacerdotio? hanc quoque oblationem benedictam per quem benedicimur. ascriptam per quem omnes in celo ascribimur. ratam per quem in uisceribus Christi censeamur. Rationabilem per quem a bestiali sensu exuamur. acceptabilem. ut qui nobis ipsis displicemus. per hanc acceptabiles simus unico filio suo membrorum nobili ut quia nos iam similitudinem mortis eius in baptismo accepimus: Similitudinem quoque corporis et sanguinis sumamus. ita ut et ueritas non desit in sacramento. et ridiculum nullum fiat a paganis quod cruorem occisi hominis bibamus. Sicut discipuli parum est ferre nequeunt quod dominus dicit. quia nisi manducaueritis c. m. etc. Si dixerunt durus est hic sermo. quomodo ferrent istam credulitatem. Cum dictum est quod ubi Christi sacramenta fiunt. cum hostia consecratur per eius ueritatem uerbo ad melius perficitur. Reliqua omnia que sacerdos dicit aut clerus chorus canit nichil aliud quam laudes et gratiarum actiones sunt. aut certe obsecrationes fidelium petitiones. Unde et sacerdos dicit per euangelium uerba assumens. qui pridie quam pateretur etc. In hoc quoque creatur illud corpus.

Item Gregorius in homilia paschali. In sanguine agni Christi sanguis qui nunc ore sumitur olim prefigurabatur.

Quid sit sanguis agni. non iam audiendo sed bibendo didicistis. qui sanguis super utrumque postem ponitur quando non solum ore corporis sed et ore cordis hauritur. Item. Hec salutaris uictima illam nobis mortem unigeniti per misterium reparat. qui licet surgens a mortuis iam non moritur. mors illi ultra non dominabitur. tamen in semetipso immortaliter et incorruptibiliter uiuens. Iterum in hoc misterio moritur. eius quippe ubique corpus sumitur. eius caro in populi salutem partitur. eius sanguis non iam in manus infidelium sed in ora fidelium funditur. Hinc ergo pensemus quale sit hoc sacrificium quod pro absolutione nostra passionem unigeniti filii semper imitatur. Quis enim fidelium habere dubium possit. in ipsa immolationis hora ad sacerdotis uocem celos aperiri: in illo Ihesu Christi misterio angelorum choros adesse summa et ima sociari? Unum quid ex inuisibilibus atque uisibilibus fieri. Idem. Unum quid eodem quippe ac momento et in celo rapitur ministerio angelorum consociandum corpori Christi. et ante oculos sacerdotis in altari uidetur. tanta unde est unitas ecclesie in Christo. ut unus ubique sit panis corporis Christi et unus sit calix sanguinis eius. Calix enim quem sacerdos catholicus sacrificat. non est alius nisi ipse quem dominus apostolis tradidit. Quia sicut diuinitas uerbi dei una est. que totum mundum implet. ita licet in multis locis et innumerabilibus diebus illud corpus consecretur. Non sunt tamen multa corpora Christi neque multi calices. sed unum corpus Christi et unus sanguis. cum eo illo quod sumpsit in utero uirginis. et quod dedit apostolis. diuinitas enim uerbi replet illud quod ubique est et coniungit ac facit ut sicut ipsa una est. ita corpori Christi et unum eius corpus sit in ueritate. Unde mirum in modum dum quod sumi plus sumi minus quisque percipiat. omnes equaliter corpus Christi integerrime sumunt et generaliter omnes et specialiter unusquisque. Item. Misterium fidei dum quod credere debes quia ibi salus nostra consistat. presens enim nobis dedit hoc sacramentum salutis. ut quia nos cotidie peccamus. et ille iam mori non potest per istud sacramentum remissionem consequamur. Cotidie enim ipse comeditur et bibitur in ueritate sed integer et uiuus atque immaculatus manet. Et ideo magnum et pauendum misterium est. quod aliud uidetur et aliud intelligitur. Secundum misterium sit unum corpus Christi et sanguis: figura panis et uini hoc facientem domino quia non habemus in usu carnem crudam comedere et bibere sanguinem.

Item Ambrosius. Post consecrationem licet figura panis et uini remaneat tamen nichil est ibi nisi corpus et sanguis Christi.

Omnia quecumque uoluit dominus fecit in celo et in terra. et quia uoluit sic facta sunt. Ita licet figura panis et uini uideatur nichil tamen aliud quam caro Christi et sanguis post consecrationem credenda sunt. Unde ipsa ueritas ad discipulos. Hec inquit caro mea est pro mundi uita. Et ut mirabilius loquar non alia plane quam que nata est de Maria et passa in cruce

7 resurrexit. de sepulc͡ro. h͡m quā ip̄a est.
Et id͡o x͡pi ē caro q̄ p͡mum diuina ad huc ho
die offertur. 7 cū digne p͡cipitur. uita utiq;
ēt͡na in nob͡ reparatur. Panem q͡d ē istū quē
sumim͡ in mistio illū q͡d utiq; intelligo
panē qui manus s͡ci sp͡s format͡ ē in utero
uirginis 7 igne passionis decoct͡ ī ara +.
Panis eni͡ angl͡orū fact͡ ē cib; hominū.
Vn͡ ip̄e ait. Ego sū panis uiuus q͡ de celo
descendi. Et it͡. Panis que ego dabo caro
mea ē p͡ s͡cli uita. Ex his nāq; duab; sen
tentiis. ap͡te datur intelligi quia panis
ē iste 7 ille. ñ duo s͡t unus panis. 7 una
caro p͡cul dubio unū efficit͡ corp͡. Illud
n͡e illud sane q͡ sūptū ē de uirgine. q͡
passū ē. 7 q͡ sepultū. q͡ iterata resurrex͡. 7 in
celū ascendit. 7 sedet ad dext͡am d͡i patris 7
q͡ uētur͡ū ē iudicare uiuos 7 m͡. It͡ aug͡
ex s͡mone de u͡b euglii. Quāuis cotidie
manducat͡ x͡pi integer t͡n manet uiuus.
Qui manducat me uiuit p͡ me. Non g͡ tu
meam͡ f͡rs manducare istū panē. ne forte
fimamus illū ī p͡a q͡ manducem͡ ñ inue
niem͡. Manducet͡ x͡pi uiuit manducat͡
q͡ surrex͡ occisus. Nec q͡n manducam͡
partes de illo facimus 7 q͡dē in s͡acm͡to h͡
sic fit. 7 norūt fideles quēadmodū
manducēt carnē x͡pi. Unusquisq; accip͡
partē suā. Vn͡ 7 ip̄a gr͡a partes uocant͡r.
p͡ partes manducat͡ 7 manet integer to
tus. p͡ partes manducat͡ in s͡acm͡to 7 ma
net integer tot͡ in celo. manet integer
tot͡ in corde tuo. Tot͡ in cōde eni͡ erat ap͡
pat͡ q͡n uenit ī uirginē. Impleuit illā ñ re
cessit ab illo. Veniebat ī carnē ū eū hoies
manducar͡t. 7 manebat integer ap͡ pat͡
ū anglos pascēt. It͡ ieron͡ in leuitico.
De corpus et sanguinē x͡pi nulli s͡cdm se ac
ceptum. De hac q͡d hostia q͡ in x͡pi commemora
tione mirabilit͡ fit edēlic͡ q͡. de illa ū q͡
q͡ x͡pi in ara +. obtulit s͡e m͡ulli edē lic͡.
Joh͡is s͡mo ē d͡ni cene. v. p͡ theofaniā. Corp͡
x͡pi in singlis portionib; singuli totū.
Singli aūt accipiunt x͡pm d͡nm accipiunt.
7 in singlis portionib; tot͡ ē. ñ p͡ singlos
minuit͡ s͡ integrū se p͡b; in singlis. Illā.
Ubi pars corpōis ē ē ei totū deo decō.
Uera rōne ē in corpoē d͡ni q͡ in manna
q͡ in eis figura p͡cessit. de quo dicit͡ q͡
plus collegerat. ñ habuit amplius. neq;
qui minus parauit habuit minus. ñ ē
q͡ntitas uisibilis in h͡ existimanda m͡
st͡io s͡ uirtus s͡acm͡ti sp͡ual͡. Idē. Corp͡ x͡pi
quod sumitur et figura ē in sp͡e. 7 uita in altari.
Corp͡ x͡pi q͡d sumitur de altari figura ē. du͡m
panis 7 uinū ext͡ uidetur. Uitas aūt dū
corp͡ 7 sanguis x͡pi in uitate int͡ius c͡dit͡.
Ex simbolo ephesino. Carnē uiuificatricē
7 ip͡ius ū bi p͡pā factā in altari accipimus.
Necessario g͡ et hoc adiicimus incruentū
celeb͡mus in ecclesiis sacrificiū. s͡ uiuificatricē
7 s͡cificamur participes corpōis 7 p͡cio
si sanguinis x͡pi. Ñ ut communē carnē
p͡cipientes ne cum s͡cificati 7 ūbo coniun
cti s͡cdm dignitatis unitatē. s͡ uere uiuifi
catricem 7 ip͡ius ūbi p͡pā factā. It͡ aug͡.
Quod manna 7 aq͡ de petra sit idē cū n͡ro cibo
7 potu. Inquit ap͡ls. Omēs eandē
escam sp͡ualē manducauerunt. sp͡ualē ū
tiq; eandem nā corporalē alterā. quia illi
manna manducauerunt nos aliud. 7 om͡s
eundē potū sp͡ualē biber͡. Aliud illi aliud
nos s͡ sp͡e uisibili q͡ tn͡ idē ē uirtute sp͡u
ali. It͡ ilarius de trinitate lib͡. viii. Quod
ueritatē d͡nici corporis 7 sanguinis su
mimus. In x͡po pat͡ 7 x͡pi in nob͡ unū in his
eē nos faciunt. Si uere carnē corpōis n͡ri
x͡pi assūpsit 7 uere hō ille x͡pi ē. nosque sub
mistio carnē corpōis sui sumim͡. 7 p͡ h͡
unū erim͡ quia pat͡ in eo ē 7 ille in nob͡.
Quō uoluntatis unitas asserit͡ cū nat͡
p͡ s͡acm͡tū p͡prietas p͡fectū s͡acm͡tū sit uni
tatis. Non ē humano aut s͡cli sensu de
his reb; loq͡ndū. neq; p͡ uiolentā atq;
imprudentē p͡dicatiōnē dictor͡ celestiū
sanitati aliene atq; impie intelligentie
p͡uersitas extorq͡nda. De ueritate ū in nob͡
x͡pi uitate q͡d dicim͡ ñ ab eo di dicim͡ stulte
atq; impie dicem͡. Ip͡e eni͡ ait. Caro mea ū ē
esca. 7 sanguis m͡s ū ē potus. Qui edit carnē
meā. 7 bibit s͡. meū in me manet 7 ego
i. e. De ueritate carnis 7 sanguinis ñ ē
relictus ambigendi loc͡. Nunc eni͡ 7 ip̄i d͡ni
p͡fessione 7 fide n͡ra uere caro ē 7 uere san
guis ē. 7 h͡ accepta atq; hausta faciunt.
ū 7 nos in x͡po 7 x͡pi in nob͡ sit. Ē g͡ ip̄e in nob͡

pcarnē. q. aūt meo psacm̄tū commu
cate carnis 7 sanguinis sumus ipē testa
tur dicens. Vos aūt me uidebitis quia
ego uiuo. 7 uos uiuetis q̄m ego in pat̄
meo 7 uos in me 7 ego in uob. si uolun
tatis tantū intelligi unitatē uult. cur
gdū q̄ndā atq; ordinē consumande
unitatis exposuit. n̄ ut ille in pat̄ p na
turā diuinitatis. nos eē in eū p corpora
lē ei natiuitatē. 7 ille rursus in nob p
sacm̄torū in eē misteriū crederetur. Ac sic p
fecta mediatorē unitas doceretur cū nob in
se manentib; ipē maneret in pat̄. 7 i patre
manens maneret in nob. 7 ita ad unitatē
p̄ficiscerēmur cū qui in eo naturalit̄ sc̄ na
tiuitatē inē. nos q̄q; in eo naturalit̄ i eēm;
ipō in nob naturalit̄ pmanente. q. aūt
in nob naturalit̄ h unitas sit ipē ita testat̄:
Qui edit carnē meā 7 bibit sanguinē. m.
in me manet 7 ego in eū. N̄ H in eo erit n̄
in q̄ ipē fuit. ei tn̄ in se assūptā h̄ns carnē
q̄ sua assūpserat. Item.
Sic misit me uiuens pat̄. 7 ego uiuo p pt̄ p.
Et q̄ manducat c. meā 7 ipē uiuit p me
quo p patrē uiuit eodē m nos p carnem
ei uiuemus. H q̄ uitę n̄rę ca ē q̄ in nob p
manē p carnē x̄ habemus uicturi p eū:
ea cōditione q̄ uiuit ille p patrē. Si ḡ nos
naturalit̄ sc̄ carnē p eū uiuimus. i. naturā
carnis sue adepti. quō n̄ naturalit̄ sc̄ spm
in se patrē hāt cū uiuat ipē p patrē. Itē.
H aūt ideo cōmemorata sūt a nob quo
unitatis tn̄ int̄ patrē 7 filiū unitatē
h̄ntia mentientes. unitatis n̄rę ad dnī ute
bant̄ exēplo. Tanq̄ nob ad filiū 7 p fi
liū ad patrē obsequio tm̄ 7 uoluntate reli
gionis unitis. nulla p sacm̄tū carnis
7 sanguinis naturalis cōionis p̄petas i dul
get̄: cū 7 p honorē nob datū filii. 7 p ma
nentē in nob carnalit̄ 7 nos i eo nob cor
poralit̄ 7 inseparabilit̄ unitatis misteriū
uē ac naturalis unitatis sit p̄dicandū.
Id. Corp x̄ q. sumit̄ de altari figura ē.
dū panis 7 uinū extrauidet̄. Vitas aūt
dū corp 7 sanguis x̄ i ueritate intus creditur
Ambr in lib de sacm̄tis. Q̄r in sacrifitio
N calice uino aqua miscetur.
In calice uinū 7 aq̄ sc̄ dicitis. quō ḡ melchi
sedech panē 7 uinū optulit. Quid sibi uu
lt ammixtio aq̄. bibebat aūt de consequenti
eos petra. p. aūt. e. x̄. Non inmobil' petra q̄
p̄p̄ seq̄bat̄. 7 uu bibe ut te x̄ sequit̄. vide
misterium. Moyses h̄ē ap̄ha. uirga h̄ē uibū
dī. Sacerdos uibo dī tangit petrā 7 fluit aq̄
7 bibit p̄p̄ dī. Redundat aq̄ in calice. salit
in uitā etnā. Itē. Accipe & illud. De latē
ei fluxit aq̄ 7 sanguis. Aq̄ ut mundaret.
sanguis ut redimeret. Q̄r de latē. Quia
ūn culpa inde grā. Culpa p feminā grā p
x̄. Item. Audisti psalmum. uide quā apt̄
sit celestib; sacm̄tis. Dn̄s pascit me 7 ni
chil m̄ deerit. 7 c. Uirga tua 7 baculus tuus
7 c. Uirga imperium. baculus passio est.
Etna diuitas x̄. passio corpis. Illa creauit. hęc
redemit. Pasti in cōspectu meo m̄sā. 7 pocu
lū meū inebrians quā. p. ē. Itm̄. Q̄uocies q̄
bibis in remissionē peccatorū accipis 7 inebrias
spū. Un̄ 7 ap. Nolite inebriari uino in q ē. l.
s; implemini spū sc̄o. Itē. Pclara ebrietas
q̄ sobrietatē mentis operat̄. Itē. Fiat uolunta.s t.
sic in. c. 7 i. t. p. N. c. d. N. h. Sanguine x̄
pacificata sūt oīa. t in celo 7 in t̄ra sc̄ificatū ē
celū. Deiectus ē diabol'. ubi ūsat h̄ō. q̄ ille
decepit. Dixit uob q. an̄ ūba x̄ q. offertur
panis dicit̄: ubi x̄ ūba deprompta fuerit n̄
iā panis dr̄ sc̄ corp. Q̄r ḡ in orōne dn̄ica
ait panē n̄rm̄ panē q̄ p̄pe dix̄. S. epyusi
on h̄ ē supsubstale. Idem. lib. vii. Verā x̄
carnē et uerū eius sanguinē manduca
Sicut uer ē di filius dn̄s ih̄s x̄ mus 7 bibimus.
n̄ quēadmodū homines p grām sc̄ quasi
filius ex substa patris ita uera x̄ caro sic ipē d̄
q̄ accepimus 7 uer sanguis ei ē potus. Itē. Ego
sū inquit panis uiuus. q̄. d. d. Sic caro
n̄ descendit de celo. quō ḡ descendit de celo
panis uiuus. q̄m idē dn̄s ih̄s consors ē
diuinitatis 7 corporis. 7 tu q̄ accipis car
nē diuine sub̄e eius in illo participaris ali
mento. Idē. in lib de misteriis. In illo sacrificio
N illo n̄ corporalē sc̄ spūalē escā accipimus.
sacm̄to x̄ ē q̄ corp ē x̄. Ñ ḡ corporalis esca
sc̄ spūalis. Vn̄ 7 ap de typo ei ait. Q̄a et nos escā
spūalē patres n̄ri manducauer̄. Corp H.
dī. corp ē spūale. Corp x̄. corp ē diuini
sp̄s. Id in s̄mone de abel 7 caym. Carnē x̄
susceptā 7 corp eius figuratū i altari offeram.

Illos peccare q. dicūt ubi caro factū n̄ distinguendo p̄so nas

Si iđ dicis xp̄s carnē eē susceptā
ꝛ offeras tn̄ figuratū corp̄ in altari n̄ tn̄ di
stinguis naturā ubi ꝛ corporis dicat̄. Si
recte offeras. recte aūt n̄ diuidas peccasti.
lex in exodibra. In cena xp̄s fuit conuiua
Nec moyses dedit uob̄ panē ꝛ conuiuiū.
uerū fidelis tbs ip̄e conuiua ꝛ cibū ip̄e
comedit̄s ꝛ qui cōmedit. Id ff̄ marthm.
Inuitate sui corporis ꝛ sanguinis xp̄s
discipulis p̄sentauit quod melchisedech
Accipite ꝛ cōmedite sacramentalit̄ optulit.
hē. c. m. Postquā typicū pasca fuāt cōpletū
ꝛ agni carnes cū ap̄lis cōmedat. assumit
panē q̄ confortator ē hominis ꝛ ad uerū pasce
transit sacramentū. ut quō in p̄figuratione eī
melchisedech panē ꝛ uinū offerens fece
rat. ip̄e q̄q̄ in uitate sui corporis ꝛ sanguinis
rep̄sentaret. Idē int̄ dem̄bris dn̄i. xp̄s idē ē
Sacerdos dī patris dr̄ filii dī. Sacerdos et sacrificiū
ꝑ humanitatē in q̄ se p̄ nob̄ acceptabile sa
crificiū dō optulit. ut ip̄e sit sacerdos q̄ ē sac
rificiū. Aug̃ de utilitate agn̄ dep.
Iudei credentes biber̄ sanguinē q̄ in. ꝑ
Tunc eis petrus annuntiauit eū cor̄ do fuder̄.
quē crucifixer̄. ut eī iā sanguinē biber̄
credentes: quē fudant seuientes. Id mep̄la
ad yreneū. Corpus q̄ ex ungine sūptū ē.
Corporeū illud manna ē a fidelib; accipit̄.
nunc tantu res miraculi q̄ a uenit q̄ p̄fectū
ē. p̄fectū aūt panis de celo corp̄ ex uirgine.
Id p̄ p̄simo xxxiii. om̄t. ii. Verū corpus ꝛ
Accesser̄ iudei uerū eī sanguinē cotidie accipi
ad ih̄m ut crucifigerent: nos accedam̄ ut mu.
corp̄ eī ꝛ sanguinē accipiam̄. It̄. Vē ma
gnus dn̄s ꝛ magr̄ nr̄ ā eī. q̄ nob̄ dedit man
ducare corp̄ suū in q̄ tanta p̄p̄ssꝰ ē ꝛ san
guinē suū bibe. ꝛc. It̄ in p̄simo. xxiiii. ad
iudeos. Iā securi bibite sanguinē q̄ fudi
stis. It̄ p̄so. lxxu. Ip̄m sanguinē q̄ p̄ insania
fuder̄. p̄ grām biber̄. p̄simo. xxvii. De car
ne marie carnē accep̄. ꝛ ip̄a carnē ad man
ducandū ad salutē dedit. Nemo aūt car
nē illā manducat n̄ p̄ adorauit. p̄simo
xxxiii. dauid ferebat̄ manib; suis. Man
ib; suis nemo portat̄. Quō intelligat̄ ī ipo
dd̄ ꝑ litterā n̄ inuenim̄. ī xp̄o aūt inuenim̄.
Ferebat̄ n xp̄s manib; suis q̄n cōmendās ip̄ū corp̄
suū q̄ ait. Hē ē corp̄ meū. Ferebat̄ n illū corp̄

manibus suis. Idem sr̄ iohm tractatu. xxxv.
Quousq; bibent sanguinē quē fudant de
sperauer̄. Idē in p̄simo. liiii. Iudei pascebant̄
tanquā de pena dn̄i ꝛ nos de cruce dn̄i pasci
m̄. quia corp̄ ip̄ius manducam̄. Hit̄ g̃
impii epulas suas. hn̄t pii suas. Beati q̄ esu
riunt ꝛ sitiunt. i. It̄ ex ɔ̄ guarmatiensi.
P infirmantib; eucharistiā sēp debet eē para.
Presbr̄ eucharistiā semp hēat p̄parata. ut q̄n q̄s in
firmat̄ fuit statī eū cōicet. ne sine cōione
moriat̄. Ex ɔ̄ aurel. Penitentiam eius
Qui bn̄ n̄ custo qui n̄ bn̄ custodit sacrificiū.
dierit sacrificiū. ꝛ m̄r aliud aliq̄ aīal illū
comedit. xl. dies penit̄. Q̄ aūt p̄dīdit il
lū in eccl̄a aut pars eī ceciderit ꝛ n̄ inuenta fuit.
xxx. dies penit̄. It̄ capimus euantio ē fri
salutē. Magis et istrionib; sacr̄ n̄ cōmittat̄
Proditione tua cōsul n̄ dū me mistia.
existimasti fr̄ k̄me quōd m̄ uidat̄ de hy
strione ꝛ mago illo qui ap̄ uos ɔstitut̄.
adhuc in artis sue dedecore p̄seuat̄ ꝛ ma
gister ꝛ doctor. ī n̄ erudiendoꝝ s; p̄dendoꝝ
puerorū. id q̄ male didicit ceteris q̄q̄ insinuat̄.
an talib; sacr̄ cōio cū ceteris xp̄ianis debat̄ dari
aut uob̄ cū debat̄ cōicare. Puto n̄ mage
stati diuine n̄ euangelice disciplinę cōg̃
ere ut pudor ꝛ honor eccl̄e tā turpi ꝛ in
fami contagione fedet̄. Ex ɔ̄ cartag̃ iii.
P conuersione n̄ ē deneganda grā cōionis.
Scenicis atq; hystrionib; ceterisq; hm̄ōi
p̄sonis t̄ apostaticis conuersis t̄ reuersis h̄
mōi ad dn̄m grā t̄ reconciliatio n̄ neget̄. Ex
ɔ̄ urbico. Pbr missam n̄ celebret ī alta
Nat altari q̄ eps̄ missā can iq̄ eps̄ cotidie celeb
rauit pbr eo die alia celebre n̄ p̄sumat. uīt.
Ex ɔ̄ lugdunensi. Tp̄a feriandi ī missa
Ronum sint laicis annuntianda.
Pandūe ē ut sciat tp̄a feriandi p anū. ut oē
dn̄icā usq; ad uesp̄am usq; ad uesp̄am ne iuda
iz̄ mo capiant̄. Feriandi ū p annū isti
s̄ dies. Natalis dn̄i. Scī stephani. Scī iohis
euangelist. Innocentiū. Scī siluest. Oct dn̄i.
Theofanie. Purificō scē. m. Scm̄ pasca
cū tota ebdomada. Rogationū trib; dieb;
Ascensio dn̄i. Scī dies pentecostes. Scī. J.
baptiste. Duodecī ap̄loꝝ. ꝛ maxime scōꝝ
petri ꝛ pauli. q̄ mundū sua p̄dicatione illu
minauer̄. Scī laur. Assūptio scē. m.

S. i. ll. i. Inter nos

S. xxvi. ll. v. Epi

Corp̄ xp̄i n̄ ē dandū neq; magis neq; histrionib; neq; ioculatorib;

S. di. lxxvi. Donare

D. III.

Nativitas sancte Marie virginis. Dedicatio basilice sancti Michaelis archangeli. Dedicatio cuiuscumque oratorii. et omnium sanctorum et sancti Martini. et ille festivitates quas singuli episcopi in suis episcopiis cum populo collaudaverint, que vicinis tantum circummorantibus indicende sunt, non generaliter omnibus. Reliquarum festivitatum per annum non sunt cogendi ad feriandum, nec prohibendi. Indictum vero ieiunium quando fuerit denuntiatum ab omnibus observetur. Ex concilio Tol. IIII. In sanctorum sollempnitatibus divinis officiis non saltationibus vel cantilenis

S. e. di. i. c. Sic

Irreligiosa consuetudo est, que pro debet cantare. quam vulgus per sanctorum sollempnitates agere consuevit. Populi qui debent officia divina attendere, saltationibus turpibus invigilant, cantica non solum mala canentes, sed et religiosorum officiis perstrepentes. Hoc enim ut ab omnibus provinciis depellatur, sacerdotum et iudicum a concilio sancto cure committitur. Ex concilio Aurel.

Ante ascensionem domini tribus diebus letanie celebrentur.

Rogationes, id est letanias, ante ascensionem domini placuit celebrari, ita ut premissum triduanum ieiunium in dominice ascensionis sollempnitate solvatur: per quod triduum servi et ancille ab opere relaxentur, quo magis plebs universa conveniat. Quo triduo omnes abstineant, et quadragesimalibus cibis utantur. Ex eodem. Episcopus die dominico non desit ecclesie.

Episcopus si infirmitate non fuerit impeditus, ecclesie cui proximus fuerit die dominico deesse non debet. Ex eodem. Hos dies civibus in villa celebrare non licet.

b. ii. Jr dendis
S. e. di. i. Susc
S. vii. di. i. Sic

Nulli civium liceat celebrare in villa pasce natalis domini vel quadragesime sollempnitatem, nisi quem infirmitas probabitur tenuisse. Ex eodem.

I. di. v. c. Adm

Ante sollempnitatem pasce quadragesima est celebranda.

A sacerdotibus omnibus decretum est, ut ante pascalem sollempnitatem non quinquagesima sed quadragesima teneatur. Ex concilio Martini pape. Quinta feria ultime septimane quadragesime ieiunium solvi non licet.

Non liceat v. feria ferias novissime septimane ieiunium solvere et totum exhonorare quadragesimam, sed sincere abstinentes totam quadragesimam peragere. Ex concilio Laudicensi. De eodem.

S. di. lxxvi. c. Non aut
S. di. xxx. c. Ult.

Non oportet in v. feria quadragesime ultime ebdomade ieiunium solvere et totam quadragesimam inhonorare, sed per totum diem ieiunare, et escis abstinentie convenientibus, id est aridioribus uti. Ex concilio Agath. Exceptis diebus dominicis in quadragesima non solvatur ieiunium.

Placuit ut omnes ecclesie exceptis diebus dominicis in quadragesima etiam die sabbati sacerdotali oratione et distinctionis commonitione ieiunent. Ex concilio Niceno. Nec in die dominica nec in diebus pentecostes in oratione genua flectantur.

S. p. i. di. xxx. Siquis pbr.
S. xxv. q. vii. Siquis sacerdos

Quoniam sunt in die dominica quidam ad orationem genua flectentes et in diebus pentecostes, propterea quod statutum est a sancta synodo, quoniam consona et conveniens per omnes ecclesias custodienda consuetudo est, ut stantes ad orationem domino vota reddamus. Leo IIII. Quo tempore ab esu carnium sit abstinendum.

Genua dominicis diebus non flectenda, sed oratione erectos debent audire.

Nos vetustissima et inviolabiliter(?) tradita semper tenenda est ut a cena tantummodo que sit in tertio principio noctis iiii. ferie que lucescit in v. feriam usque in diluculum vi. ferie, et simul tota nocte vi. ferie que lucescit in vii. feriam non impetrata ieiunatio usque ad sabbati lucem christum dedicata parte aliquis ieiunare maluerit debuit per unum diem. Gel. Dalmatinus(?) civibus rome. Nec die sabbati est feriandum nec die dominico lavacrum.

Pervenit ad me quosdam perversi spiritus homines esse prohibendum prava inter vos aliqua et sancte fidei adversa seminasse, ita ut die sabbati aliquid operari prohiberent. Quos quid aliud nisi antichristi predicatores dixerimus, qui veniens diem sabbati atque dominicum ab omni facit opere custodiri? Quia enim mori se et resurgere simulat, haberi in veneratione vult dominicum diem, et quia populum iudaizare compellit, ut exteriorem ritum legis revocet, et sibi iudeorum perfidiam subdat, coli vult sabbatum. Aliud quoque ad me perlatum est, vobis a perversis hominibus esse predicatum, ut dominico die nullus debeat lavari. Et quidem si pro luxuria animi et voluptate quis lavari appetit, hoc fieri nec reliquo quolibet die concedimus. Si autem pro necessitate corporis, hoc nec dominico die prohibemus. Innocentius papa. Ob reverentiam sepulture dominice sabbato ieiunare debemus.

Sabbato vero ieiunandum esse ratio evidentissima demonstrat. Nam si diem dominicum ob venerabilem resurrectionem domini nostri Ihesu Christi non solum in pascha celebramus, verum etiam per singulos ebdomadarum circulos ipsius diei imaginem frequentamus, ac sexta feria propter passionem domini ieiunamus, sabbatum pretermittere non debemus, quod inter tristitiam atque letitiam illius temporis videtur inclusum. Nam utique constat apostolos biduo isto et in merore fuisse et propter metum iudeorum se occuluisse. Quod utique non dubium est tantum eos ieiunasse bi

S. di. xii. Illa aut
I. di. v. c. Ad dicit

Sabbato esse ieiunandum, quamvis inter tristitiam et letitiam videtur esse inclusum.

dio memoratio ut in toto ecclesie baptisterio
biduo sacramenta penitus non celebrentur. Quod for
ma est per singulas tenenda ebdomadas
propterea quod memoratio diei illius semper est ce
lebranda. Quod si putant semel atque in uno sabbato
ieiunandum et dominica quoque et vi. feria semel in pa
scha erit utique celebranda. Melciades papa.
Die dominica et v. feria non est celebrandum ieiunium.
Ieiunium dominica die et v. feria nemo ce
lebrare debet, ut inter diem ieiunii Christianorum
et gentilium et inter fidelium et infidelium at
que hereticorum vera et non falsa discretio habeatur.
Ex uno cesari augusti. De eodem.
Ne quis ieiunet die dominica causa tempo
ris aut persuasionis nec xl. mariarum diebus;
abscessus fideles desint, non habitent in cubi
culorum latibulis ac montium qui in suspi
tionibus perseverant, sed exemplum ac precep
tum custodiant sacerdotum et alienas nullas
agendorum conventiculorum causa non conveniant ab
universis episcopis dictum est. Anathema sit qui
hoc commiserit. Ex dictis sancti Apollonii.
Quarta et v. feria non sunt solvenda ieiunia.
Ieiunia sane legitima i. iiii. et vi. feria
non sunt solvenda nisi grandis aliqua necessitas
fuerit quia iiii. feria Iudas traditionem domini
cogitavit et vi. feria crucifixus est salvator.
Videbitur ergo qui in his diebus sine ne
cessitate solverit statuta ieiunia, vel cum
tradente tradere salvatorem, vel cum crucifigen
tibus crucifigere. Die autem dominica nichil
aliud agendum est nisi deo vacandum; nulla
operatio in illa die sancta agatur, nisi tantum ym
nis et psalmis et canticis spiritualibus dies
illa transigatur. Innocentius. Quinta feria
ultime quadragesimalis ebdomade penitentes
De penitentibus; ut tes remissionem accipiant.
qui sive ex gravioribus commissis sive ex levioribus penitentiam
gerunt, si nulla interveniat egritudo quinta feria
ante pascha eis remittendum romane ecclesie
consuetudo demonstrat. Ceterum de ponde
re estimando delictorum sacerdotis est iudicare:
ut attendat ad confessionem penitentis
et ad fletus atque lacrimas corrigentis. Sa
ne si quis in egritudinem inciderit atque
usque ad desperationem devenerit, ei est ante
tempus pasce relaxandum, ne de seculo absque commu
nione discedat. Fabianus papa orientalibus

Litteris vestris inter cetera in
episcopis. Singulis annis v. feria ultime ebdo
madis novum crisma conficiatur.
venimus quosdam religionis vestre
episcopos vestro immo nostro ordine discrepare et non
per singulos annos in cena domini crisma conficere.
errant utique qui talia excogitant. Temeraria ve
sania potius quam recta sentientes hoc facere
audent. Sicut enim ipsius diei sollempnitas
per singulos annos est celebranda, ita ipsius
sancti crismatis confectio per singulos annos
est agenda, et de anno in annum renovanda
et fidelibus tradenda: quia novum sacramentum est et
per singulos annos in memorata die innovan
dum, et vetus in sanctis ecclesiis cremandum. Ista
a sanctis apostolis et successoribus eorum accepimus
vobisque tenenda mandamus. Eusebius
papa. Servetur ab omnibus festivitas dominice crucis inventionis.
Crucis domini nostri Ihesu Christi que nuper nobis guber
nacula sancte romane ecclesie tenentibus v.
nonas madii inventa est, in predicta calen
darum die inventionis festum vobis sollemp
niter celebrare mandamus. Alexander papa v. a petro
Aqua sit in sanctuario ut aqua sale conspersa sanctificet.
Aquam sale conspersam populis benedicimus ut
ea cuncti aspersi sanctificentur et purificentur:
quod et omnibus sacerdotibus faciendum esse man
damus. Nam si cinis vitule aspersus populum
sanctificabat atque mundabat, multo magis
aqua sale aspersa divinisque precibus sacrata populum
sanctificat atque mundat. Et si sale
asperso per Heliseum prophetam sterilitas aque sanata est,
quanto magis divinis precibus sacratus sal steri
litatem rerum aufert humanarum et coin
quinatos sanctificat et purgat et cetera bona
multiplicat et insidias diaboli avertit et
a fantasmatis versutiis homines defendit.
Pius papa viiii. a petro apostolo in primo suorum
decretalium. Non nisi dominico pascha celebretur.
Nosse vos volumus quod pascha domini die
dominico annuis temporibus sit celebrandum. Istis
enim temporibus Hermes doctor fidei et scripturarum ef
fulsit inter nos. Et licet nos pascha predicto
die celebraverimus, tamen quia quidam de dubi
tabant, ad corroborandas animas eorum eidem
Herme angelus domini apparuit in habitu
pastoris et precepit ei ut pascha die dominico ab
omnibus celebraretur. Unde vos apostolica auctoritate
instruimus ut eadem servare debeatis, quia nos eadem servamus,
nec debetis a capite quoquo modo dissidere. Item Victor.

S. p. i. di. xxx. Si quis.
S. xxvi. q. vii. Sacerdos.
S. p. i. di. xxx. Capitulo.
S. xxvi. q. vii. Sacerdos.
Nichil est agendum die dominico nisi in psalmis et ymnis vacandum
S. p. i. di. l. In capite.
In ecclesiis vetus crisma comburi.
Congruum aqua sale purgari. ... virtutes diaboli minuuntur.

pp. xiii. a pre apto in pmo decretali suo.

Non nisi die dnico sem pasca celebretur.

Celebrare sci pasce diem dnica agi debere et pdecessores nri iam statuere. et nos illud eadem die sollempnit celebre mandam. quia n decet ut mb acapite discrepet aut aur gerant. A. xiiii. ut luna pmi msis usq ad uicesimu pmu die eide msis eade celebretur festiuitas. Sod eq tpe uap ma celebndu e catholici si frm sin eccessefuit aut mortis piculu ingruerit gentiles ad fide uenientes qlcq loco t monito ubicu q euenit siu flumine siu mari siu in fontib; tm x ane confessione cdulitatis clarificati baptizentur. Ipis e q in baptismo polliciti sunt suope e ani dni du ne n in fideles si fideles m uenantur. Ipi u quum fidelitatis nota aspgantur infames efficiuntur atq int fideles minime reputantur. Hu statuta nulla debet inqbritate conuelli. nulla no uitate mutari. quia alta roe e causa scarum alia diuinarum. Ex ccarug. iiii.

Pasce sollempnitas uno die tpe celebnda e. Ex cocil cartag. v. **Dies pasce et celi formata subscriptione oib;**

Placuit ut dies pasce uniabil intimet formatarum subscriptione omnib; intimet Dies u concilii xii kal. nouembris uetur. Scbndu e et ad singtaru qrumq puinciarum pmatis u qn apse uilia g gantur. istud diem n impediat. Ite ex occil kartag. ii. **Cum in concilio omnia statuta**

Placuit ut **futuri annui pasca innuitet.** pqum om ms sacerdotum fuit ordinata illud omnimodis obsuetur. ut sup un turu tpus anni pasca q calendarum die t q luna debeat suscipit. a met poltra no ep intimetur. Gecet epi t reliquus cius breuiclo subnotantes un quiq in sua ecta aduemente natal dni die. p euanglica lectione pp annuntiet. Ex sarela tit si. i. q firmauit pp silum. **Por orbem uniuersum uno die eod tpe**

No obsuationem pasce dnica **pasca celebretur.** statuimus ut uno die et tpe p omne orbe obsuetur et iuxta consuetudine latine ad os dirigant. Gg. sereno epo masili ensi. **De imaginib; scor n uiolandis.**

Perlatum e ad nos fuerat q inconsiderato zelo succensus scorum imagines sub hac qua excusatione ne adorari debuisset confregis. Et quidem quia eas adorari uetuisses omino laudauimus fregisse u repchendimus. Dic fr a quo factu sacdote aliqn auditu q fecisti. Aliud e enim pictu ra adorare aliud e enim p picture istoria q sit adorandu addiscere. Nam q legentib; scriptura h q idiotis prestat pictura cnen tib; quia in ipa ignorantes uidt q sequi debeat in ipa legunt q litas nesciunt. Vn et pcipue gentib; p lectione pictura e. Ite ex. vi. synodo. **Imagines scor memorie**

Venerabiles imagines. **et recordatio pictor.** Xam n dos appellant neq fuimt eis u dus neq spem salutis ponut in eis neq ab eis expectant futurum iudicium sit ad memoria et recordatione pmitiuoru uenerant eas et adorant fri s uinit eis cultu diuino n alicui creature. Adrian pp tharasio patarche. **Ni agnus in ib;** **S**exta scam **xps est figurandus.** synodum recipio cum omnib; canonib; s s in quib; dicitur. In quib; scripturis scor imaginum agnus pcursoris digito ostensus depingit quum figuram ex sit gre ue nob plege moysi pmonstrns agnum ihm x dnm nrm. Antiquis g figuris et ubri adumtatis p figuratione eccle scor ueritatis ualedicentes gram uirtate pferim et sic plenitudine legis recipim. Verum q agnu dnm nrm ihm x s humana imagine amodo et imaginibus pro ueci agno. depingi iubemus. Aug in l de trinitate.

De fide trinitatis et unitatis inuiolabiliter

Omnes qs lege potui q **Seruanda.** an me scripser de trinitate q ds e diuinor libroru ueterum et nouorum catholici tractato res h intender p scripturis docere q pat et filius et s. s. unius eiusdeq substantie isepa bili eqtate diuina insinuat unitate. Ideoq n sunt tres dii s unius ds quius pat filium genuit. et ideo filius n sit qui pat e filius q a pat e sit genitus. et ideo pat n sit qui filius. sps q scs n pat sit n filius s tantum pats et filii sps pat et filio et pe

S. di. vii. c. i. Non deg.

S. di. xx. Iudei

S. vi. q. i. Infame

S. di. xviii. c.

B. iii. Placuit. picturis

Quod scriptura legentib; h idiotis pictura prestat cernentibus.

S. di. vii. c. iiii.

qua humana forma n de nro miro. sed ex sua assumpsit gra.

coequalis, et a divinitatis proprietate sunt unita te. Non tamen eandem trinitatem natam de virgine Maria et sub Pontio Pilato crucifixam et sepultam, tertia die resurrexisse [et in celum ascendisse] fatemur, sed filium; nec eandem trinitatem descendisse in specie columbe super Iesum baptizatum, aut die pentecostes post ascensionem domini sonitu facto de celo quasi ferretur flatus vehemens et linguis divisis velut ignis, fatemur, sed spiritum sanctum. Nec eandem trinitatem dixisse de celo: Tu es filius meus, sive cum baptizatus est a Iohanne, sive in monte quando cum illo erant tres discipuli, aut quando sonuit vox dicens: Et clarificavi, et iterum clarificabo; fatemur, sed patris vocem fuisse ad filium factam, quamvis pater et filius et spiritus sanctus, sicut inseparabiles sunt, ita inseparabiliter operentur. Idem super Iohannem.

D. IIII.

Sine sacramento visibili et fide invisibili nemo salvatur.

Necessarium est visibile sacramentum aque ad ablutionem visibilis corporis, sicut necessaria est doctrina invisibilis fidei ad sanctificationem invisibilis anime. Idem. Renascitur homo ex aqua invisibili sacramento et spiritu invisibili, scilicet intellectu, ut simbolum baptismi visibiliter accipiatur et spiritualem intellectum ipsius simboli percipiat, vel ex aqua visibili et spiritu sancto. Idem in libro de baptismo parvulorum. *In baptismate concupiscentia extinguitur, non ut non sit, sed ut non obsit.*

Per baptismi gratiam id agitur ut caro peccati evacuetur: non sic autem evacuatur ut in carne concupiscentia innata non sit, sed ne obsit. Nam si post baptismum ad etatem intellectualem pervenerint, ibi habent cum qua pugnent eamque adiuvante deo superent, si non gratiam in vacuum susceperint. Nam nec adultis id prestatur in baptismo, nisi forte ineffabili miraculo dei, ut lex peccati repugnans legi mentis penitus extinguatur. Tamen fit hoc, ut quicquid ab homine dictum et factum et cogitatum est, cum eadem concupiscentia mente subdita serviret, totum aboleatur et quasi factum non sit habeatur. Idem ad Petrum diaconum. *Qui ex viro et muliere concipitur cum originali peccato nascitur, et, si non baptizetur, non salvatur.*

S. i. q. i. fir
S. xi. q. i. [illegible]

Firmissime tene et nullatenus dubites omnem hominem qui per concubitum viri et mulieris concipitur cum originali peccato nasci, impietati subditum mortique subiectum, et ob hoc natura nasci filium ire, de quo dicit apostolus: Eramus enim natura filii ire sicut et ceteri; a qua nullus liberatur, nisi per fidem mediatoris dei et hominum Iesu Christi. Firmissime tene non solum homines ratione utentes, verum etiam parvulos, qui sive in uteris matrum vivere incipiunt et ibi moriuntur, sive iam de matribus nati sine sacramento baptismi, quod datur in nomine patris et filii et spiritus sancti, de hoc seculo transeunt, sempiterno igne puniendos. Quia etsi peccatum proprie actionis nullum habuerunt, originalis tamen peccati dampnationem carnali conceptione et nativitate traxerunt. Iohannes Crisostomus. *De eodem.*

Non potest quis gratiam vite celestis accipere, nisi purgatus fuerit ab omni sorde peccati per confessionem per donum baptismi salutaris domini et salvatoris nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula seculorum. Gregorius in moralibus. *Sicut nunc in baptismate, ita olim in circumcisione remittebatur peccatum.*

Quod apud nos valet aqua baptismatis, hoc egit apud veteres vel pro parvulis sola fides, vel pro maioribus virtus sacrificii, vel pro his qui de Abrahe stirpe prodierunt misterium circumcisionis. Aug. ad Valerium contra Iulianum.

Originale peccatum nunc in baptismate, olim in circumcisione remittebatur.

Ex quo instituta est circumcisio in populo dei, que erat tunc signaculum fidei iustitie, ad sanctificationem purgationis valebat parvulis originalis veterisque peccati, sicut et baptismus ex illo valere cepit ad innovationem hominis ex quo institutus est. Idem de libero arbitrio li. iii. *Parvulis in fide offerentium prodest baptisma.*

Illud perscrutari homines solent, sacramentum baptismi Christi quid prosit parvulis, cum eo accepto plerumque moriuntur priusquam ex eo quicquam cognoscere potuerint. Qua in re satis pie recteque creditur prodesse parvulo fidem eorum a quibus consecrandus offertur, et hoc ecclesie commendat saluberrima auctoritas, ut ex eo quisque sentiat quid sibi prosit fides sua, quando in aliorum quoque beneficium, qui propriam nondum habent, potestatem commodari sit. Idem de baptismo parvulorum. *Per fidem et baptisma iustificamur a peccatis.*

Filius dei carnem peccati suscepit et penam sine culpa, ut in carne peccati et culpa solveretur et pena. Per fidem ergo et baptismum mundatur homo a peccato per iustificationem, et a morte liberatur per resurrectionem. Parvuli in baptizati inter credentes reputantur per sacramenti virtutem et offerentium responsionem. Qui non baptizati non inter credentes iudicantur. Ex evangelio Iohannis. Nisi quis renatus fuerit ex aqua et spiritu sancto, non potest intrare in regnum dei. Ambrosius in libro de sacramentis.

Per aquam *Per aquam baptismi de terreno fit homo celestis.* baptismum tamen sic est terrenus a celestia ideo

~~pasca instituere decreuit ad celestia uero~~ pasca institutus dicitur. Unde institutus est de peccato ad uitam, de culpa ad gratiam, de inquinamento ad sanctificationem. Qui per hanc aquam transit non moritur, sed resurgit. Non omnis aqua sanat, sed illa aqua habet gratiam Christi. Aliud est elementum, aliud est consecratio. Non sanat aqua nisi spiritus sanctus descenderit et aquam illam consecrauerit, sicut legisti quod cum Christus formam baptismatis daret, uenit ad Iohannem et ait illi Iohannes: Ego a te debeo baptizari, et tu uenis ad me? Respondit Iesus: Sic decet nos implere omnem iustitiam. Uide quemadmodum omnis iustitia. Christus ad baptismum descendit, non ut caro mundaretur, quam susceperat de terrena conditione. Non enim ablutio peccati Christo necessaria fuit, qui peccatum non fecit, sed nobis erat necessaria, qui peccato eramus obnoxii. Descendit Christus, descendit spiritus sanctus. Quare autem prior descendit Christus, postea descendit spiritus sanctus, cum forma et usus baptismi hoc habeat ut ante fons consecretur et tunc descendat baptizandus? Christus autem ante descendit, secutus est spiritus sanctus, ut non quasi ipse sanctificationis mysterio egere uideretur, sed ut sanctificaret ipse, sanctificaret et spiritus sanctus. Iohannes Crisostomus. Aqua baptismi non purgaret peccata nisi tactu dominici corporis esset sanctificata.

Nunquam aqua baptismi purgare peccata credentium posset, nisi tactu dominici corporis sanctificata fuisset. Siricius papa Himerio Terraconensi. Non generale baptisma nisi in sabbato sancto pasce et pentecostes celebretur.

Non ratione auctoritatis alicuius sed sola temeritate presumuntur ut passim ac libere in natiuitate Christi seu apparitione, nec non et apostolorum seu martyrum festiuitatibus innumere plebes baptisma percipiant, cum hoc sibi priuilegium apud nos et apud omnes ecclesias dominicum pascha defendat specialiter cum sancto pentecosten. Item Leo uniuersis episcopis per Siciliam constitutis. De eodem.

Duo tempora, id est pasca et pentecosten, ad baptizandum a romano pontifice legitima sunt prefixa. Unde quoque manifestum ... baptizandis in ecclesia electis hec duo tempora de quibus locuti sumus esse legitima. Dilectionem uestram monemus ut nullos alios dies huic obseruantie misceatis. Item. Quare in predictis temporibus baptisma celebretur.

Prope in morte crucifixi et in resurrectione ex mortuis potentia baptismi nouam creaturam condidit ex ueteri, ut in renascentibus et mors Christi operetur et uita, dicente apostolo: An ignoratis quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam patris, ita et nos in nouitate uite ambulemus. Si enim complantati sumus facti similitudini mortis eius, simul et resurrectionis erimus. Et cetera que latius magister gentium ad commendandum sacramentum baptismatis disputauit, ut appareret ex huius doctrine spiritu regenerandis filiis hominum et in dei filios adoptandis illum diem et illud tempus electum, in quo per similitudinem formamque mysterii ea que geruntur in membris his que in ipso sunt capite gesta congruerent, dum in baptismatis regula et mors interueniat interfectione peccati, et sepulturam triduanam imitatur trina demersio, et ab aquis eleuatio resurgentis instar est de sepulcro. Ipsa igitur operis qualitas docet celebrande generaliter gratie diem esse legitimum in quo orta est et uirtus muneris et species actionis. Ad cuius rei confirmationem plurimum ualet, quod ipse dominus Iesus Christus postquam resurrexit a mortuis discipulis suis, in quibus omnes ecclesiarum principes docebantur, et formam et potestatem tradidit baptizandi dicens: Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti. De quo utique eos et ante passionem potuisset instruere, nisi proprie uoluisset intelligi regenerationis gratiam ex sua resurrectione cepisse. Additur sane huic obseruantie et pentecostes ex aduentu spiritus sancti sacrata sollempnitas, que de paschalis festiuitatis pendet articulo. Et cum ad alios dies alia festa pertineant, hec semper ad eum diem qui resurrectione domini est insignis occurrit, porrigens quodammodo auxiliantis gratie manum et eos quos a die pasche aut molestia infirmitatis aut longinquitas itineris aut nauigationis difficultas interclusit, inuitat, ut quibuslibet necessitatibus impediti desiderii sui effectum dono sancti spiritus consequantur. Hoc autem nos non ex nostra persuasione defendimus, sed apostolica auctoritate seruare satis idoneo probamus exemplo, sequentes beatum Petrum apostolum, qui in ipso die quo omnem credentium numerum promissus spiritus sanctus repleuit, tria milia populi sua predicatione conuersa lauacro baptismatis consecrauit. Quod sancta scriptura que apostolorum actus continet fideli historia docet dicens: His auditis compuncti sunt corde et dixerunt ad Petrum et reliquos apostolos: Quid faciemus uiri fratres? Petrus uero ad illos: Penitentiam inquit agite et baptizetur unusquisque uestrum in nomine domini nostri Iesu Christi in remissionem peccatorum uestrorum, et accipietis donum sancti spiritus. Item. Si quis autem epiphanie

Quare Christus prius in aquam descendit, postea spiritus sanctus, cum ex consuetudine spiritus sanctus prius in fonte per consecrationem descendit, quam puer.

Quare institutum sit in sabbato sancto pasce et pentecostes baptizari.

festiuitate. quam suo ordine debito hono re uenerandam esse ob hoc existimat priuilegium habere baptismatis, quod hac quidam putant, quia eadem die dominus ad baptismum sancti Iohannis accesserit: sicut illius baptismum aliam gratiam ratione aliam fuisse, non ad eandem peruenisse uirtutem, qua per spiritum sanctum renascuntur. De quibus dicitur: Qui non ex sanguinibus, neque ex uoluptate carnis, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt. Dominus enim nullius indigens remissione peccati, nec querens remedium renascendi, sicut uoluit baptizari, quando uoluit circumcidi. Hostiamque pro emundatione offerri, qui factus erat ex muliere, sicut apostolus ait, fieret sub lege quam non uenerat soluere, sed implere, et implendo finire, sicut apostolus predicat dicens: Finis autem legis Christus ad iustitiam omni credenti. Baptismatis autem sui in se condidit sacramentum, quia in omnibus primatum tenens se docuit esse principium. Et tunc regenerationis potentiam sanxit, quando de latere eius profluxit sanguis redemptionis et aqua baptismatis. Item ex Gerundensi. In sollempnitate pascali et pentecoste catecumini baptizandi.

De catecuminis baptizandis id decretum est. ut in pascali festiuitate uel pentecostes ueniant ad baptizandum; ceteris sollempnitatibus infirmi debent baptizari. Item Leo papa. Necessitate cogente quolibet tempore baptizare licet.

Hi qui necessitate cogente mortis, egritudinis, persecutionis, obsidionis et naufragii urgentur, omni tempore baptizari debent. Item Gelasius clero et plebi Tarentino. Nisi necessitate cogente preter pascha et pentecosten nullus baptizare presumat.

Venerabile baptismi sacramentum non nisi in festiuitate pascali et pentecostes tradere non presumat episcopus, exceptis egritudine laborantibus, quibus mortis urgente periculo talibus oportet ne in eternum pereant remediis subueniri. Item. De eodem.

Baptizandis quisquam passim quocumque tempore nullatenus licentiam credat inesse fiduciam, preter pascale festum et pentecostes uenerabile sacramentum, excepto dumtaxat grauissimi languoris incursu, in quo uerendum est ne morbi crescente periculo sine remedio salutari fortassis egrotans exitio preuentus abscedat. Ysidorus de officiis li. ii. cap. xxiiii. Nemo nisi sacerdos baptizare presumat.

Constat baptisma solis sacerdotibus esse traditum, eiusque ministerium nec ipsis diaconibus explere licitum absque episcopo uel presbitero, nisi his procul absentibus ultima languoris cogat necessitas. Quod et laicis fidelibus plerumque permittitur. Item Gelasius. Diaconos sine episcopo uel presbitero baptizare non audere, et c. uel super interuallo ordinandorum ubi, reuerentia diaconorum erga sacerdotes ait. Ex concilio Cartag. v. S. p. i. di. xciii. Diaconos. Je. di. c. Sem. S. di. xxxiii. Inde. S. xxxvi. q. v. Mulierem.

Mulier. Non presumat mulier baptizare. Quamuis sit docta et sancta, uiros in conuentu docere, uel aliquos baptizare non presumat.

Nisi necessitate cogente. Urbanus II. Super quibus consuluit, et c. uel super interuallo coniugii ubi decor patribus ait. Item Aug. ad Fortunatum. Etiam laici necessitate cogente baptizare possunt. S. xxx. q. iii. Sup.

In necessitate cum episcopi aut presbiteri aut quilibet ministrorum non inueniuntur, et urget periculum eius qui petit, ne sine isto sacramento hanc uitam finiat, etiam laicos solere dare sacramentum quod acceperunt solemus audire. Ysidorus. Non reiteratur baptisma quod a pagano ministratur. S. p. i. di. xciii. Diaconos. S. i. q. i. Jd. Si quis per ignorantiam.

Romanus pontifex non hominem iudicat qui baptizat, sed spiritum Dei subministrare gratiam baptismi, licet paganus sit qui baptizat. Item Nicholaus papa ad consulta Bulgarorum cap. iiii. De eodem.

A quodam iudeo nescitis utrum christiano an pagano multos in patria uestra baptizatos asseritis, et quid inde sit agendum consulitis. Hi profecto si in nomine sancte trinitatis uel tantum in nomine Christi, sicut in actibus apostolorum legitur, baptizati sunt, unum quippe idemque est, ut sanctus exponit Ambrosius, constat eos non esse denuo baptizandos. Aug. contra Cresconium grammaticum. Siue per bonum siue per malum ministrum equaliter baptisma ministratur.

Si inter bonos ministros, cum sit alius alio melior, non est melior baptismus qui per meliorem datur, nullo modo malus est qui per malum datur, quando idem baptismus datur. Ideo per ministros dispares dei munus equale est, quia non illorum sed eius est. Item super Iohannem parte prima tractatu v. Non merita ministrorum sed Christi in baptismate operatur. S. i. q. i. Sic. Je. d. c. Quo.

Baptismus talis est qualis est ille in cuius potestate datur, non qualis ille est per cuius ministerium datur. Item. Quid nouerat Iohannes baptista dominum? Quod non nouerat: potestatem baptismi dominici in nullum hominem a domino transituram, sed ministerium plane transiturum; potestatem a domino in neminem, sed ministerium Je. di. c. Aliud

Item ex decretis Martini pp. iii. De eodem. Quicumque presbiter in prouincia propria aut in alia, uel ubicumque inuentus fuerit, commendatum sibi infirmum baptizare noluerit, uel per intentionem itineris uel de aliqua excusatione, et sic sine baptismo moritur, deponatur.

S. xxx. q. i. c. vi.

in bonos et malos. Non exhorreat columba ministerium malorum, respiciat domini potestatem. Quid tibi facit minister malus ubi bonus est dominus? Quid te impedit malitiosus preco ubi benivolus est iudex? Item. Neque qui plantat est aliquid neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Item. Ego dico et nos omnes, quia istos oportet esse iustos per quos baptizantur, quia istos oportet esse tantum iudices ministros, sed ministrare intelligere nolunt. Sicut autem nolunt esse iusti qui in cathedra Moysi sedent, securum me fecit magister meus de quo spiritus eius dicit: Hic est qui baptizat. Item. Non timeo adulterum, ebriosum, non homicidam, quia columbam attendo per quam mihi dicitur: Hic est qui baptizat. Idem contra ... vi.

Cum baptizat malus ex (de eodem) aliqua vel ignorantia ecclesie vel tolerantia, an ignorantur mali aut tolerantur palee que usque in ultimo ventilentur area, illud quod datum est unum est, nec impar propter impares ministros, sed par et equale propter eum qui baptizat. Idem de ecclesiasticis regulis.

Non reiteratur baptisma quod in nomine trinitatis prestatur.

Si qui apud illos hereticos baptizati sunt qui in sancte trinitatis confessione baptizant, et veniunt ad catholicam fidem, recipiantur ut baptizati, ne sancte trinitatis invocatio vel confessio annulletur. Sed doceantur integre et instruantur quo sensu sancte trinitatis misterium in ecclesia teneatur, et si consentiunt credere vel acquiescunt confiteri, purgati fidei integritate confirmentur manus impositione. Si vero parvuli sunt vel hebetes qui doctrinam non capiant, respondeant pro illis qui eos offerunt iuxta morem baptizandi, et sic per manus impositionem et crismatis communitati cum eucharistie misteriis admittantur. Idem ad Orosium. (de eodem)

Querimus unum baptisma sit hereticorum et nostrorum, scilicet qui in nomine patris et filii et spiritus sancti baptizantur, et ecclesie catholice. Tamen qui foris ecclesiam baptizantur non sumunt baptismum ad salutem sed ad perniciem, habentes nimirum formam sacramenti, virtutem autem eius abnegantes. Et ideo ecclesia eos non rebaptizat, quia in nomine trinitatis baptizati sunt, ipsa est perfecto sacramenti forma. Ideo cum venerint et fuerint accepturi virtutem spiritus sancti quam hi qui foris ecclesiam baptizantur non habent. Item Pelagius Gaudentio episcopo.

Baptizentur qui tamen in nomine domini baptizati sunt.

Si revera hi de hereticis qui in locis dilectionis tue vicinis commorari dicuntur, solummodo se in nomine domini baptizatos fuisse forsitan confitentur, sine cuiusquam dubitationis ambiguo eos ad catholicam fidem venientes sancte trinitatis nomine baptizabis. Si vero apud dilectionem tuam eorum qui adveniunt manifesta confessione claruerit quod in nomine trinitatis fuerint baptizati, sola reconciliationis impensa gratia catholice sociare fidei maturabis, ut tali dispensatione iuxta nichil aliter quam evangelica iubet auctoritate temeritatis cuiusquam spiritu videatur effectum. Augustinus de unico baptismo l. viii.

An approbetur baptisma quod a mimo baptizato prestatur.

Solet etiam queri utrum approbandum sit baptisma quod ab eo qui non accepit accipitur, si hoc forte curiositate aliqua didicit quomodo dandum sit, et utrum nichil intersit quo animo accipiat ille cui datur, cum simulatione an sine simulatione. Si cum simulatione, utrum fallens sicut in ecclesia vel in ea quam putat ecclesiam, an iocans sicut in mimo. Verumtamen si quis me forte in eo concilio constitutum, ubi talium rerum questio versaretur, non precedentibus quorum sententias sequi mallem, urgeret ut dicerem quid ipse sentirem, si eo modo affectus essem quo eram cum ista dictarem, nequaquam dubitarem habere baptismum eos qui ubicumque et a quibuscumque illud verbis evangelicis consecratum sine sua simulatione et cum aliqua fide accepissent, quamquam eis ad salutem spiritualem non prodesset si caritate caruissent qua catholice inseruntur ecclesie. Si enim habeam fidem ut montes transferam, caritatem autem non habeam, nichil sum. Sicut enim per statuta maiorum statutis non dubito illos habere baptismum qui quamvis fallaciter id acceperint, in ecclesia tamen acceperint, vel ubi ab eis putatur esse ecclesia in quorum societate id accipitur, de quibus dictum est: Ex nobis exierunt. Ubi autem neque societas ulla esset ita credentium, sed totum ludicre et mimice et ioculariter ageretur, utrum approbandus esset baptismus qui sic daretur, divinum iudicium per aliquam revelationis oraculum concordi oratione gemitibus implorandum esse censerem.

S. c. i. q. i. §. Neque in hoc.

S. di. xviii. Sedes

S. i. q. i. Vide

S. xv. q. vii. c. cuius; S. iii. q. viii. c. In; S. c. i. q. i. §. Neque in hoc.

de illo dicit quod sciente ab hereticis baptizantur et eorum errori consentiunt.

Baptismi propter reconciliationem susceptum ad remissionem peccatorum valere.

S. xxviii.

de hereticis dicit quod aliqui tamen in nomine domini baptizabant vel errore inducti nolentes trinitatem credere quibus baptizati consentiebant.

i. e. di. c. hii. cc.

i. e. di. c. Quo. cc.

S. e. §.

i. e. di. c. Nulli

i. e. di. c. hii

i. e. §.

31

ra sane ut post me dicturos sententias si quid iam exploratum et cognitum afferamus [?] hunc latere explorare. Idem in l. ii. **Non reiteratur baptisma quod in fide sancte trinitatis datur.**

Ostenditur **quod ab hereticis prestatur.** illos impie facere qui recte baptizatos rebaptizare conantur ob unitatem, et nos recte facere qui dominica sacramenta improbare nec in scismate audemus. In quo enim nobiscum sentiunt, in eo et nobiscum sunt; in eo autem a nobis recesserunt in quo a nobis dissentiunt. Item. Sacramentum baptismi est quod habet qui baptizatur, et sacramentum dandi baptismi est quod habet qui ordinatur. Sicut enim baptizatus si ab unitate recesserit sacramentum baptismi non amittit, sic et ordinatus si ab unitate recesserit sacramentum dandi baptismi non amittit. Nulli enim sacramento iniuria facienda est. Si discedit a malis, utrumque discedit. Si permanet in malis, utrumque permanet. Sicut ergo acceptatur baptismus quem non potuit amittere qui ab unitate discesserat, sic acceptandus est baptismus quem dedit ille qui sacramentum dandi cum discederet non amiserat. Item. Si ad baptismum fictus accessit, dimissa sunt peccata an non sunt dimissa? eligant quod voluerint. Utrumlibet elegerint, sufficit nobis. Si dimissa dixerint, quomodo Spiritus sanctus discipline effugiet fictum, si in isto remissionem operatus est peccatorum? Si dixerint non esse dimissa, quero si postea fictionem suam corde confesso et vero dolore fateatur, denuo baptizandus iudicaretur? Quod si dementissimum est dicere, fateantur vero baptismo Christi baptizari posse hominem, et tamen cor eius in malitia vel sacrilegio perseverans peccatorum abolitionem non sinere fieri, atque intelligant in communionibus ab ecclesia separatis posse homines baptizari, ubi Christi baptismus eadem sacramenti celebratione datur et sumitur, qui tamen tunc prosit ad remissionem peccatorum, cum quisque reconciliatus unitati sacrilegio dissensionis exuitur quo eius peccata tenebantur et dimitti non sinebantur. Idem in epistola ad Bonifatium. **Valet ad salutem baptisma et si non ea fide parvuli offerantur.**

Non vos illud te moveat, quod quidam non ea fide ad baptismum percipiendum parvulos ferunt, ut gratia spirituali ad vitam regenerentur eternam, sed quod eos putant hoc remedio temporalem retinere vel recipere sanitatem. Non enim propterea illi non regenerantur quia non ab istis hac intentione offeruntur. Item de unico baptismo l. iiii.

Effusio sanguinis implet vicem baptismi.

Baptismi vicem aliquando implere passionem de latrone illo cui non baptizato dictum est: Hodie mecum eris in paradiso, beatus Cyprianus non leve documentum assumit. Quod etiam atque etiam considerans invenio non tantum passionem pro nomine Christi id quod ex baptismo deerat posse supplere, sed etiam fidem conversionemque cordis, si forte ad celebrandum misterium baptismi in angustiis temporum succurri non potest. Neque enim latro ille pro nomine Christi crucifixus est, sed pro meritis facinorum suorum, nec quia credidit passus est, sed dum patitur credidit. Quantum itaque valeat etiam sine visibili baptismi sacramento quod ait apostolus: Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, in illo latrone declaratum est. Sed tunc impletur invisibiliter, cum ministerium baptismi non contemptus religionis sed articulus necessitatis excludit. Nam in illo latrone quod de baptismi sacramento defuerat complevit omnipotentis benignitas, quia non superbia nec contemptu sed necessitate defuerat. Sicut in infantibus qui baptizati moriuntur eadem gratia omnipotentis explere credenda est quod non ex impia voluntate sed ex etatis indigentia nec corde credere ad iustitiam possunt nec ore confiteri ad salutem. Ideo cum alii pro eis respondent ut impleatur erga eos celebratio sacramenti, valet utique ad eorum celebrationem, quia ipsi respondere non possunt. Alienum quippe opus est cum credit parvulus, sicut alienum opus fuit cum peccavit in alio [?]. Item. Sicut autem in latrone quia per necessitatem corporaliter baptismus defuit perfecta salus est, quia per pietatem spiritaliter affuit; sic et cum ipsa presto est, si per necessitatem desit quod latroni affuit, perficitur salus. Quod traditum tenet universitas ecclesie cum parvuli infantes baptizantur, qui certe nondum possunt corde credere ad iustitiam et ore confiteri ad salutem, quod latro potuit, quin etiam flendo et vagiendo cum in eis misterium celebratur ipsis misticis vocibus obstrepunt, et nullus Christianorum dixerit eos inaniter baptizari. Quibus omnibus rebus ostenditur aliud esse sacramentum baptismi, aliud conversionem cordis, sed salutem hominis ex utroque compleri. Nec si unum eorum defuerit, ideo putare debemus consequens esse ut alterum desit, quia et illud sine isto potest esse in infante, et istud sine illo potuit esse in latrone, complente Deo sive in illo sive in isto quod non voluntate defuisset. Cum vero ex voluntate alterum horum defuerit, reatu hominem involvi. Et baptismus quidem potest inesse ubi conversio cordis defuerit; conversio autem cordis potest quidem inesse non percepto baptismo, sed contempto baptismo non potest. Neque ullo modo dicenda est conversio cordis ad Deum, cum Dei sacramentum contempnitur. Idem contra [illegible]. **Non baptizat homo qui ... in eo est.**

j. c. di. c. iiii. vii [?]

S. i. q. i. Quod

S. i. q. i. Sic

Conciliationes dicuntur hereticorum qui in pluribus cum ecclesia participant, licet ab ea sint separati, quia caritate carent, quod quasi catholice inserunt ecclesie [?]. ut supra c. xx. Vel conciliationes separatos vocat hereticorum conventicula, sive loca in quibus conveniunt, a quibus potest tradi baptismus, dummodo trinitatis nomen invocetur. ut supra c. xx.

j. pr. c. Cave. ee [?]

valet utique

J. di. c. Si ad mac.

S i quicquid est in homine qui baptizatur et sanctificatur, baptizari et sanctificari credendum est, dicturi estis ergo in illo baptizari et sanctificari que intestinis tenentur, que per digestiones corporis digeruntur. Dicturi estis baptizari et sanctificari hominem in matris utero constitutum, si ei ad hoc sacramentum accipiendum necessitas cogat, quemadmodum et iterum baptizari non qui nascitur non debet. Postremo dicturi estis baptizari febres et sanctificari qui baptizantur egroti. Ido ad fortunatum. Valet baptisma et si per laicos ministretur.

S. e. di. c. Constat

S anctum est baptisma per se ipsum quod datur in nomine patris et filii et spiritus sancti, ita ut in eodem sacramento sit et auctoritas traditionis per dominum nostrum ad apostolos, per illos autem in episcopos et alios sacerdotes vel laicos christianos ab eadem origine ac stirpe venientes. Nam cum illa historia narratur omnes qui audiunt ad lacrimas mouentur: navicula in tantum quassata ut nullus fidelis esset preter unum penitentem, cepit eminere naufragium. Erat ibi quidam non immemor sue salutis et sacramenti vehementissimus flagitator; non erat aliquis qui daret preterquam ipse penitens ille. Acceperat enim pro peccato de quo agebat penitentiam. Amiserat de se moribus sanctitatem, sed non amiserat sacramentum.

J. c. c. m.

Nam si hanc amittunt peccantes cum reconciliantur post penitentiam, quare non iterum baptizantur? Dedit quod accepit, et ne periculose vitam finiret non recusavit. Petiit ab eo ipso quod baptizavit vel cum reconciliaretur et factum est. Evasit naufragium. Cognitum habes quod fecerit. Nemo exiuit eorum qui non prius animum inclinaret vel consulis eorum in illo periculo dominum crederet affuisse. Moveat autem religiosus et supplex ab homine exegit sacramentum, a deo impetravit sanitatem, quod si forte hoc quod narratur de his qui naufragio imminente periclitabantur non vult aliquis credere, non habet scripturarum divinarum auctoritas, sed incerto auctore fama cum datur non reputabo. Si interrogo si tale aliquid contingat quid futurum est? Non habeo quid sequar dicere, relinquo quin dubium illum esse qui morte imminente quod baptizatum a penitente quod quis non credat consugisse oportet vel credat per se coniungere. Ido. Quamvis recte vivat cathecuminus sine baptismo tamen salvari non potest.

S. xp. bapti. cc.

C athecuminum quamvis in bonis operibus defunctum vitam habere non credimus, excepto duntaxat si martyrii sacramentum compleat. Baptizatus confitetur fidem suam coram sacerdote et interrogatus respondet. Hoc idem martyr facit coram persecutore, qui confitetur fidem et interrogatus respondet. Ille post confessionem aspergitur aqua, hic vero aspergitur sanguine vel tinguitur igne. Ille manus impositione pontificis accipit spiritum sanctum; hic habitaculum efficitur spiritus sancti, dum non est ipse qui loquitur, sed spiritus sancti qui in illo loquitur. Ille communicat eucharistie in commemoratione mortis domini; hic ipsi Christo commoritur. Ille confitetur se mundi actibus renuntiare; hic ipsi renuntiat vite. Illi omnia peccata dimittuntur; isti extinguuntur. Item Leo papa. Non iteretur baptisma cuius forma integre constat.

S. i. q. i. Sic. cc.
J. di. v. c. i.
S. e. di. c. Soler. Secu.

H i de quibus scripsistis qui se baptizatos sciunt collatam, sed cuius fidei fuerint qui eos baptizaverunt se nescire profitentur, quoniam quolibet modo formam baptismatis acceperunt rebaptizandi non sunt, sed per manus impositionem virtute spiritus sancti quam ab hereticis accipere non potuerunt catholicis copulandi sunt. Augustinus super Iohannem. Et per bonos et per malos ministros equaliter baptizat Christus.

S. i. q. i. c. Dedit

A liud est baptizare per ministerium, aliud per potestatem. Item. Ergo baptizabant discipuli eius. Ubi adhuc erat Iudas inter discipulos eius. Si quos autem baptizavit Iudas non sunt iterum baptizati; et quos baptizavit Iohannes iterum baptizati sunt. Plane iterum sed non iterato baptismo. Quos enim baptizavit Iohannes, baptizavit Iohannes; quos autem baptizavit Iudas, Christus baptizavit.

S. e. di. c. c. Bapti.

Item. Per hanc enim potestatem quam Christus solus tenuit sed in neminem ministrorum transfudit, quamvis per ministros baptizare dignatus sit, per hanc in qua stat unitas ecclesie que significatur in columba de qua dictum est: Una est columba mea, una est matri sue electa. Si enim ut iam dixi fratres mei transferretur potestas a domino ad ministrum, tot baptismata essent quot ministri essent, et iam non staret unitas baptismi. Intendite fratres: antequam veniret dominus noster Ihesus Christus ad baptismum descendit in columba in qua cognovit Iohannes quod dictum est ei: Super quem videris spiritum descendentem tamquam columbam et manentem super eum, ipse est qui baptizat in spiritu sancto. Noverat autem quia ipse baptizabat, sed quia tali proprietate ut potestas ab eo non transiret in aliquem, quamvis ipso donante ibi didicit. Item. Iam mundi vos estis propter verbum quod locutus sum vobis. Quare non ait mundi estis propter baptismum quo abluti estis, sed ait propter verbum quod locutus sum vobis, nisi quia et in aqua verbum mundat.

Sa. i. q. i. c. Si fuit.

dicit. Item. Si fuerit iustus minister computo eum cum Paulo, computo illum cum Petro, cum istis computo tales ministros, quia vere iusti ministri gloriam suam non querunt. Ministri enim sunt, pro iudicibus haberi nolunt, spem in se poni exhorrent. Ergo computo cum Paulo iustum ministrum. Quid enim dicit Paulus? Ego plantavi, Apollo rigavit, deus autem incrementum dedit. Item de baptismo. Nec baptisma nec baptizandi potestatem scismatici amittunt.

N ullus autem negat habere baptismum et potestatem

stras quibus utique redeuntibus et per penitentiam conversis non redditur, quia non posse amitti iudicatur. Sic et illi qui in sacrilegio scismatis ab ecclesie communione discedunt, habent utique baptismum quem priusquam discederent acceperunt. Nam et si ipsi redeant, non eis iterum datur. Unde ostenditur illud quod acceperant in unitate positi non potuisse amittere separatos. Quod si haberi foris potest, et dari cur non potest? Si dicis non recte foris datur, respondemus: Sicut non recte foris habetur, et tamen habetur, sic non recte foris datur, sed tamen datur. Sicut autem per unitatis reconciliationem incipit utiliter haberi quod extra unitatem inutiliter habebatur, sic per eandem reconciliationem incipit utile esse quod extra eam inutiliter datum est.
Item. Heretici sacramenta et scripturas habent ad speciem, non ad salutem. Item. Perfidus si in perfidia permanserit, per baptismum non extra ecclesiam remissionem accipit peccatorum; aut si supervenerit sacramenta ad punctum temporis excipit, tamen vis et forma eadem operatur, sicut vis nominis Christi expulsionem demonum et foris baptizato operabatur. Item. Mali non sua potestate sed Christi virtute ministrant.

Quomodo exaudit Deus homicidam deprecantem vel super aquam baptismi vel super oleum vel super eucharistiam vel super capita eorum quibus manus imponitur? Que tamen omnia et fiunt et valent et per homicidas, id est per eos qui oderunt fratres, etiam in ipsa intus ecclesia. Cum dare nemo possit quod non habet, quomodo dat homicida Spiritum sanctum? Et tamen intus etiam ipse baptizat. Deus ergo dat etiam ipso baptizante Spiritum sanctum. Quod per sacramentum quod credat Deus etiam per malos, ipsam tamen gratiam non nisi per se ipsum vel per sanctos suos. Et ideo remissionem peccatorum vel per se ipsum facit vel per illius columbe membra quibus ait: Si cui dimiseritis, dimittetur. Manus autem impositio si non adhiberetur ab heresi venienti, quasi extra omnem culpam esse iudicaretur. Propter caritatis autem copulationem, quod est maximum donum Spiritus sancti, sine quo non valent ad salutem quecumque alia sancta fuerint in homine, manus hereticis correctis imponitur. Induunt autem homines Christum aliquando usque ad sacramenti perceptionem, aliquando usque ad vite sanctificationem. Atque illud primum et bonis et malis potest esse commune. Hoc autem proprium est bonorum et piorum. Non ob aliud in visione quondam et egregius vir Ciprianus, antistitibus Christi quos precipue habet, eminebat non esse ipse apud hereticos vel scismaticos baptismum Christi, nisi quia non distinguebat sacramentum ab effectu vel usu sacramenti; et quia eius effectus atque usus in liberatione a peccatis et cordis rectitudine apud hereticos non inveniebatur, ipsum sacramentum quoque illic non esse putabat. Si in conviventibus occultis ad unitatem palee multitudinem et illi qui in ipsa unitate perversi sunt et perdite vivunt, apparet remissionem peccatorum nec dare posse nec habere, quia non malignis sed bonis filiis dictum est: Si cui dimiseritis peccata, remittuntur ei, et cetera. Habent tamen et dare et accipere baptismi sacramentum. Satis elucet pastoribus ecclesie catholice toto orbe diffuse, quod foris errabat et dominicum caracterem foris accipiebat, venientem ad christiane unitatis salutem ab errore corrigi, caracterem tamen dominicum in ea cognosci potius quam improbari. Quem quidem ipsum caracterem multi et lupi et lupis infigunt, qui videntur intus esse. Verumtamen ad illam ovem que ex multis una est non pertinent. Cum malus suscipit baptismum a bono, id est munitam (?) iniuncto vacui (?) confusione mutato in melius bonum sacramentum quod tenebat, et bonum fidelem esse custodire et diligere matrem non separat. Et cum illi vivificati ad Deum conversio peccata dimittuntur, ab eis dimittuntur quibus ipse vivaci conversione coniungitur. Spiritus sanctus enim dimittit, qui datus est omnibus sanctis sibi caritate coherentibus, sive se noverint corporaliter, sive non noverint. Similiter cum aliorum tenentur peccata, ab eis tenentur a quibus ille cordis pravitate dissimilis, sive noti sive ignoti, sive corporaliter sive ignotis omnes mali spiritualiter a bonis secreti sunt. Sicut autem et corporaliter aperta dissensione separantur peiores fiunt. Si nichil interest ad baptismi sanctitatem quanto quisque peior id habeat et quanto peior id tradat, preter ecclesiam tamen separatus sic preter ecclesiam separatus sit quamquam per invidiam sive heresim per invidiam se dedit. Ille autem cui traditur preter salubriter accipere, si superior non separata accepit, urgente mortis necessitate. Cur heretica foris baptizare non possunt, an quia peiores sunt? Ipso quod foris sunt. Si nichil interest ad integritatem baptismi quanto peior id tradat, neque enim tantum interest inter malum et peiorem quantum inter bonum et malum; et tamen cum baptizat malus, non aliud dat quam ille qui malus minime est. An forte non ad hominum meritum sed ad ipsum baptismi sacramentum pertinet, quod foris dari non possit? Sed si ita esset, non haberi foris posset; et totiens baptizari necesse esset quotiens recedens quisque ab ecclesia rursus ad ecclesiam remeasset.

S. i. q. i. Extra h...
S. i. q. i. ...
S. c. ...
S. i. q. i. ...
S. c. ...
S. c. ...

Accedentis ad baptismum ficto corde peccata dimitti in momento baptizandi, et statim post baptismum per fictionem replicari

his qui ficto corde baptizantur, an peccata
nullatenus dimittuntur, quia spiritus sanctus discipli-
ne effugiet fictum, aut in ipso tempore per-
cepto per illum sacramentum dimissa, statim per fictionem
replicantur. Ut et illud verum sit quod dicit:
qui in Christo baptizati estis, et illud: spiritus sanctus discipli-
ne effugiet fictum, id est: induat eum Christus consecratione
baptismi, et exuat eum Christus permanentes fictionis.
Nam redire dimissa peccata ubi fraterna cari-
tas non est, apertissime dominus in evangelio docet
in illo servo a quo dominus dimissum debitum pe-
tivit: eo quod ille conservo suo debitum nollet
dimittere. Sic non impedit baptismum gratia quo-
minus omnia peccata dimittantur: et si fraternum odium
in eius cui dimittuntur animo perseverat. Solvitur enim
hesternus dies: et quicquid super est solvitur
et ipsa ora momentoque ante baptismum et in baptismo:
deinceps autem continuo reus esse incipit, non solum consequentium
sed et praeteritorum dierum horarum momentorum
redeuntibus omnibus que dimissa sunt. Idem.
Quod non prosit baptismus ei qui ficte accedit.
Tunc valere incipit ad salutem baptismus,
cum illa fictio veraci confessione recesserit:
que corde in malitia vel sacrilegio perseveran-
te peccatorum ablutionem non sinebat fieri. Item
ad donatistas. Non revertentur sacramenta
omnia in vobis que extra ecclesiam ministrantur.
Mutamus in quibus nobiscum estis. In multis
enim nobiscum estis. Nam et de talibus dictum est:
